THESAURUS LINGUAE LATINAE

This file contains a part of the *Thesaurus Linguae Latinae* (ThLL), published in print in Leipzig *et al.* 1900–. Please check on our website (www.thesaurus.badw.de) whether you have the latest version of the file (the version is indicated in the last line on this page).

The **abbreviations** used in the ThLL are explained in the *Index librorum*, which has basic information on all Latin texts from Antiquity (incl. chronology and editions). It is regularly updated and can be consulted on our website: www.thesaurus.badw.de.

Navigating in this file

This file has a **bookmark for every headword**, including those in the *Addenda et Corrigenda* (in vols. VII/2, IX/2, X/1, X/2, *Onomasticon* C & D). You can use the list of bookmarks for fast navigation and to get an overview over the entries. Please note that the list of bookmarks=headwords may not (yet) be complete.

Searching in this file

You can search through the bookmarks/headwords in many pdf-readers after activating the option 'include bookmarks' (or similar) in the search menu.

The file includes an uncorrected OCR text, which may be useful for copying short phrases. **You can search through the text, but may not find what you are looking for – even if the information is contained in the printed volume.** Due to the complexity of the typeface and the age of the print the searchable text (*behind* the page on the screen) is only partially correct and thus may differ from the digital reproduction (= what you see on the screen). **The text of the print** (and its digital reproduction) **is the only authentic version of our dictionary**.

For full-text searches you can use the ThLL-database published by *De Gruyter*™ (available in research libraries).

License and limitations of use

This work is offered to you under a *Creative Commons Attribution-NonCommercial-NoDerivs CC BY-NC-ND* license (explanation here). In addition, you are not allowed to print or modify (parts of) this file or to upload it to a public website (**no file-sharing**). We kindly ask you to respect these restrictions. Instead, please refer fellow researchers to our website. Continued access to this version of the ThLL depends on your acceptance of these conditions. Please also leave this page and the watermark in the file.

Further information

We are enthusiastic about cooperation with academic researchers anywhere in the world. Please include references to the ThLL in your publications where relevant. If you have a lexicographical question about the Latin of Antiquity which cannot be answered from the published volumes of the ThLL, please contact us; contact information is on our website: www.thesaurus.badw.de.

Enjoy working with the Thesaurus Linguae Latinae!

Josine Schrickx, General Editor and Project Leader Munich, June 2025

version 1 (23rd June 2025)

2 *corporaliter de actione, cuius effectus oculis conspicitur: in re militari respic. tubarum signa, quibus receptui canitur*: HEGES. 3, 3, 4 p. 188, 18 instituebat ..., ut agnoscerent excitationes tubarum et -es (*gr. 2, 579 σάλπιγγος προκλήσεις τε καὶ ἀνακλήσεις*). *in medicina respic. actio extenuandi corpus validius*: HIPPOCR. aphor. 1, 3 neque -es ad ultimum ducere *convenit* (*gr. τὰς ξυμπτώσιας*). *in re rustica respic. actio gelandi, qua semina reprimuntur*: ISID. sent. 3, 7, 23 exemplo pruinarum et -e messium, in quibus, quanto tardius sata semina exeunt, tanto ad frugem cumulatius crescunt (*spectat ad Greg. M. moral., e. g. 29, 62 l. 117* iactatum semen ... gelu premitur; *cf. supra p. 1280, 74*).

repressor, -ōris *m.* *a* reprimere. *i. qui reprimit (de deo vel Christo l. 17. 22, animo l. 16; quis [quid] reprimatur, indicat gen. praeter l. 22); reprimuntur*: **1** *res*: CIC. Sest. 144 Milonem, ... extinctorem domestici latrocini, -em caedis cotidianae. EVTR. 10, 16, 3 *Iulianus* in provinciales iustissimus et tributorum ... -r. AMBR. Iac. 1, 1, 1 animus ... suarum passionum ⌞non⌟ dominus, sed -r (⌞ ⌟ *del. Nauroy, v. ed. et comm. 2010, 225 sqq.*). AVG. serm. 77, 11 Christo ... auctori humilitatis, -i tumoris (*i. superbiae, cf. l. 22*). OROS. hist. 7, 21, 1 belli incentor et -r.
2 *homines*: HEGES. 5, 40, 2 p. 384, 5 (*loq. mater ad infantem, quem occidit et hostibus comedendum adposuit*) tu percussorum -r; venerunt necaturi, convivae facti sunt. *superbi* (*cf. l. 17*): AVG. in psalm. 138, 11 si me extulero, te (*i. deum*) invenio -em.

repressōrius, -a, -um. *a* reprimere. *i. q. ad reprimendum aptus*: ORIBAS. eup. 2, 1 add. As *et* Ab p. 479 [h]ambrosia in cataplasmis virtutem habit stiptica(m) et -a(m) **(***scribitur* -sur-, *Aa* pressuria; *gr. Galen. XI 824* [= *Oribas. coll. med. 15, 1, 1, 46*] *στύφουσάν τε καὶ ἀποκρουστικήν*) . *Fröhlich.*

repressus *v.* reprimo. **reprigro** *v.* repigro.

reprimo, -pressī, -pressum, -ere. *a* re- *et* premere. *scribitur* -prae- *in inscr. p. 1285, 35 et in codd. vet.* MOYS. Cypr. epist. 31, 6, 4 (*cod. F, saec. V/VI*). CONC. Aurel. a. 538 p. 123 l. 239 (*cod. C, saec. VI/VII*). REGVLA mag. 15, 55 (*cod. P, saec. VI ex./VII in.*), *ceterum hic illic in codd. medii aevi*; -pre- *in cod. vet.* ORIBAS. syn. 7, 35, 7 Aa p. 179, *in codd. medii aevi* CHIRON 75 ORIBAS. eup. 4, 69, 14 La p. 586 syn. 1, 19, 13 La p. 68, 6. *al.* NOT. Tir. 24, 10 -it. 24, 20 -ssit. *praes.* -ent *pro* -unt *p. 1283, 25. 53. de mensura: prima syllaba fere corripitur, sed producitur in stirpe praes.* ACC. trag. 381 (*apud* Non. p. 495, 20, *ubi* reppr- *Lindsay*), *in stirpe perf.* SIL. 14, 621. *de notione*: GLOSS. II 306, 52 *ἐπέχω*: compesco, cohibeo, ... -o, coerceo *eqs.* GLOSS.^{L} II Philox. RE 205 -ssit: *ἀνέκυψεν*. 211 -i: *ἐπισχεθῆναι, κωλυθῆναι*. I Ansil. RE 1264 sqq. -it: refrenat. coercit. cohibet *eqs.* SO 274 sopitum: sedatum, -ssum aut extinctum. *al.* *legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER. (*imprimis formae stirpis perf. in vers. dactylicorum fine, forma stirpis praes. in dactyl. inde ab* AVSON. *p. 1285, 73*), *in orat. soluta inde a* SISENNA, CIC., CAES. (*frequentat* CELS.). [*prov.* repremer *et sim., cat.* reprémer, repembre. *cf. Faré, Postille 7227a. Wartburg X 276 sq. Coromines VI 790 sq. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* deprimere PLIN. nat. 24, 122 PAVL. NOL. carm. 17, 82 OROS. hist. 6, 21, 14 (*falso trad.* PLIN. nat. 17, 107); *restit. pro* premere AMM. 27, 4, 10; *e coni. dub.* CELS. 4, 28, 2.]

i. q. retro premere, premendo in directionem contrariam movere **(***deorsum maxime p. 1282, 56; accedit adv.* retro *l. 66,* rursus *p. 1282, 54. 1283, 38; indicatur quo per praepos.* ad *l. 73. p. 1282, 36,* in *p. 1282, 49. 73. al.,* intra *p. 1282, 52, dat. p. 1282, 10, unde vel a qua re vel actione facienda per praepos.* ab *p. 1282, 42. 1283, 9. 62. 75. 1284, 4. al., per enunt. secund. c.* quin *l. 65. p. 1283, 68,* ne *p. 1283, 72. 1284, 38. 42,* quominus *p. 1284, 33 [distingue IIA2]; usu refl. l. 72. p. 1283, 72, mediopass. p. 1283, 68; part. praes. pro subst. masc. p. 1286, 8; disting.* com- *vel* opprimere *p. 1282, 5. 15. 1285, 27*)**:** **I** *respicitur motus localis, sc. significatur actio, qua potius impulsu corporeo cohibetur alicuius (rei) motus, impeditur progressus, incrementum* (*imago motus hic illic sublucet etiam sub II, v. p. 1283, 62; -itur praecludendo aperturam p. 1283, 11; vi corp. premendi servata maxime sub A1 et e. g. p. 1282, 57. 1283, 34. 38. 43*): **A** *contextu vario; -untur*: **1** *animantes vel partes corporis eorum* (*vocem suppressam v. p. 1283, 66 sqq.; cf. p. 1285, 10*): **a** *qui se ipsos -unt*: **α** *partes corporis sui*: PLAVT. Cas. 452 ego vix -o labra, ... quin te deosculer. VERG. Aen. 2, 378 *Androgeos* obstipuit retroque pedem cum ⌞voce⌟ -ssit (*cf. p. 1284, 9*). 12, 939 stetit acer in armis Aeneas ... dextramque -ssit (*cf. p. 1282, 13; sim. -itur* manus: OPTAT. 2, 25, 5 *David* -ssit cum gladio m. PRVD. perist. 1, 92 *carnifex* m. -ssit). PAVL. NOL. carm. 23, 173 *oculo perfosso* pariter clausum cum lumine ferrum *manibus* continet, ut -at, vel, si cadat *eqs.* MART. CAP. 9, 888 (vers.) *quaedam* nictantes oculos -it stupefacta pavore. **β** *usu refl.*: GREG. TVR. Iul. 20 hic se in angulo basilicae -ens latitavit. GREG. M. moral. 1, 42 ancillae se ad ... opus tacite -unt.

b *qui ab aliis vel quadam causa ita -untur, ut eorum cursus sistatur, progressus impediatur, impetus coerceatur sim. (cf. etiam p. 1284, 70; pro subi. praedic. act. est res l. 19 [cf. l. 35]); -untur*: **α** *aggredientes, invadentes sim., sc. fere in re militari*: ENN. ann. 294 ⟨monuit res⟩ aut occasus ubi tempusve audere, -ssit (*sc. cupidos pugnandi animos sim., v. Skutsch ad l.; an inf.* audere *pro obi. accipias?*). CIC. Mur. 32 *Mithridatem* -ssum ..., non oppressum reliquit *Murena.* Sull. 51 ego ... Catilinae tum et Autroni copias et ⌞conatum⌟ -ssi ([*ad p. 1285, 13*]. prov. 32 influentis in Italiam Gallorum maximas c.). prov. 31 nationes ... ita ab eodem *Pompeio* esse partim recisas, partim -ssas, ut *eqs.* CAES. Gall. 7, 8, 1 *Caesar* -sso iam Lucterio et remoto ... in Helvios proficiscitur. BELL. Hisp. 16, 3 *milites* repulsos multisque vulneribus adfectos oppido -erunt. LIV. 25, 37, 14 ni Marcius ... quosdam ipse retinens concitatam -isset aciem. CVRT. 4, 16, 6 Parmenio ... -ssit suos *milites.* ASCON. Pis. p. 21, 23 socios male animatos -isse. STAT. Theb. 10, 661 dea pugnantis ⌞capulum⌟ dextramque -ssit (⌞ ⌟ *ad 3*). TAC. hist. 2, 25, 1 Celsus doli prudens -ssit suos. DICT. 6, 9 *Neoptolemum* Acastus opprimere ... cupiens ... in ipso aditu *speluncae* a Thetide ... -itur. AMM. 27, 4, 10 gentes ... vagantes ... Marcus Didius ingenti destinatione ⌞-ssit⌟, Drusus intra fines continuit proprios (⌞ ⌟ *Kellerbauer coll.* RVF. FEST. 9, pressit *codd.*). *al.* **β** *quilibet*: TRAG. inc. 126 (*in imag.*) exultantem te ... -ent validae legum habenae. VERG. Aen. 10, 685 ter conatus utramque viam, ter maxima Iuno continuit iuvenemque animi miserata -ssit. VAL. FL. 7, 531 (*524 Medea* anguem turbat) angue -sso. TAC. ann. 15, 47, 2 *vituli caput* in utero -ssum.

2 *actiones, motus sim., sc. impediendo, retardando* (*motus animantium praeter l. 36*): ENN. frg. var. 11 Sol equis iter -ssit (CIC. Att. 10, 9, 1 dubitabat ... nemo, quin Caesar itinera -isset. CLAVD. 26, 354 tenebris si caeca -ssit Nox i.). ACC. trag. 381 -e parumper vim citatūm quadrupedum (BELL. Hisp. 12, 5 quorum *hostium* vis -ssa a nostris *eqs.* [*6* repulsi adversarii]). CIC. Manil. 13 cuius adventu ... impetus hostium -ssos esse ... ac retardatos **(**Sest. 139 i. et ⌞conatus⌟ [*cf. p. 1285, 13*]. TAC. hist. 2, 23, 3 -ssus vincentium i. [reprehensi(s) *var. l.*]. *cf. p. 1285, 17*)**.** Att. 7, 26, 1 fuga ... -ssa est (CAES. Gall. 3, 14, 1 Caesar ubi intellexit ... hostium fugam captis oppidis *non* -i *eqs.*). CAES. Gall. 3, 93, 1 milites ... sua sponte cursum -erunt (RVFIN. patr. 2, 16 [*in imag.*] quo *morsu serpens* velocem c. peccantium -at). STAT. Theb. 10, 398 stetit illa *hasta* Dymantis ante oculos ... gressumque -ssit. PALLAD. 9, 4 ut ... altorum fruticum festinatio -atur ad stirpes (*nisi ad l. 41*). DICT. 3, 4 Graeci ... -sso gradu ... constitere (AMM. 14, 2, 16). AVG. serm. 169, 7 (*in imag.*) celeritas aliquantulum -atur, ne comes tardior deseratur. *al.*

3 *res corporeae vel sensibus percipiendae (premitur aliquid, ut quandam formam recipiat, l. 53); -untur*: **a** *quaelibet*: CIC. Brut. 16 (*in imag. de scriptoris ingenii fertilitate*) sic omnis fetus -ssus (*sim. -itur herbae incrementum*: PALLAD. 11, 11, 3 malva *hieme* ... ab incrementi longitudine -etur). STAT. Theb. 10, 661 *l. 13.* 11, 309 *Creon* iurgia paulum distulit atque ensem, quem iam dabat ira, -ssit. TAC. ann. 15, 43, 4 subsidia -endis ignibus **(**AVSON. 26 [302 S.], 117 profusus imber nubibus -ssit ignem. PRVD. cath. 7, 85 [*spectat ad Ion. 3, 10*] fulmen ... pie -ssis i. *Ninevitis pepercit. cf.* PAVL. NOL. carm. 26, 273 [*in imag.*] *Felix* orta ... Romuleis -ens incendia terris**)**. SOL. 6, 4 (*in imag. itineris describitur orbis terrarum*) tempus ad Oceani oras reverti -sso in Aethiopiam stilo (*aliter p. 1285, 54*). CET. FAV. 4, 1 *spiritus pestiferi* occupatis naribus tetro odore -unt animas corporibus (*sim. -itur respiratio*: AMM. 19, 6, 7 *Galli* ipsum spiritum -entes cum prope venissent *eqs.*). PALLAD. 6, 12 (*fingitur later*) terra creta ... intra formam lateri similem -etur. CLAVD. rapt. Pros. 2, 349 flatum ... -ssit Amsanctus (DRAC. laud. dei 2, 161 tu, *deus,* rursus -is flatus. *cf. p. 1285, 9*). PAVL. NOL. carm. 17, 82 (*cf. Is. 40, 4*) qui *Christus* tibi ... arduos montes -at cavasque impleat valles (de-, -praem- *var. ll.*). CASSIOD. in psalm. 150, 4 l. 103 quas *linguas organi* ... magistrorum digiti -entes grandisonam efficiunt ... cantilenam. *al.*

b *aquae, liquores, sc. quae sistuntur, impediuntur, ne profluant sim.* (*in imag. de hominibus l. 61*): **α** *quaelibet*: CIC. Brut. 316 (*in imag.*) ut nimis redundantis nos et supra fluentis ... -ret. div. 2, 69 si lacus Albanus redundasset ..., Romam perituram, si -ssus esset, Veios. VERG. georg. 1, 132 *Iuppiter* rivis currentia vina -ssit. VAL. MAX. 6, 9, 6 (*in imag.*) *Sulla* socialis belli fluctus -ssit. SEN. nat. 6, 17, 2 (*opp. antea*: liber est alveus) ubi saxa ... ⌞inlata -ssere⌟ venientem *fluvium* (⌞ ⌟ in latere *vel* illata pressere *var. ll.*). STAT. Theb. 5, 522 per arentes ... lacus fontesque -ssos. PLIN. epist. 9, 33, 2 vice alterna, prout aestus aut -ssit aut impulit *aquam maris.* 10, 61, 4 repercussus maris servabit et -et, quidquid e lacu veniet. FLOR. epit. 1, 1, 3 Tiberinus amnem -ssit. AMM. 24, 1, 11 cataractis ... ad diffundendas -endasque aquas ... structis. CLAVD. DON. Aen. 8, 85 p. 127, 18 (*v. supra p. 654, 70*). RVFIN. hist. mon. prol. 9 *monachi* inruptiones fluvii ... orationibus -erunt (*gr. ἔστησαν*). Orig. in exod. 5, 5 p. 189, 26 (*respic. exod. 14, 27*) unda in semet ipsam -ssa. PAVL. NOL. carm. 17, 63 suas matres vituli -sso lacte requirunt. AVG. gen. ad litt. 5, 7 p. 150, 20 illius *paradisi* fontis -ssa largitas. *al.* **β** *lacrimae sim.* (*potius pro-*

[Cioffi]

priae, sed alienae l. 6): Cic. rep. 6, 15 fletu -sso loqui posse coepi. Sen. Herc. f. 642 lacrimas cadentes -e (epist. 63, 1 si ipsi illas *l.* -ssimus. Stat. Theb. 2, 355. Hier. epist. 60, 14, 6 ubertim fluentes l. -e). Avg. conf. 8, 12, 29 -sso ... impetu lacrimarum surrexi. Vindic. epist. ad Valent. 9 cum neque inunctio neque incisio ... inundationem lacrimarum *aegroti* -ere potuerit *eqs.* **γ** *pluvia, sc. quae cessat, arcetur*: Cvrt. 8, 13, 24 momento temporis -ssus est imber. Hier. in Am. 4, 7 l. 233 ego -ssi a vobis pluviam **(***vertit LXX, ubi ἀνέσχον, cf.* Hier. *ibid.* l. 268 [*in imag.*] prohibet ... sive -it dominus ab haereticis pluvias spiritales**)**.

c *exitus, qui praecluditur sim.*: Clavd. carm. min. 17, 31 *piorum fratrum* virtute -ssas Enceladi fauces, *i. voragines Aetnae,* obriguisse.

B *in arte medica* (*huc admisimus etiam l. 16*): **1** *cum obi. acc.; -untur*: **a** *sanguis, umores corporis*: Cels. 2, 9, 2 auxilium corporis ... aliquam materiam ... aut evocat aut -it. 6, 6, 1[K] *medicamentum* pituitam -it. 7, 3, 3 -endus umor (*ibid.* -ssus ... u.). Sen. epist. 59, 12 cum -sso sanguine sicci vulneris dolor cresceret *eqs.* **(**Plin. med. 1, 10, 1 ut ... is modus sanguinis profluat, qui nisi -atur *eqs.* [Marcell. med. 10, 44 s. profluentem naribus. Plac. med. 4, 3 rec. *β. al.*]. *sim.* Colvm. 6, 33, 2 id *profluvium sanguinis* ... -ssum est [Plin. phys. Sang. p. 239 l. 14]. Plin. nat. 27, 32 sanguinis abundantiam [Marcell. med. 10, 45]. *al.***)**. Scrib. Larg. 8 cum satis visum fuerit fluxisse, ut -atur, aqua frigida nares ... abluere ... oportet (*inde* Marcell. med. 1, 8). 90 quicquid -ere et siccare oportet (*inde* Marcell. med. 16, 1). Plin. nat. 20, 142 sudorem. Marcell. med. 30, 57 ad bilem -endam (*seq.* expressam). Oribas. syn. 2, 55 tit. La p. 119, 6 quae consumunt et -ent semen (*gr. ἐπέχει, ut ibid.* La p. 119, 10 -unt s.). *al.* **b** *tumores, morbi, partes corporis sim.*: Cels. 5, 19, 1[A] haec ... -unt inflammationem (7, 7, 8[H]. 7, 25, 1[C]). 5, 26, 36[A] deligari super album plumbum oportet, quo -itur cicatrix (Plin. nat. 34, 166). 6, 6, 18 *ulcera* supercrescentia collyrio ... optime -untur. 6, 14, 2 eam *uvam* tumentem aqua ... -it **(**Plin. nat. 22, 36 *sucus urticae* u. gargarizatus -it. 24, 119. 24, 122 [de- *var. l.*]. Marcell. med. 14, 13 u. -it et consumit. *al.***)**. *al.* Plin. nat. 20, 95 radicum cinis ... parotidas ... -it (*inde* Plin. med. 1, 7, 1 Plin. phys. Bamb. 51, 2. *al.*). 28, 253 suffitu fimi ... procidentes vulvas -i (29, 32 arietis vellera ... inflammationes vulvae ... sedant et, si procidat, suffitu -unt. 35, 182). *al.* Moys. Cypr. epist. 31, 6, 4 (*in imag.*) ne importunus cibus tempestatem valetudinis saevientis non -at, sed accendat. Ser. med. 347 *mammae* faece ... aceti -entur. Chiron 75 (*74* depremes) *hypochyma* solet ... resalire loco suo; quam rursus iterum -ito, donec *eqs.* Rvfin. Orig. in Ios. 20, 1 p. 416, 8 *praecantationes* tumores ... voce sola -ere dicuntur **(**Avg. serm. 340A, 1 [*in imag.*] dominus ... medicus ... -ssit eorum tumorem. Marcell. med. 14, 36. Diosc. 1, 89 p. 48, 12 [*gr. 1, 79 κουφίζει*]. Oribas. syn. 7, 35, 7 La p. 179 [*sim.* Aa, *gr. προσστέλλει*]. *al.***)**. Theod. Prisc. eup. faen. 86 *herba* intestinum effusum, *sc. ex ano,* ... -it. Marcell. med. 4, 52 duritias ... emendant et -unt. Cael. Avr. chron. 1, 2, 124 non violenter atque contrario conatu -enda *sunt praecordia.* *al.*

2 *obi. subaudiendo vel deficiente* (*iuxta ponitur e. g.* (e)mollire *l. 48. 50. al.,* refrigerare *l. 48 sq. 58. al.*): Cels. 2, 33, 2 leniter ... simul et -unt et molliunt lana sucida. *ibid.* et -unt et refrigerant *herbae quaedam.* 2, 33, 6 quae vehementer -unt et refrigerant. 3, 10, 2 superimponenda sunt cataplasmata -entia (3, 19, 2. 4, 12, 1 c., quae simul -unt et emolliunt. 5, 28, 11[B] -unt et refrigerant. *al.*). 3, 20, 6 (*iuxta* molliat). 8, 4, 11 -endi vim habet (*sim.* Plin. nat. 27, 132 vis -endi refrigerandique). *al.* Oribas. eup. 4, 69, 14 La p. 586 quae mediocriter -ent (*gr. στύφουσιν*). 4, 114 La p. 621 ad matricis ⟨praeruinam⟩: -it acaciae sucus **(***gr. 4, 112, 6 στέλλει. sic interpunximus*; [ad] m. p. -it *Fischer in plagulis, ut locus ad l. 26 pertineat.* ⟨ ⟩ *v. vol. X 2, 801, 48 sq.***)**. syn. 2, 51 tit. La p. 117, 14 quae -ant (*gr. στύφει*). *al.* *part. praes. neutr. plur. pro subst.*: Cels. 5, 26, 33[A] imponere simul -entia et refrigerantia. 6, 2, 2 ex leviter -entibus, quale est nitrum cum aceto. 7, 1, 2 superdanda -entia sunt. 7, 12, 1[E] continenda ... ore -entia, ut vinum *eqs.* *al. apud eundem.*

II *respectu motus localis minus vigente (sed hic illic sublucente, maxime accedente praepos.* ab, *e. g. p. 1284, 4. 34. 60. 70. al.); respic. actio*: **A** *coercendi, sedandi, domandi sim. (opp. e. g.* in- *vel* suscitare *p. 1284, 15. 19. 56. 1286, 7,* animare *p. 1284, 31, pro syn. e. g.* cohibere *p. 1284, 5. 1285, 53. al.); indicatur, quid vel quis -atur*: **1** *per obi. acc.* (*mediopass. l. 68 sqq.; refl. l. 72 sqq.*): **a** *-untur animantes eorumve animi, coetus, voces sim.; est actio*: **α** *animantium*: ① *qui se ipsos -unt: usu mediopass.*: Plavt. Mil. 1368 vix -or, quin te manere iubeam. Petron. 64, 13 -ssus ... aliquamdiu Trimalchio camellam ... iussit misceri (*nisi ad p. 1284, 12*). Ambr. hex. 1, 8, 31 in nobis est ... elevari magis superbia, effundi in saevitiam, quam -i in humilitatem. *usu refl.*: Ter. Hec. 765 -am me, ne aegre quicquam ex me audias **(***item non iam loquendo*: Haut. 199 -am me. Cic. leg. 2, 44 -am ⟨iam me, non⟩ insequar longius [⟨ ⟩ *Madvig,* i. et n. *trad.*]. Avg. spir. et litt. 2, 4 -unt se nec hanc vocem audent emittere. *cf. p. 1284, 6 sqq.***)**. Cic. Verr. II 5, 74 a praesenti supplicio tuo continuit populus Romanus se et -ssit. Att. 15, 11, 2 exclamat tua familiaris: 'hoc vero neminem umquam audivi'; ego ⟨me⟩ -ssi (*add. Malaspina; vix intellegas 'eam', ut locus ad l. 12 pertineat*). Plin. paneg. 83, 2 quod te ab omni contagione vitiorum -is ac revocas. Lact. inst. 6, 15, 5 in medio irae impetu se ipsum cohibere ac -ere (*sim.* ira 18, 12 cum alicui ... fuisset iratus, -isset se tamen *eqs.*). *-itur vox propria sim., ita ut non proferatur* (*cf. p. 1281, 66. 1283, 74*): Ov. met. 9, 163 *Hercules* gemitum virtute -ssit. Apvl. met. 3, 4, 1 sic profatus accusator ... immanem vocem -ssit. *-itur corpus proprium, animus* (*cf. l. 49 sqq.*): Hier. epist. 22, 5, 1 (*ad I Cor. 9, 27* castigo corpus meum) Paulus ... ob carnis aculeos ... -it corpus suum et servituti subicit. Alc. Avit. carm. 6, 611 permota -ssit turba ... animos. ⑪ *qui alios -unt* (*fort. huc p. 1283, 69*): Cic. Sest. 147 vos hoc iudicio omnium bonorum mentis confirmare, improborum -ere potestis (de orat. 1, 165 quibus *rationibus* hominum m. et incitarentur et -rentur). de orat. 2, 72 *iudex* est ... aut -endus aut incitandus. 3, 36 *Isocrates* alterum ... exultantem verborum audacia -bat, alterum cunctantem ... incitabat (*ita ut taceat, ut*: Mart. Cap. 4, 424 *Dialectica* haec dicens velut -ssa conticuit. *cf. p. 1285, 50. 67*). part. 96 si incitandi *animi audientium* erunt ..., sin autem -endi *eqs.* **(**Rvfin. hist. mon. 29, 1, 4 [= Pallad. hist. mon. II 10 p. 361[B]] patres ... -erunt eos *a.* salubri consilio. 29, 1, 5 iuvenum ferventes a. *c. praepos.* ab: Avg. in psalm. 45, 14 vacate, id est, -ite a. vestros a contradictionibus. *cf.* Greg. M. moral. 28, 1 in illa *locutione* persuadetur animae, ut proficiat, in ista -itur, quae proficit**)**. Nep. Arist. 1, 3 concitatam multitudinem (Gran. Lic. 35, 44). Tac. ann. 1, 38, 1 coeptavere seditionem ... vexillarii, et ... duorum militum supplicio paulum -ssi sunt. 3, 56, 1 ingruentes accusatores. Plin. paneg. 35, 2 quos *delatores* ... in aeternum -isti. Svet. Tib. 37, 4 *Tiberius* reges infestos ... comminationibus magis ... quam vi -ssit. Tert. adv. Val. 10, 4 huius *Horothetis* operā ... -ssam ab inlicitis et purgatam a malis ... Sophiam. Moys. Cypr. epist. 31, 6, 3 *ne peccatores* animentur, ... sed ... magis -antur. Avg. civ. 3, 15 p. 116, 19 populum ... -ssum atque sedatum. 18, 53 p. 341, 9 ea *sententia* -ssos fuisse deorum multorum ... cultores, quominus fingerent *eqs.* conf. 5, 10, 19 hospitem meum -ere a nimia fiducia. *al.*

β *rerum* (*structurae pass. nonnulla exempla sub α digerere maluimus, ubicumque abl. rei magis instrumentum agentis significat*): Ter. Ad. 307 quem *servum* neque fides neque iusiurandum neque illum misericordia -ssit neque reflexit *eqs.* (Don. *ad loc.* 2 si non potuit -i, ne faceret *eqs.*). Novivs Atell. 73 nunc res me ipsa -it, saepe eadem hac sum grassatus via. Cic. Verr. II 5, 57 paucae *civitates* ... metu -ssae silent. Sest. 144 me ... horum aspectus in ipso cursu orationis -ssit. Att. 11, 15, 3 cetera, quae fletu -or ne scribam. Planc. Cic. fam. 10, 4, 2 si ... aliter sentirem, certe admonitio tua me -ere ... posset. Ov. met. 6, 583 dolor ora -ssit. Val. Fl. 6, 278 vox ... -ssa gelu *mortis.* Prvd. perist. 13, 65 ne qua ferum -at clementia iudicem. Avg. serm. 13, 5 (*respic. Ioh. 8, 6 sqq.; loq. Iesus*) illos a vindicta -ssit conscientia, me ad subveniendum inclinat misericordia. *al.*

b *-untur res fere incorp.* (sitis *l. 74,* aestus *p. 1285, 67, scripta sim. sub γ*), *quae exstinguuntur, tolluntur, cohibentur, refrenantur* (*est fere actio animantium, sed rerum e. g. l. 55. 58. p. 1285, 4. 21*): **α** *affectus, impetus, habitus animi* (*corporis l. 74. p. 1285, 10*): Ter. Ad. 794 sq. -e iracundiam atque ad te redi.:: (795) -ssi, redii **(**Pacvv. trag. 386 -e incicorem i. Boeth. mus. 1, 1. Mvtian. Chrysost. hom. 5, 5 p. 277[in.] ut *i.* superemus et -amus [*gr. κατασχεῖν*]**)**. Acc. trag. 15 iram infrenes, ... -as confidentiam. 627 studium iteris -e. Sisenna hist. 114 neque mea nex neque intercessio posse videtur illorum ... -ere audaciam (Sen. epist. 95, 31 nec haec a. -i potest nec illa inertia suscitari). Cic. Verr. II 4, 41 furor eius *Verris* ... timore -ssus est **(**Sull. 29 *p. 1285, 15.* Sest. 95. Vatin. 18 quae leges, *sc. Aelia et Fufia,* ... tribunicios f. debilitarunt et -sserunt. Rvfin. Clement. 1, 71, 6. hist. mon. 1, 3, 11 iracundiam cohibet, f. -it [*gr. aliter*]**)**. Sest. 117 odium suum a corpore eius ... -sserunt. *al.* Brvt. Cic. ad Brut. 25, 1 pueri, *i. Octaviani,* ... cupiditatem ... potius esse irritatam quam -ssam a Cicerone **(**Sen. benef. 2, 7, 3. Rvfin. hist. 6, 3, 9 pro iuvenilibus c. -endis [*gr. περιαιρούμενος*]. Conc. Agath. a. 506 p. 203 l. 208 c. aut improbitas**)**. Pvblil. sent. O 5 gaudium (Plin. paneg. 73, 3). Caes. civ. 3, 92, 5 hanc *alacritatem* non -ere, sed augere. Nep. Dion 5, 5 Dion ... regios, *i. Dionysii,* spiritus -ssit. Ov. met. 1, 755 erubuit Phaeton iramque pudore -ssit (Phaedr. 1, 29, 10 aper ... -it i. Sen. Herc. f. 404 nec temperari facile nec -i potest stricti ensis i. epist. 104, 13 non cupiditates refrenavit, non iras -ssit). Val. Max. 9, 15 ext. 1 muliebris temeritas. Sen. benef. 1, 14, 2 tamquam reducam liberalitatem et frenis artioribus -am (*cf. p. 1281, 74*). dial. 3, 7, 4 animus ... non permittitur -ere impetum (epist. 89, 15 i. -isse et habere cupiditates in sua potestate). 5, 11, 3 saevitiam (Svet. Cal. 6, 2 metu -ssam Tiberi s., quae mox eruperit). epist. 82, 7. Cvrt. 7, 5, 7 haec *aqua* paulisper -ssit sitim (Marcell. med. 17, 38). Plin. epist. 1, 8, 10 aurium voluptates ... non tam incitari ... oratione quam -i (Avg. serm.

[Cioffi]

205, 1 carnalium voluptatum). 2, 6, 5 illa *gula* … -enda, illa quasi in ordinem redigenda est. Ps. Cic. in Sall. 12 Sesti insolentiam -ssi (Ambr. off. 3, 22, 130 ut i. … -at et redarguat. Cod. Theod. 16, 9, 3). Apvl. Plat. 2, 24 p. 257 fortitudo … vi sua adpetentiam castigat et -it. Ps. Cypr. pudic. 11, 2 libidinem (Ambr. hex. 1, 8, 31 Avg. civ. 5, 13 p. 217, 21). CIL VIII 8924 (*a. 290/3*) -ssa desperatione eorum victoriam reportaverit Aurel(ius). Hist. Avg. Hadr. 23, 7 *Hadrianus* omnem … vim crudelitatis … -ssit **(**Rvfin. hist. 2, 6, 7 deterriti v. doloris silentio -ssere [*gr. ἐσιώπησεν*]. *adde l. 14***)**. Pavl. Nol. carm. 27, 320 tumidos flatus. Avg. nupt. et concup. 2, 35, 59 ut … semper exerceretur, numquam -retur *vigor membri virilis* (*nisi ad p. 1281, 64*). *al.*

β *actiones vel consilia hominum, eventus sim.*: Ⓘ *quaelibet*: Cic. Verr. II 2, 64 quod nisi ego meo adventu illius *Verris* conatus aliquantum -ssem *eqs.* **(**5, 59 -bat … tibi et imperandi ⌞vim⌟ et rogandi c. praeclara illa … cybaea [⌞ ⌟ *ad l. 7*]. Sull. 29 eorum c. impios et ⌞furorem⌟ consceleratum -ssi [⌞ ⌟ *ad p. 1284, 57*]. 51 *p. 1282, 6. al.***)**. leg. 3, 27 saepe … populi impetum iniustum auspiciis di immortales -sserunt (Att. 1, 20, 2 civium improborum impetus in me -i. ad Brut. 5, 1 arma poscentium, quorum -ssimus i. ardoremque restinximus). Att. 4, 16, 9 -am susceptam obiurgationem. *al.* Planc. Cic. fam. 10, 18, 3 quae (*i. pericula sim.*) si adventus meus -sserit *eqs.* Tac. ann. 1, 73, 1 quanta Tiberii arte gravissimum exitium inrepserit, dein -ssum sit, postremo arserit *eqs.* Tert. apol. 5, 4 *Domitianus* facile coeptum *persecutionis* -ssit. Amm. 26, 5, 9 super appetitu (*sc. rerum novarum*) … Procopii, antequam adolesceret, -endo *eqs.* Rvfin. patr. 2, 25 parricidale consilium. *al.* Ⓘⓘ *tumultus, bellum sim.*: Cic. Catil. 1, 30 rei publicae pestem, *i. coniurationem Catilinae,* paulisper -i, non in perpetuum comprimi posse. de orat. 1, 37 *Romulus* finitimorum vim -isse eloquentia videtur **(**Ampel. 46, 7 Scipio … totius Africae vires [*Heinsius,* urbes *cod.*] in perpetuum -ssit**)**. 2, 124 illam Norbani seditionem … *non* -i potuisse *eqs.* (Liv. 2, 63, 2 ea res maturam iam s. ac prope erumpentem -ssit. Svlp. Sev. dial. 1, 7, 2). ad Q. fr. 1, 1, 25 video … caedes multis locis -ssas. Liv. 3, 66, 2 non ultra discordia civium -i poterat. Sen. epist. 14, 12 Cato … bellum civile sententia -it (Clavd. 26, 400 nascentia b.). Hist. Avg. Pius 5, 5 rebelliones. Inscr. Tripol. 480, 8 (suppl. p. 143; *a. 408/23*) Austurianorum rabie repraessa *eqs.* Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 40, 3 -ere, quod commotum est (*gr. I 1, 1 p. 100, 4 καταστεῖλαι*). *al.*

γ *scripta, sermones, enuntiata sim. vel res, quae in eis continentur; -untur: quae brevius redduntur, restringuntur*: Varro ling. 7, 109 (*in imag.*) ideo potius iam -endum quam procudendum puto esse volumen. Sol. praef. 2 liber est ad compendium praeparatus …, ita moderate -ssus, ut nec prodiga sit … copia nec *eqs.* Avg. anim. 1, 3, 3 in … eloquio … multa emendanda et a nimia exundantia -enda. spec. 29 p. 200, 5 oportet nos -ssa disputatione nostra ad epistulas apostolicas … venire. *quorum impetus, vehementia temperatur*: Sen. epist. 40, 6 oratio perturbata et immissa est nec potest -i. Rvfin. Orig. in gen. 3, 5 p. 69, 9 H. verbositatem -it, linguam temperat, verba moderatur. in Rom. 5, 2 l. 79 (*respic. Rom. 5, 15; antea*: moderatus est) -it sermonem et non 'omnes homines' … ponit, sed 'multos'. Svlp. Sev. dial. 2, 12, 11 paululum iste liberior sermo -endus est. *quae reticentur, non proferuntur* (*cf. p. 1284, 6. 17*): Avson. 27, 5 (400 S.) l. 2 versus meos … carmine tuo … dum putas elici, -ssisti. Rvfin. Adamant. 5, 27 p. 99, 10 si quid habent ipsi ad haec proferre, non -ant. apol. adv. Hier. 2, 24 o scriptor, cohibe … vocem, -e stilum (*postea*: cave haec … scribere). *quae repelluntur, reiciuntur*: Pavl. Med. adv. Cael. 5 respuisti et -isti insanientis … verba. Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 39, 31 opus est omnes nos … -ere enuntiatam vocem (*gr. I 1, 1 p. 100, 1 καταστεῖλαι*).

δ *quaelibet* (*saepe quae infestant, nocent, molesta sim. sunt*): Cic. Sull. 21 quo in magistratu, *i. consulatu,* non institutum est … a me regnum, sed -ssum (*cf.* Svlp. Sev. chron. 1, 35, 2 cruentum imperium). Cael. 71 audetisne excitare tanti flagitii memoriam non extinctam …, sed -ssam vetustate? Phil. 11, 23 -e famam (*sim.* fam. 3, 8, 7 hos ego sermones … lacessivi numquam, sed non valde -ssi). Nep. Cato 2, 3 qua re luxuria -retur, quae iam tum incipiebat pullulare (Ambr. Noe 13, 46 reciditur et -itur resurrectionis l. Avg. civ. 1, 33 p. 50, 24). Sen. epist. 90, 28 *philosophia* magnitudinem … inflatam … -it. Sil. 14, 621 letiferos -ssit Sirius aestus. Homer. 62 confremuere omnes; clamore -sso *eqs.* **(***sim.* Svet. Aug. 53, 1 *Augustus* manu … indecoras adulationes -ssit [*inde* Oros. hist. 6, 22, 4]. *cf. p. 1284, 17***)**. Ps. Qvint. decl. 6, 15 ius meum -o. Tac. ann. 6, 16, 2 fraudes totiens -ssae. 15, 44, 3 -ssa … exitiabilis superstitio rursum erumpebat. Plin. epist. 5, 9, 6 praetor -it foedissimas pactiones. Svet. Dom. 9, 3 fiscales calumnias. Tert. adv. Iud. 6, 2 qui … nova sacrificia offerat et caeremonias antiquas -at. Avson. 23 (270 S.), 83 auget nec -it Vespasianus opes. Ambr. paenit. 1, 17, 96 (*antea*: non consummatam absumptionem carnis …, sed castigationem *significat*) si … nostra caro interire sic dicitur, ut -ssa magis quam absumpta credatur (*sim.* Greg. M. moral. 5, 61 si ad cognitionem suam -ssa corporali specie anima perducatur). Avg. civ. 2, 18 p. 74, 19 nequitiam (in epist. Ioh. 9, 7. Greg. M. moral. 2, 40 *diaboli* nequitias -ens *deus*). Svlp. Sev. chron. 2, 51, 7 non solum non -ssa est haeresis, … sed … latius propagata est (dial. 1, 7, 4). Cod. Theod. 2, 19, 4 cum … eandem *querellam* repellat et -at … iusta taxatio. 5, 1, 9 -endum … potius … quam incitandum favorem mutuum. Oros. hist. 6, 22, 10 tempora Christiana … inter -entum manus crescentia. *al.*

2 *per enunt. secund.* (*cf. p. 1281, 54*): Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 39, 17 a quodam … episcoporum -ere volente, ut ea, quae ultra hominem sunt, non perscrutentur (*gr. I 1, 1 p. 99, 16 ἀναστεῖλαι*).

B *imprimendi, sc. -itur imago in speculo*: Ven. Fort. carm. 7, 19, 8 (*de fratribus similibus*) unius ex facie facies mihi nota secundi; sic speculo similem forma -ssa refert (*nisi agnoscas motum localem, ut locus ad p. 1282, 39 sqq. pertineat*).

p. p. p. **repressus,** -a, -um *pro adi.*: *i. q. languidus, hebes, sc. de colore*: Sol. 27, 36 *heliotropium* viridi colore est non ita acuto, sed nubilo magis et -sso. *i. q. brevis, sc. de ramulo*: Sol. 30, 30 cinnamum … nascitur ramo humili et -sso, numquam ultra duas ulnas altitudinis. *i. q. retrorsum versus, sc. de capillo*: Physiogn. 73 capillus … ex utraque … parte ⌞-ssus vel reflexus est⌟ (*gr. I p. 396, 4 ὑποχωροίη*).

adv. **repressē,** *non nisi compar.* -ius. *i. q. modo represso*: Gell. 12, 11, 5 si sciant … homines nihil … diutius posse celari, -ius pudentiusque peccabitur. Amm. 29, 2, 12 nec … -ius actum est vel pudenter.

deriv.: repressio, repressor, repressorius. *Cioffi.*

reprindo *v.* reprehendo.

reprobābilis, -e. *a* reprobare. Not. Tir. 19, 100 -is.

i. dignus, qui reprobetur (*accedit dat. rei, cui quis non idoneus iudicatur, l. 34*): **1** *de animantibus, mente*: Iren. 2, 7, 2 l. 57 -is artifex. 2, 13, 1 primum ordinem emissionis *Aeonum* … -em esse (*cf. l. 36*). 4, 33, 1 gentes … ⌞-i mente⌟ universam suam operationem in vanum consumentes (⌞ ⌟ *sec. Rom. 1, 28, v. infra p. 1291, 27*). Avell. 94, 16 *nisi prima hominum generatio* praevaricatione … -is esset effecta (*Gelasii papae ut*: Epist. pontif. 636 Thiel 14, 9 p. 368 clericalibus infulis -em … esse personam).

2 *de rebus*: Iren. 2, 12, 8 in tali … numero si plus fuerit aut minus, -em faciet numerum. 2, 13, 8 -is et impossibilis prima Noos *Aeonis* … emissio est (*cf. l. 30*). Greg. Naz. serm. 45, 12 utraque, *sc. tam cordis pigritia quam nimia curiositas,* -ia *sunt* (-ius *cod.; gr. ἀμφότερα κατεγνωσμένα*). Rvstic. Conc.^{S} I 4 p. 110, 37 manentibus … blasphemiis … egregia (*i. recte dicta*) iniuriam sustinebunt et -ia fient.

compos.: irreprobabilis.

ἀποδοκιμαστέος: **reprobātīcius** Gloss. II 236, 37 (*versione parum apta, nisi fuit -μαστός*). *adi. a* reprobare *derivandum.* *Bk.*

reprobātio, -ōnis *f.* *a* reprobare. Gloss. -o: *ἀποδοκιμασία.* *legitur in orat. soluta tantum inde a* Tert., *plur. non nisi l. 60.* [*confunditur in codd. c.* probatio *e. g. p. 1287, 7* (*in falsa var. l.* Avg. quaest. hept. 7, 17, 3; *restit. p. 1287, 9*), perprobatio *l. 73.*]

i. q. actio reprobandi, reiciendi sim. (t. t. rhet. p. 1287, 9; saepe reprobat deus, e. g. l. 57. 62 sqq.; in contextu occurrit e. g. anathema *p. 1287, 7,* contumelia *l. 54,* reiectio *p. 1287, 9; opp. e. g.* electio *l. 54 sqq. 75 sq.,* probatio *l. 58. 67; c. gen. obi. passim, subi. l. 61); -o fit*: **1** *quolibet modo; reprobantur*: **a** *animantes* (*fere homines, dei pagani l. 55, Christus l. 59 sq. 70*): Tert. nat. 1, 10, 11 cum alii alios deos colitis, … praelatio alterius sine alterius contumelia non potest *fieri,* nec ulla electio non -e componitur **(***pendet* apol. 13, 2. *sensu magis generali vel fort. proverbiali*: Ps. Ambr. serm. Sess. 3, 5 [*respic. homines a deo electi*] exaltatio haec sine humiliatione non potest esse, nec e. sine -e. *cf. l. 75 sq.***)**. fug. 1, 3 *persecutionem* necessariam, ad probationem scilicet servorum eius *dei* sive -em (*postea l. 69*). adv. Marc. 4, 35, 14 (*respic. Luc. 17, 25*) *Christus* passiones et -es *sui* ipsius expectabat (*item reprobatur Christus*: Arnob. Ivn. in psalm. 117 l. 81 videns deus iniustam -em hominum. *in imag. l. 70 sqq.*). Vet. Lat. Rom. 11, 25 (Ps. Orig. tract. 3, 31) ideo -o Israel (*dat., ut vid.*) facta est, ut adimpletio gentium fieret **(***gr. πώρωσις, cod. 75. al. et Vulg.* caecitas. *item reprobatur gens Iudaeorum*: Ambrosiast. in Rom. 11, 19 [*postea p. 1291, 67*]. Isid. alleg. 88. *al.***)**. Greg. M. epist. 9, 229 l. 46 (*antea*: transmissos abbates … vi maris … fatigatos) adversitas …, quae bonis votis obicitur, probatio virtutis est, non iudicium -is (in euang. 40, 3 [*opp.* approbationem]. moral. 9, 28. *al. apud eundem*). *al.* **b** *res*: Tert. fug. 1, 3 (*antea l. 59*) nisi probatio et -o fidei. adv. Iud. 14, 3 (*de Christo*) non lapis offensionis …, sed lapis summus angularis post -em adsumptus … in consummationem **(***sc. templi; fere idem* adv. Marc. 3, 7, 3, *sc. in imag. sec. psalm. 117, 22 [v. p. 1288, 11]; cf. l. 59 sqq.***)**. paenit. 2, 9 (*8* bonis … factis cogitatisve) deus … -em (per- *var. l.*) bonorum ratam non habet, utpote suorum; quorum cum auctor … sit *eqs.* Zeno 2, 3, 7 cum unius *fidei* electio sit alterius -o **(**Cassian. conl. 1, 17, 1 [*respic. cogitatio-*

nes superfluae] -o vel e. consistit in nobis. *cf. p. 1286, 54 sqq.*). PS. AMBR. paenit. 7 p. 980[D] (*respic. gen. 4, 2 sqq.*) cum *Cain* … retulisset in oblationis suae -e repudium. PS. HIER. epist. 149 p. 198, 18 *prophetae* providentes harum *feriarum* -em euangelii tempore … praedixerunt: … dies festos vestros … odit anima mea (*respic. Is. 1, 13 sq. vel sim.*). GREG. M. epist. 7, 31 l. 87 *vetus codex synodi Ephesinae* nihil aliud continet in definitione anathematis et -is (prob- *var. l.*), nisi quod XII capitula … reprobant. moral. 23, 4. *term. techn. rhet.*: IVL. RVF. rhet. 12 p. 42, 5 *ἀποδίωξις* [sive *ἀποπλάνησις*], reiectio vel ⟨re⟩probatio quarundam rerum, quasi in quaestionem non venire dignarum (*sc. ideo praetereundarum*).

2 *irritum faciendo, abrogando*: VET. LAT. Hebr. 7, 18 (cod. 89. *al.* = VVLG.) -o … fit praecedentis mandati propter infirmitatem eius et inutilitatem (*gr. ἀθέτησις, cod. 82* spretio). ALC. AVIT. c. Eutych. 2 p. 23, 11 perpendite *haeresim* … in unius -e sermonis (*antea*: hymnus … truncatus).

3 *refellendo* (*e versione falsa*): CASSIOD. hist. 1, 14, 14 propter -em … huius vesanae doctrinae … proposuimus illud (*seq. psalm. 44, 8; gr. Theodoret. 1, 4, 14 εἰς παράστασιν … παρατιθέμενοι syntaxi male intellecta falso versum esse arguit Weissengruber, Epiphan. Schol. als Übersetzer, 1972, 269*). *Dowson.*

reprobātor, -ōris *m.* *a* reprobare (*sed prius legitur forma fem.*). *i. qui reprobat* (*cf.* GLOSS. -r: *ἀποδοκιμαστής*): AVG. serm. 360A coll. Dolbeau 1996 p. 236 l. 122 pagani … adhuc *sunt* ideo reliqui, ut adhuc habeat fides nostra -es, ut deum habeat probatorem.

f. **reprobātrīx,** -īcis. *i. quae reprobat*: TERT. adv. Marc. 4, 36, 1 (2) orandi disciplinam, sive -em superbiae sive iustificatricem humilitatis (*antea*: alterum reprobatum, *sc. Pharisaeum,* alterum iustificatum, *sc. publicanum sec. Luc. 18, 10 sqq.*).

reprobē *v.* reprobus. *Bk.*

reprobo, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* probare. *abbreviatur per litteram* R *virgula traiectam p. 1288, 27* (*quo modo signum* RMA *in lapidibus marmoreis Phrygiis ca. a. 100 inscriptum solvendum sit, non liquet, cf. p. 294, 10 sqq. et v. Fant, Cavum antrum Phrygiae, 1989, 23, Christol et Drew-Bear, Mél. École fr. de Rome, 1994, 821 sqq.*), reprob(ata) *p. 1288, 28,* reproba(ta) *p. 1288, 29.* NOT. Tir. 19, 99 -at. *forma* -probr- *in var. l.* QVINT. inst. 6 prooem. 3. TERT. ieiun. 15, 1 (*ed. princ.*). VEN. FORT. Mart. 2, 329, *perperam in ed. Oder* CHIRON 719 (*v. app. crit.*). *de notione*: GLOSS. II 219, 42 *ἀθετῶ*: -o. 236, 35 *ἀποδοκιμάζω*: -o. improbo. GLOSS.[L] I Ansil. RE 326 redarguere: -are. II Abav. RE 98 -at: refutat. *sim. al.* *legitur in orat. soluta tantum inde a* GAIO (*semel*), SCAEV. (*bis*), TERT. [*a serm. docto haud aliena sunt it.* riprovare (*maxime usus iur. et christ. proprium, ut francog.* reprouver), *prov.* repro(v)ar, *cat., hisp., port.* reprovar. *cf. M.-L. 7228. Battisti-Alessio V 3261. Cortelazzo-Zolli[2] 1389. Wartburg X 277 sq. Coromines VI 837. Corominas-Pascual IV 878 sq. Houaiss[2] 2433. Schd.-Cr.*] **[***confunditur in codd. c.* probare *p. 1288, 63 et* TERT. apol. 38, 5 RVFIN. apol. adv. Hier. 1, 27 (*in falsa var. l.* CIC. fin. 1, 23 PELAG. in Rom. 1, 28 p. 16, 23), prohibere *p. 1288, 63; in var. l. pro* improbare EVTR. 4, 26, 1, reprobus AVG. pecc. mer. 1, 39, 70, repugnare QVINT. inst. 6 prooem. 3.**]**

fere i. q. improbum iudicare **(***antea probata e. g. l. 63. p. 1289, 47. 49* [*ubi accedit adv.* denuo]; *accedit acc. c. inf. sim. p. 1288, 25. 74. 1290, 12 sqq., praedic. p. 1288, 48. 1289, 3*). *iuxta ponitur vel fere pro syn. est e. g.* damnare *p. 1288, 55. al.,* eicere *p. 1288, 4,* exprobrare *p. 1289, 10,* respuere *p. 1288, 62. al.,* spernere *p. 1288, 39; opp. e. g.* accipere *p. 1288, 24. 30. 1289, 7,* admittere *p. 1289, 54,* comparare *p. 1289, 15,* eligere *p. 1288, 64. 1289, 39. 42. al.,* probare *l. 64. p. 1288, 60. al.,* suscipere *p. 1288, 28. al.; gr. resp. maxime ἀθετεῖν, e. g. l. 72. p. 1288, 39. 1289, 8, et ἀποδοκιμάζεσθαι, e. g. p. 1288, 4. 12. 1289, 34.*

I *respicitur id, quod non bonum, gratum, aptum, idoneum iudicatur*: **A** *-antur res*: **1** *quae (rursum) irritae iudicantur, fiunt* (*sc. iudicia, constituta, testimonia sim.*): **a** *in re iudiciaria*: GAIVS inst. 2, 105 -tum est in ea re domesticum testimonium (PAVL. dig. 3, 2, 21 INST. Iust. 2, 10, 9). SCAEV. dig. 3, 5, 8 quod -are non possim semel probatum. VLP. dig. 1, 14, 3 puto nihil eorum *decretorum* -ari. 3, 5, 7, 2 si post examinationem -tae fuerint pensationes (16, 2, 7, 1). COD. Iust. 4, 19, 21, 1 (*a. 294*) cum … nec cetera probationum indicia -entur. 4, 26, 10 pr. (*a. 294*) -andi contractum dominus nullam habet facultatem. *al.*

b *vario contextu*: TERT. apol. 4, 6 miramini hominem aut errare potuisse in lege condenda aut resipuisse in -anda? adv. Marc. 2, 15, 1 excusate delicta, ut iudicia *dei* -etis. VET. LAT. psalm. 32, 10 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) dominus … -at … cogitationem populorum et -at consilia principum (*gr. ἀθετεῖ, Hier. psalt. sec. Hebr.* irritas fecit. *inde* LVCIF. non conv. 5 l. 77). Is. 29, 14 (Cypr. patient. 2, *sim. al.*) perdam sapientiam sapientium et prudentium prudentium -bo **(***gr. ἀθετήσω* [*sc. var. l. pro κρύψω*], *Vulg.* abscondetur. *locum affert* I Cor. 1, 19 [cod. 75. *al. et* VVLG.; *gr. ἀθετήσω*]. *pendent varii loci apud auctores christ., e. g. infra l. 61 sq.*). AMBROSIAST. in Rom. 9, 4, 1 *Christi et spiritus sancti* testimonium -ari non potest. CONC.[S] I 2 p. 65, 12 vult … antiqua … valere fidei dogmata, recentiora autem … -ari et eici (*gr. I 1, 2 p. 54, 12 ἀποδοκιμάζεσθαι*).

revocando antea dicta: VET. LAT. psalm. 88, 35 (cod. 300. *al.*) quae procedunt de labiis meis, non -bo (*gr. ἀθετήσω, Vulg.* faciam irrita, *Hier. psalt. sec. Hebr.* mutabo).

2 *quae non adhibentur, quia inutiles iudicantur* (*sc. manu vel arte factae*): SCAEV. dig. 48, 4, 4, 1 hoc crimine liberatus est a senatu, qui statuas imperatoris -tas conflaverit. lapis: VET. LAT. psalm. 117, 22 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) l., quem -verunt aedificantes, hic factus est in caput anguli **(***gr. ἀπεδοκίμασαν, item* Matth. 21, 42 [cod. 3. *al. et* VVLG.]. *inde* AVG. civ. 7, 1 p. 273, 27 ITIN. Anton. Plac. rec. A 22, 1. *et saepissime*). HERM. Pal. sim. 9, 7, 1 tradidit … ei l. omnes, qui iuxta turrem erant -ti de structura (*gr. ἀποβεβλημένους*). *al.*

3 *quae non accipiuntur, recusantur*: **a** *sacrificia, hostiae* (*sc. quas deus recusat; aliter l. 50 sq.*): TERT. adv. Iud. 2, 12 (*spectat ad gen. 4, 4 sq.*) *deus* accepto ferens, quae offerebat *Abel* in simplicitate cordis, et -ans sacrificium fratris eius Cain **(**HIER. in Ier. 2, 40, 1 quorum ⌊-vit templum⌋, consequenter -at et s. [⌊ ⌋ *ad l. 49 sqq.*]. AVG. civ. 10, 4 p. 407, 27 quorum *Cain et Abel* maioris deus -vit s., minoris aspexit. *al.*). VET. LAT. Sirach 34, 23 (Patric. epist. 8) dona iniquorum -at altissimus **(***gr. 31, 23 vel 34, 19 οὐκ εὐδοκεῖ, Vulg.* non probat]. PS. PROSP. carm. de prov. 309). PELAG. in Phil. 4, 18 p. 416, 2 *hostia* sicut a sanctis oblata accepta est, ita eorum, qui in peccatis duraverint, -atur. *accedit acc. c. inf.*: ZENO 2, 20, 2 sacrificium, quod ipse -at fieri, qui praecepit. **b** *varia*: OSTRAC. Année Épigr. 1998 n. 1551a f(ero?) CCVIII, r(reprobo) v⟨III⟩ **(***ex Africa procons., a. 373, ut sim.* 1551b reprob(ata). 1552b sus⟨ce⟩pimus per nav(i)c(u)lam Felicis … centenaria levia ducenta et octo et reproba(ta sunt?) t⟨re⟩decim. *al.*). PRISCILL. tract. 2, 50 nos … accipientes professionem laicorum, quam -are … non poteramus (*cf. p. 1289, 46 sqq.*). AMBROSIAST. in Rom. 11, 28, 2 quamvis graviter peccaverint Iudaei -ando donum dei. HIER. epist. 119, 11, 2 ut, si quis nummus adulter est et figuram Caesaris non habet nec signatus moneta publica, -etur. adv. Rufin. 1, 16 quasi bonus trapezita adulterinae monetae pecuniam -et.

4 *quae violantur, non servantur* (*sc. leges, praecepta sim. vel fides; aliter p. 1287, 60 sqq.*): TERT. adv. Marc. 2, 19, 2 ut nemo eam *legem* -are debeat, nisi cui non placet deo deservire **(**VET. LAT. Is. 24, 16 [Ind. capp. bibl. Is. A 62 p. 18] de spernentibus et -antibus l. domini [*gr. ἀθετοῦντες, Vulg. aliter*]). VET. LAT. psalm. 131, 11 (Cypr. testim. 2, 11) iuravit deus ipsi David veritatem et non -vit eam (frustrabitur eum *var. l.; gr. οὐ μὴ ἀθετήσει, Vulg.* non frustrabit). I Tim. 5, 12 (cod. 77, *sim. al.*) habentes damnationem, quoniam primam fidem ⌊irritaverunt et -verunt⌋ **(**[*gr. ἠθέτησαν, Vulg.* irritam fecerunt]. LVCIF. moriend. 12 l. 46 f. … sanctam, quam semper tenuit ac tenet ecclesia, -ans. AVELL. 2, 18. *al.*). IREN. 3, 11, 9 l. 242 ut -ent dispositiones dei (*gr. ἀθετήσωσιν*). *al.*

5 *quae vario modo damnantur, vituperantur vel refutantur sim. (quo respectu aliquid -etur, indicatur per struct. cum* ut, quasi, tamquam *l. 58. 66. 72); -antur*: **a** *varia*: **α** *corporalia* (*huc etiam l. 19*): TERT. adv. Iud. 5, 6 quomodo carnalia sacrificia -ta intelleguntur (COMM. apol. 346 hoc Malachiel canit propheta …, cum et Iudaeorum -et s. dicens: '…'. *aliter l. 16 sqq.*). monog. 15, 2 nos … non magis nuptias auferimus, si secundas recusamus, quam cibos -amus, si saepius ieiunamus (HIER. adv. Iovin. 1, 3 qui *Tatianus* non solum nuptias, sed c. quoque, quos deus creavit ad utendum, damnat et -at). HIPPOCR. progn. 12 pinguedines, quae supernatant *urinae* …, -andae (*gr. μέμφεσθαι*). *al.* **β** *incorporalia*: TERT. adv. Marc. 1, 29, 5 cum matrimonium ut malum et impudicitiae negotium -at (HIER. adv. Iovin. 1, 23 [*item* epist. 49, 9, 2]). 4, 15, 7 (*antea p. 1289, 17*) nemo non contrarium eius, quod probaverit, -at. HIL. in Matth. 21, 5 quia prudentes et principes saeculi sapientiam dei -verint (*pendet ex p. 1287, 74 ut*: PAVL. NOL. epist. 38, 2 illam -tam deo s. respuisti. *al.*). HIER. in Is. 16, 58, 3 l. 89 G. haec dicimus, non quo ieiunia -emus (prob- *var. l.,* prohibimus *vel* prohibeamus *singuli codd.*). VVLG. Is. 7, 15 ut sciat -are malum et eligere bonum (*sim.* 7, 16). AVG. bapt. 3, 19, 27 p. 222, 13 sacramenta novi testamenti … non debemus … quasi non agnita -are. *al.* *indicatur,* apud *quem aliquid improbum dicatur, sc. detrectando*: SCHOL. Verg. Bern. ecl. 3, 13 dedisti operam, ut me ingratum Caesari faceres studiaque mea a. illum -res.

b *remedia, medicamenta sim., sc. in arte medica* (*aliter l. 56*): CAEL. AVR. acut. 2, 29, 157 -at clysteres atque omnia medicamina. 3, 3, 22 sacellorum siccam vaporationem tamquam densabilem -amus. SORAN. p. 25, 14 quae omnia, *sc. remedia medicorum antiquorum,* nos -amus (*gr. p. 243, 13 μοχθηρά* [*sc. ἐστιν*]). *al.* *accedit acc. c. inf.*: CAEL. AVR. chron. 1, 1, 42 natationes … sub divo fieri -amus.

[Meusel]

B *-antur animantes* (*animalia ad usum militarem l. 43*): **1** *usu communi*: **a** *generatim*: **α** *formae act.* (*refl. l. 16; accedit acc. praedic. l. 5. 16,* tamquam *l. 22, cf. p. 1288, 48 sqq.*): Ⓘ *-ant homines: deum vel Christum*: TERT. apol. 13, 3 contemnitis, quos -atis, quos -ando offendere non timetis. adv. Marc. 2, 11, 3 non -as … deum iudicem, qui non iudicem deum probas (*nisi ad p. 1290, 8 sqq.*). VET. LAT. Ioh. 12, 48 (cod. 2) qui -at me et non accipit verba mea (*gr. ἀθετῶν, Vulg.* spernit). IREN. 2, 28, 3 l. 91 ipsum deum, qui fecit omnia, -are. LACT. inst. 4, 12, 13 qui *Iudaei* hunc *Christum* … -verunt. *al. quoslibet animantes*: TERT. ieiun. 15, 1 (*14, 4* exprobratis) -at *apostolus* … illos, qui iubeant cibis abstinere. VET. LAT. Is. 33, 1 (Hier. *ad loc.* l. 5 G.) qui -ant vos, vos non -ant (*gr. ἀθετῶν … ἀθετεῖ, cod. 3. al. et Vulg.* spernis … sperneris. *postea l. 70*). COD. Iust. 5, 28, 2 (*a. 212*) nisi *tutorem* testamento datum pater alium codicillis dando -verit. SEVERIN. doctr. p. 128 quos *amicos* … comparaveris, noli cito -are. PAVL. PELL. euch. 109 (*ad deum*) me -ans lapsum ad tua iura refugi. *al.* Ⓘⓘ *-at deus vel Christus*: TERT. adv. Marc. 4, 15, 7 quomodo non eiusdem *dei* sit divites -are, qui supra mendicos probarit? (*postea p. 1288, 60*). VET. LAT. Ier. 14, 19 (cod. 177) numquid -ans -asti Iudam? (*gr. ἀποδοκιμάζων ἀπεδοκίμασας, Vulg.* proiciens abiecisti). IREN. 4, 36, 2 l. 78 iuste -vit eos deus. ANON. c. Ioh. 2 quia hunc *pauperem* sciendo humilem approbat, illum *divitem* autem quasi ignorando tamquam superbum -at. *al. -atur natura hominum, non singuli homines*: IREN. 2, 22, 4 *Iesus* non -ans neque supergrediens hominem neque solvens [suam] legem in se humani generis, sed omnem aetatem sanctificans. Ⓘⓘⓘ *-ant actio vel dicta hominum*: HIER. epist. 22, 29, 2 si quid de scripturis dubitas, interroga eum, quem vita commendat, excusat aetas, ⌊fama non -at⌋ (*eadem* POMER. 3, 15, 4). PS. PROSP. vocat. gent. 2, 20, 36 l. 19 quales -at abdicatio, tales adoptat electio. GREG. M. moral. praef. 16 nequaquam eos *haereticos* superna iudicia tam districto examine pro verborum suorum culpa -rent.

c *quae improbantur, displicent, negleguntur, nullius momenti habentur sim.*: **α** *ut inutiles, malae sim.* (*hic illic praevalet notio effectus ex improbatione exorti, ut intellegere possis e. g. consilia, iussa non exsequenda l. 33 sqq., actiones prohibendas p. 1308, 23 sqq., ritus non observandos p. 1308, l. 6*): Ⓘ *varia exempla*: Ⓐ *-antur consilia*: TER. Andr. 733 -o quod consilium primum intenderam **(**CIC. dom. 9 optimum c. de orat. 3, 3 [*sec. orationem Crassi*] si ... *consul* c. senatus a re p(ublica) -ret. AVR. Fronto p. 38, 13 [*opp.* comprobasti]. VET. LAT. prov. 6, 20 [Faust. Rei. grat. 1, 12] noli -are consilia matris tuae [*gr. μὴ ἀπώσῃ, Vulg.* ne dimittas]. SIDON. epist. 1, 7, 6**)**. CIC. Phil. 7, 8 (*antea opp.* accipiatis). off. 3, 49 *Athenienses* totam eam rem, *i. consilium Themistoclis,* ... -verunt. Att. 10, 1, 3 quid ... essem de pace dicturus, dixi; ipse *Caesar* valde -vit. Ⓑ *-antur hominum qualitates, affectus sim.*: AFRAN. com. 263 dehinc temeritatem -o vulgariam. CIC. Cluent. 5 falsa invidia ... ab ingeniis prudentium -etur. Balb. 7 esset omnis ... reprehensio a vobis, iudices, -anda. Phil. 5, 10 omnis ... audacia *M. Antonii* ... auctoritate nostra -anda est. Lael. 48 *ne* virtutes, quia nonnullas ... molestias adferunt, -entur (61 v. ... minime -anda est). off. 2, 54 hoc benignitatis genus *non* omnino -andum est (MIN. FEL. 5, 1 alterum *g. vivendi* [*opp.* conprobaris]). *al.* PLIN. nat. 7, 130 -ta omni fortunae ambitione. FRONTO p. 139, 16. 139, 17 iustitiam. COD. Iust. 8, 50, 17, 1 (*a. 294*) de tristitia -anda. PRISCILL. tract. 1, 2 -tis prioris vitae desideriis. *al.* Ⓒ *-antur iussa vel preces* (*cf. infra l. 67*): CIC. Font. 48 eius *Vestalis* obsecrationem -are, cuius preces si di aspernarentur *eqs.* Cluent. 201 cuius *matris malevolae* vota et preces a vestris mentibus -are debetis (p. red. in sen. 12. Pis. 64 superbissime decreta et p. *Italiae* -asti. *al.* LIV. 38, 3, 7 SVLP. SEV. chron. 1, 41, 1). AMM. 17, 13, 5 iubenda. Ⓓ *quaelibet*: CIC. Verr. II 1, 112 tuam auctoritatem tute ipse edicto provinciali -bas (1, 153. 3, 39. 48 Sest. 35). Deiot. 30 quamvis ... impie necessitudinis nomen -retis (*sc. avum accusantes*). Phil. 5, 33 cum hoc *Antonio* ... bello ... decertandum est, idque confestim; legatorum tarditas -anda[s] est. de orat. 1, 110 quod neque ... amplecteretur artem *rhetoricam,* ... neque rursum eam totam ... -ret (3, 128 *artes* sordidiores). *al.* LIV. 9, 11, 4 tum bellum et fortia consilia placeant, tum sponsio et pax -etur. COLVM. 6 praef. 1 agricolas pecoris abnuisse curam gregariorumque pastorum velut inimicam professionis suae disciplinam constantissime -asse (APVL. apol. 28, 9). TERT. idol. 10, 4 saecularia studia. IVL. VICT. rhet. p. 39, 32 eam *rem,* quam nocturam putes, -are (*antea disting.* tollere). HIL. AREL. vita Honorat. 4 l. 7 -to patrum stemmate elegit sola Christi paternitate censeri. ENNOD. epist. 8, 37, 1 p. 224, 1 si *epistulae aliquid petentes* -entur ab inpetratione.

Ⓘ *-antur res ad religiones earumve praecepta pertinentes*: PACVV. trag. 235 -o auspicium; regrediundum est ilico. CIC. leg. 2, 28 ara ... vetusta ... Febris ... detestanda, atque omnia eius modi -anda sunt. nat. deor. 2, 71 his fabulis spretis ac -tis *eqs. al.* TERT. monog. 9, 3 si 'quos deus coniunxit, homo non separabit' -o. Ps. TERT. haer. 6, 1 hic *haereticus* prophetias et legem -at, deo creatori renuntiat **(**[*cf. p. 1306, 1*]. VET. LAT. I Thess. 5, 20 [Priscill. tract. 3, 71] p. nolite -are [*gr. μὴ ἐξουθενεῖτε, cod. 75. al. et Vulg.* nolite spernere. *cf. Priscill. ibid.* respuimus]**)**. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 19, 4 -andum esse omne omnino baptisma *extra ecclesiam* (*cf.* CASSIOD. inst. 1, 19 iterationem baptismatis, quam usus atque ratio -vit ecclesiae). HIL. in Matth. 13, 2 *fides* suscepta novis fructibus ditat, -ta vero etiam veteris substantiae opes detrahit (PRISCILL. tract. 3, 73 SVLP. SEV. chron. 2, 44, 4). HIER. in Eph. 5, 25 p. 532^{B} qui *haeretici* omnes omnino nuptias -andas putant (*aliter sub IA*). vir. ill. 1, 5 libri *quidam* ... inter apocryphas scripturas -antur **(**RVFIN. hist. 3, 31, 6 qui in auctoritate habeantur l. *scripturarum* vel qui penitus -entur [*cf. gr. τῶν ... παντελῶς νόθων*]**)**. SERM. Corp. Vind. 21 p. 333, 8 *saeculi rebus inanibus* sub aeternorum comparatione in nihilum -tis. *al.*

Ⓘ *-antur res ad instituta rei publicae pertinentes*: CIC. inv. 1, 68 *maiores nostri* -tum iri legem *malam* intellegebant (Verr. II 3, 24 tota Hieronica lege ... reiecta ac -ta. *al.* QVINT. inst. 3, 6, 84 quam l. mos publicus -vit. decl. 261, 2. *cf.* CIC. har. resp. 29 eam partem legis). Verr. II 2, 126 hominum iura ... *et* deorum ... religiones omnes -vit (Phil. 1, 27). Cluent. 136 an potuit *senatus* rem delatam eius modi -are? (*cf.* ASCON. Corn. p. 47, 12 cuius relationem -vit senatus). prov. 39 si hominum clarissimorum ... studium erga hunc ordinem -aro. Planc. 9 tu labores tuos, quod aedilis non sis factus, fractos esse et abiectos et -tos putas? rep. 1, 49 negant oportere ... genus hoc totum liberi populi -ari (leg. 3, 15 quoniam regale civitatis g., probatum quondam, postea ... regis vitiis -tum est, nomen tantum videbitur regis -tum, res manebit, si unus *magistratus* ... imperabit). *al. apud eundem.* *-antur actiones ab iudice*: COD. Iust. 7, 62, 3 (*a. 238/44*) licet *appellatio* ab iudice -ta sit. Theod. 11, 30, 37 si a cognitore fuerint -tae *peremptoriae praescriptiones.*

Ⓘⓥ *in artibus, disciplinis*: Ⓐ *gramm. vel rhet.* (*-antur litterae, verba, sermones eorumve qualitates sim.*): CIC. de orat. 3, 157 (*de similitudine; sunt qui locum Ciceroni abiudicent*) verbum in alieno loco tamquam in suo positum, si agnoscitur, delectat; si simile nihil habet, -atur (QVINT. inst. 1, 5, 71 si *v.* recepta sunt, modicam laudem adferunt orationi, -ta etiam in iocos exeunt. MACR. Sat. 1, 5, 3). 3, 192 ne *dicta postrema* ... animorum iudiciis -entur. orat. 25 opimum ... dictionis genus, quod ... Rhodii numquam probaverunt ..., Athenienses vero funditus -verunt (209. QVINT. inst. 6, 3, 49 ut hoc g. *responsi* non totum -etur). 216 (*agitur de clausulis*) *paeana* non plane reicio ...; ne spondeus quidem funditus est -andus. VARRO ling. 8, 30. 9, 3 neque anomalia neque analogia est -anda. VEL. gramm. VII 50, 9 antiqui nostri -verunt id, quod apud Graecos est ‹ζ› (*Di Napoli, ed. 2011, v trad.*). 76, 13 quod vide⟨o⟩ consuetudinem -asse (*i. scripturam 'beni-, malificium'*). FRONTO p. 134, 19 utrumne ... spernenda censes ac -anda *verba elegantiora,* an *eqs.* (*opp.* recipi). APVL. flor. 15, 19 versuum nexu -to conscribere ... libera oratione. PRISC. gramm. II 27, 8 (*allatis exemplis* o *vocalis in* u *mutatae*) quae ... a iunioribus -ta sunt, quasi rustico more dicta. Ⓑ *agri cultura* (*-antur vel res corporeae vel usus*): COLVM. 2, 2, 22 hoc ... genus iuncturae *boum* maxime probatum est; nam illud *provinciale* ... fere -tum est *a scriptoribus.* 3, 13, 5 hae ... vinearum sationes pro natura ... cuiusque regionis aut usurpandae aut -andae sunt nobis. 5, 8, 6 *ad oleas colendas* creta ex toto -anda est. 9, 4, 3 solae ex omnibus *arboribus* ut nocentes taxi -antur. *al.* PLIN. nat. 16, 140 *cypressus* non -ta distinguendis tantum vinearum ordinibus. PALLAD. 1, 6, 9 nigras vites omnino -es. Ⓒ *dialectica*: GELL. 2, 8, 9 aput Platonem ... reperias synlogismos -to conversoque ordine isto *tradito.*

β *ut falsae, non genuinae; respiciuntur*: Ⓘ *quaelibet*: TER. Ad. 858 ut illa, quae te scisse credas, nescias et, quae tibi putaris prima, in experiundo ut -es. CIC. Font. frg. 7 hoc ipso argumento cetera testimonia -are debetis. Planc. 44 sequestremne Plancium *esse*? respuerent aures, nemo agnosceret, -rent. Mil. 64 haec *falsa* non delata solum, sed paene credita, nec ante -ta sunt quam quaesita. VARRO rust. 1, 2, 28 quae *miracula* omnia sunt diversa ab agri cultura et ideo -anda. Ⓘⓘ *philosophia vel res divinae*: CIC. ac. 2, 29 quoniam ... docere ... vellent *Academici,* quae visa accipi oporteret, quae -ari. 2, 119 hoc -are, illud autem ... defendere. nat. deor. 3, 44 tum Charon, tum Cerberus dii putandi; at id quidem -andum. *al.* TERT. carn. 4, 1 si ... *non* ut impossibilem ... deo -as corporationem, superest ut quasi indignam reicias et accuses. FIRMIL. Cypr. epist. 75, 7, 2 *haeretici* consentiunt in -anda divinitatis veritate (AVG. civ. 15, 27 tit. -tā historicā v.). HIL. syn. 20 -atur ... haec omnis impietas (*i. doctrina falsa*). HIER. epist. 85, 4, 1 prava dogmata (*antea*: reprobare). AVG. epist. 166, 19 quaecumque illarum *sententiarum* veritate posset convinci et -ari. *al.* Ⓘⓘⓘ *variae artes*: VARRO ling. 9, 111 sic ... omnis -andum erit artis, quod ... discrepant scriptores; item in quibus conveniunt in scriptis, si ‹eadem› -at natura (‹ › *Mette,* etiam *trad.*). CELS. 3, 4, 12 (*antea p. 317, 26*) id Asclepiades iure ut vanum -vit. COLVM. 1, 1, 6 (*opp.* probanda; *v. 1189, 46*). 2, 1, 1 cur ... veterum opinionem ... reppulerim falsamque sententiam -verim. PLIN. nat. 2, 85 una ratio geometricae collectionis numquam fallacis possit non -ari. QVINT. inst. 3, 6,

[Stewart]

33 (*de statibus*) quemadmodum ab Archedemo qualitas exclusa est, sic ab his -ta finitio. Ps. Apvl. herm. 14 p. 281 ex *tot* … coniugationibus *propositionum* quattuordecim … probantur, ceterae … merito -antur. Avg. mus. 4, 1, 1 utrum non -es, *discipule,* quod ultimam syllabam *metri* … grammatici nihil ad rem pertinere arbitrati sunt. :: omnino -o. Galen. sect. 8, 2 si quidem -as, quod videtur, … et nobis tempus est adeundi ad eos, qui recipiunt visibilia (*gr.* ἀτμάζεις). *al.*

d *quae admitti vel fieri non possunt* (*subi. sunt res impedientes*): Plin. nat. 17, 104 (*de insitione*) -at … advenam *virgam* inhospitalis duritia *nodi.* Scavr. gramm. app. VII 30, 12 eam *litteram* (*sc.* b *in praepos.* ab) -ant *voces non a vocalibus incipientes,* ut 'a Baiis' *eqs.* Cod. Iust. 2, 4, 20 (*a. 293*) *non* ad rescindendum pactum sufficit, quod hoc *noctu factum sit* …, cum nullum tempus sanae mentis … consensum -et. Boeth. arithm. 1, 10, 9 l. 41 nascuntur hi *numeri* II, VI, X …, quos si dividas (*sc. in duas partes*), unam recipiunt sectionem ceteram -antes.

3 *appendicula syntactica et stilistica ad IIA*: **a** *pro obi. est acc. passim; inf. p. 1307, 20 sqq., or. recta p. 1307, 72, enunt. secund. c.* quod *l. 4; absolute e. g. p. 1305, 61. 1306, 31. 1307, 23. 1308, 57.* **b** *accedunt adv. e. g.* funditus *p. 1308, 34. 36,* omnino *l. 5. p. 1305, 75. 1307, 45. al.,* penitus *p. 1305, 68. 1308, 8, cf.* ex toto *p. 1308, 47; adi.* (*sc. ad obi. verbi*) omnis *p. 1307, 42 sq. 47. al.,* totus *p. 1307, 59. 1308, 12. al.; locut.* in nihilum *indicans gradum contemptus p. 1308, 10; praepos.* ab *indicans, unde aliquis (aliquid) arceatur sim., e. g. p. 1306, 10 sq. 17. 1307, 52. 67.* **c** *pro syn. sunt e. g.* abicere *p. 1308, 19* (*cf.* reicere *p. 1306, 31. 1308, 13. 64. al.*), contemnere *p. 1305, 60. 1306, 35. 54,* excludere *l. 1. p. 1307, 1,* recusare *p. 1306, 37. 56. 59,* repellere *p. 1306, 13. 1308, 74,* respuere *p. 1305, 69. 1307, 75. 1308, 56,* spernere *p. 1306, 36. 55. 1307, 71. 1308, 40. al.* **d** *opp. e. g.* accipere *p. 1306, 73. 1307, 37. 1308, 61. al.* (*cf.* recipere *l. 15. p. 1305, 30. 31. 33. 1308, 30. al.,* suscipere *p. 1306, 59. 61. 1307, 17. 1308, 3*), probare *l. 3. p. 1308, 21. 33. 45. al.* (*cf.* comprobare *p. 1307, 35. 46*).

B *technice in iure hereditario* (*exempla selecta; fere pro syn. sunt* [se] abstinere Vlp. dig. 4, 4, 7 Cod. Iust. 6, 31 tit. *al.,* omittere *l. 42; opp. e. g.* adire *l. 41. 47. al.,* adquirere *l. 37. 46. 50,* agnoscere *l. 41. 51,* vindicare *l. 38*): **1** *accedit vel facile intellegitur obi. acc. eius rei, quae recitur*: Iulian. dig. 30, 81, 6 si … heres Titii legatum non -verit (Pompon. dig. 30, 38 pr. pro parte adquirere, pro parte -are l. Afric. dig. 38, 2, 26 Gaivs dig. 31, 55. Marcell. dig. 9, 2, 34 [*opp.* vindicasset]. Pavl. dig. 31, 5 pr. [*opp.* amplecti]. *et saepe*). 38, 2, 20, 4 si filius vel non petierit bonorum possessionem … vel -verit (Gaivs dig. 26, 8, 11 et in agnoscenda et in -anda b. p. Vlp. dig. 38, 17, 2, 21 [*opp.* de adeunda … hereditate]. Pavl. dig. 4, 4, 24, 2 [*sec. Scaevolam*] si quis … omiserit vel -verit hereditatem vel b. p. *eqs. al.*). Pompon. dig. 29, 2, 23 in -anda hereditate vel legato certus esse debet de suo iure is, qui ⌊-at⌋ ([*ad 2*]. Scaev. dig. 38, 8, 10 Papin. dig. 31, 77, 31. Vlp. dig. 29, 2, 17 pr. sicut adeundo adquirit, ita et -ando amittit h. Pavl. sent. 3, 4[b], 11. Cod. Iust. 6, 30, 9 [*a. 293; opp.* adire]. Hist. Avg. Hadr. 18, 5 ignotorum hereditates. *et saepe*). 29, 2, 77 -are testamentum (Hil. in Matth. 11, 7 [*in imag. de Christo a Iudaeis reiecto*] hereditatem … familia reicit; t. filii -ant, servi recognoscunt). 30, 38 pr. ut alter eorum *heredum* partem suam adquirat, alter -et (Vlp. dig. 29, 2, 2 [*opp.* agnoscere, *ut* Pavl. sent. 3, 6, 12]). frg. Vat. 82 (*opp.* quaesissem). Vlp. dig. 38, 17, 2, 19 si *mater* ius consanguineae -vit vel capitis deminutione amisit (Pavl. dig. 50, 17, 91. Mod. dig. 2, 14, 34 i. adgnationis). Cod. Iust. 2, 38, 2 (*a. 241*) -ta paterna successione (6, 31, 4 [*a. 293*]. *al.*). *al.* **2** *absolute*: Pompon. dig. 29, 2, 23 *l. 44.* 31, 45, 1 si … ex die certa nobis legatum sit, ante … diem certum -are non possumus. Vlp. dig. 15, 1, 3, 1 deliberantibus primis heredibus … mox -antibus eis. Pavl. dig. 29, 2, 18 is potest -are, qui et adquirere potest. *al., e. g. p. 1304, 14.*

deriv.: repudiabilis, repudiatio, repudiator.

repudiōsus, -a, -um. *a* repudium. *i. q. dignus qui repudietur, obnoxius repudio*: Plavt. Persa 384 (*virgo patri*) videto, me ubi voles nuptum dare, ne haec fama *mala* faciat -as nuptias.

repudium, -ī *n.* [*a* re- *et* pēs, pedis; *voci subesse videtur adi. poss.* *re-pod- *'pedem a se contra (aliquem) excutiens'* (*de* re- *cf. e. g.* reicio, respuo). *v. Leumann, Gramm. 1977, 293. 392. Mei.*] *de origine*: Fest. p. 281 -um Verrius ait dictum, quod fit ob rem pudendam (*affert p. 1311, 25*). Not. Tir. 45, 21 -um (*cf. 22* divortium). *de mensura*: repūdia Drac. Romul. 10, 295. *de notione* (*pleraque ad 1 infra spectant; adde p. 1310, 11 sqq. 27. 28*): Char. gramm. p. 462, 59 hoc -um: *ἄφεσις γάμου, διαζυγή.* Gloss. -um: *διάλυσις γάμου. διάζευξις γάμου. ἀπόλυσις γάμου ἢ μνηστείας. ἀποστάσιον, περίλυσις. ἀποβολή.* Gloss.[L] I Ansil. re 1306 sqq. (cod. Paris.) -um misit: divortium fecit. divortium interposuit. discidium fecit. dimisit. clavis ademsit. eiecit. exegit *eqs.* 1321 -i: discidii vel dimissionis. II Abav. re 100 -um: divortium, discidium. Gloss. iurispr. *ἄδετ P* 4 *-ιον· διαζύγιον. al.* *legitur fort. iam in* Lege XII tab. (*v. l. 34*), *deinde certe in versibus apud* Plavt., Ter., Lvcil., Acc., Sen. *trag.,* Drac., *in orat. soluta inde a* Sen. contr., Val. Max., *saepius in decl. et sermone iuris et apud* Tert.; *abiit in vocem gr. ῥεπούδιον e. g. l. 1. p. 1311, 13.*

fere i. q. actus (aliquem vel aliquid) recusandi, reiciendi sim. (*c. gen. obi. e. g. l. 53. 69. p. 1311, 1. 29 sqq.*): **1** *usu sollemni significatur declaratio, qua solvuntur sponsalia vel matrimonium* (*libellus sim., quo fit talis declaratio, significari vid. p. 1311, 6 [cf. aβ]; plur. pro sing. usu poetico l. 32. 57. ad rem v. Treggiari, Roman Marriage, 1991, 436 sqq.*). *definitur et distinguitur a voce q. e.* divortium (*cf. l. 64; fere pro syn. est e. g. l. 38. 69. 71*): Gaivs dig. 24, 2, 2, 1 (*antea vol. V 1, 1637, 36 sq.*) in -is autem, id est renuntiatione, comprobata sunt haec verba: 'tuas res tibi habeto', item haec 'tuas res tibi agito'. Pavl. dig. 50, 16, 191 (-um *et ante et post nuptias,* d. *postea tantum fieri dicit; v. vol. V 1, 1637, 48 sqq.*). Mod. dig. 50, 16, 101, 1 d. inter virum et uxorem fieri dicitur, -um vero sponsae remitti videtur; quod et in uxoris personam non absurde cadit. Isid. orig. 9, 7, 24 -um est, quod sub testimonio testium vel praesenti vel absenti mittitur (*disting. 25* d. …, quotienscumque … alter eorum alteras nuptias sequitur).

a *exempla varia* (*-um a viro fere declaratur* [*ex parte eius e. g. l. 25. 31 et* Svet. Tib. 11, 4], *sed ex utraque parte vel incertum unde e. g. l. 54. 59 sq. 65; vix huc p. 1311, 25*): **α** -um *mittere, nuntiare, dare sim.* (*saepius c. dat. personae*): Plavt. Aul. 783 sq. *filiam tuam* tu despondisti … meo avunculo; … is me nunc renuntiare -um iussit tibi. :: -um rebus paratis, exornatis nuptiis? (Ter. Phorm. 677 illis -um renuntiet, hanc ducat [Schol. p. 136, 6 reiectionem]. Adnot. Fronto p. 181, 20). 799 -um remisit avunculus (Ter. Phorm. 928 [Schol. p. 139, 14 abiectionem]. Lvcil. 849. *al., v. p. 1050, 47 sqq.*). Tac. ann. 3, 22, 1 post dictum -um (*cf. p. 1311, 38*). Svet. Cal. 36, 2 quibusdam *feminis* absentium maritorum nomine -um ipse misit (*al., v. vol. VIII 1180, 19 sqq. [quaedam ad b pertinent, cf. p. 1311, 3] et e. g.* Drac. Romul. 10, 295 amara -a. Cod. Iust. 5, 17, 9 [*a. 497*] communi consensu tam mariti quam mulieris. *iuncturam iam in* Lege XII tab. *occurrisse susp. Crawford, Roman Statutes II, 1996, 632 sq.*). Fronto p. 192, 16 -um dare (Vet. Lat. Matth. 5, 31 [cod. 3. *al., sim. al.*] quicumque dimiserit uxorem suam, det illi -um [*gr. ἀποστάσιον,* cod. 10. *al. et* Vvlg. libellum -i]. Hil. myst. 1, 3, 2 Prob. Verg. ecl. praef. p. 327, 26. Rvfin. Orig. in num. 16, 4 p. 142, 21 [*20* divortium]. *al.; cf. p. 1311, 10. 34. 40*). Tert. apol. 6, 6 per annos ferme sexcentos ab urbe condita nulla -um domus scripsit. *al.* **β** *in iunctura* -i libellus *sim.* (*locis biblicis resp. gr. gen. ἀποστασίου*): Vet. Lat. deut. 24, 1 (Tert. adv. Marc. 4, 34, 1, *sim. al. et* Vvlg.) *vir* scribet libellum -i et dabit in manu eius *uxoris* et dimittet illam de domo sua ([cod. 100 librum -i]. Tert. adv. Marc. 4, 34, 2 l. -i dare. Cod. Iust. 5, 17, 6 [*a. 294*]. *al., e. g. l. 37; cf. p. 1311, 11. 18. 43*). 24, 3 (cod. 100) vir … scribserit ei librum -i ([Hier. epist. 55, 5, 4 *et* Vvlg. libellum -i]. Matth. 19, 7 [cod. 3. *al., sim. al. et* Vvlg.] Moyses mandavit dari librum -i [cod. 8. *al.* libellum -i]. *al.; cf. p. 1311, 16. 20*). **γ** *quaelibet*: Sen. contr. 2, 2, 6 etiamsi *uxor* -o diducta fuerit (*cf.* -o dimittere: Tert. adv. Marc. 4, 34, 9 non minus morte quam -o dimissam a viro. Vlp. dig. 40, 9, 14, 2 Ivst. 11, 11, 5). 2, 5, 17 si … mulier ⟨in⟩iusti -i ageret (*ibid. iterum. al., v. vol. VII 1, 1688, 32 sq.; cf.* -um iustum: Qvint. decl. 251, 2. 262, 2). 7, 6, 24 *quidam* cum hortaretur libertum ad -um sororis. *al.* Val. Max. 2, 1, 4 -um inter uxorem et virum (*postea*: uxorem … dimisit). 6, 3, 12 *quidam* coniugem -i nota adfecit … ludos ausam spectare. Sen. Herc. O. 432 sic coniuges expellit Alcides suas, haec sunt -a (*ironice, sc. de occisione*). Med. 53 (*Medea secum*) te … in exitium para furore toto; paria narrentur tua -a thalamis. benef. 3, 16, 2 numquid iam ulla -o erubescit, postquam … nobiles feminae … exeunt matrimonii causa, nubunt -i? (*postea*: sine divortio). dial. 1, 3, 10 (*per hyperbolen*) *Maecenati* morosae uxoris cotidiana -a deflenti. *al.* Plin. nat. 7, 122. Qvint. decl. 257, 6 -um … imperas, *pater. al.* Calp. decl. 35 nec matris officium -o deponitur, sed uxorium nomen amittitur. Iulian. dig. 24, 2, 6. Apvl. apol. 76, 4 nova nupta …, virgo rursum post recens -um. 92, 10 *vidua* ob unum divortium suspectanda, sive illa morte amisit maritum …, seu -o digressa est, *sc. ex utravis parte orto* (*seq. p. 1305, 12; sim. e. g.* Avg. quaest. hept. 3, 61 quae a viro … per -um recessisset. serm. 392, 2 per -um discessit). Tert. adv. Marc. 5, 7, 6 Marcion totum concubitum auferens fidelibus …, -um ante nuptias iubens (*antea*: divortium). monog. 10, 3 (*v. p. 1311, 7*). 14, 5 -um prioris *matrimonii.* Vlp. reg. 14, 1 lex … Papia … a -o anni et sex mensum *vacationem tribuit feminis* (*antea syn.* divortio). Firm. math. 5, 3, 11 aut -o ab ea *uxore* aut mortis discrimine dividetur. Conc.[S] II 3, 2 p. 38, 29 *nullo* -o consequente (*gr. II 1, 2 p. 23, 21 διαιρέσεως*). *al.*

b *-um declaratur a femina vel ex parte eius*: Sen. contr. 7, 6, 13 (*loq. paterfamilias*) -um ⟨si⟩ remisero genero, accusabor. Qvint. decl. 259,

[Stewart]

18 (*ad patrem nuptae*) -um imperare non potes eius, ad quem puella legibus ... pervenit. MARCELL. dig. 24, 3, 38 Maevia ... -um sponsalibus misit atque ita alii nupsit (PAPIN. dig. 24, 2, 8. VLP. dig. 24, 2, 4 Iulianus ... quaerit, an furiosa -um mittere vel repudiari possit. PAVL. dig. 24, 1, 57 [*bis; ibid.* divortium]. FRG. Vat. 116 pater ... genero. CASSIOD. Ios. antiq. 15, 259 p. 444 mittit ... ei -um connubium renuens [*gr. γραμμάτιον*]. *al.; cf. p. 1310, 31*). TERT. monog. 10, 3 a quo *marito iam mortuo* -um (*ad aγ*) non audiit, non divertit; cui -um non scripsit, cum ipso est (11, 3 -um ... alienis iam dotalibus scriptum. *cf. l. 19. p. 1310, 40. 42 sqq.*). SCHOL. Iuv. 9, 75, 1 *uxorem tuam* -um volentem tibi dare (COD. Theod. 3, 16, 2 pr. LEX Burg. Rom. 21, 3 nolente marito. *cf.* RVFIN. hist. 4, 17, 5 mulier ... libello ei *marito* -i dato discedit [*Euseb. ex Iustin. apol. II 2, 6 τὸ λεγόμενον παρ' ὑμῖν ῥεπούδιον δοῦσα*]). *al.*

c *pro coniuge ponitur vel intellegitur deus vel Christus* (*cf. infra l. 43*): VET. LAT. Is. 50, 1 (Ps. Ambr. apol. Dav. II 8, 41, *sim. al. et* VVLG.) quis liber -i matris vestrae *Sion,* quo *ego deus* dimisi eam? (*gr. ἀποστασίου ut*: Ier. 3, 8 [Hier. *ad l., sim.* VVLG.] quia pro eo, quod moechata est aversatrix Israhel, ... *ego deus* dedissem ei libellum -i [*cf. p. 1306, 16*]). PS. SVLP. SEV. epist. 2, 12 Christi sponsa diceris, *virgo*; ... cito scribet -um, si in te vel unum viderit adulterium. EVSEB. GALLIC. hom. 49, 6 librum -i illa *synagoga* suscepit, ius thalami et regni ista *ecclesia* promeruit.

2 *significatur quilibet actus reiciendi, recusandi sim.*: **a** *fragmentum tragoediae contextus incerti* (*locum citat* FEST. *p. 1309, 67; ad Ionis fabulam refert Ribbeck, Die röm. Tragödie, 1875, 549* [*de re cf. Aesch. Prom. 663 sqq.; vix ad 1a pertinet*]): ACC. trag. 682 -o eiecta ab Argis iamdudum exsulo.

b *apud auctores Christ.; -um fit*: **α** *non accipiendo, admittendo, sumendo sim.* (*ad sensum supra sub 1 illustratum alluditur maxime l. 30. 43*): Ⓘ *c. gen. obi.*: TERT. apol. 12, 7 nonne laudem magis quam poenam merebatur -um agniti erroris? cult. fem. 1, 4, 1 -um caeli et matrimonium carnis. pudic. 1, 10 societatis. spect. 19, 1 amphitheatri (*cf.* 24, 3 spectaculorum). PS. CYPR. singul. cler. 39 turpitudinis. PACIAN. epist. 3, 26, 1 si *ecclesia* corpori suo -um pacis indixit, plane tunc a Christo recessisse videatur. PASS. Fabii 3 militiae saecularis dando -um ad invictricia castra (*sc. dei*) statim signa convertit. Ⓘⓘ *c. dat. personae vel rei repudiatae* (*adde* -um indicere *l. 33*): TERT. idol. 6, 2 quomodo ... renuntiavimus diabolo et angelis eius, si eos (*i. idola eorum*) facimus? quod -um diximus iis *eqs.*? (paenit. 7, 5 et navi et mari. NICET. compet. frg. 3 p. 53, 15 diabolicae vanitati). PS. AMBR. paenit. 32 p. 1003[D] fugiamus ... illecebras mundi et ambitionibus eius demus ex toto -um (serm. 26, 2 [= PS. HIER. epist. 33, 1] vanitati. PRAEDEST. 3, 15 l. 61 vobis *haereticis.* POMER. 3, 12, 3 vitiis omnibus). Ⓘⓘⓘ *cetera exempla*: GAVDENT. serm. 8, 38 quem ... acceperit Iudaea plebs libellum -i, audiamus: '...' ([*Matth. 23, 37 sq.*]. 8, 39). RVFIN. Orig. in num. 7, 4 p. 44, 5 (*ad num. 12, 13 sq.*) signum -i est in faciem conspui (*ibid.* p. 44, 9). CASSIOD. in psalm. 138, 22 l. 471 (*in veriloquio*) odium ... dictum est quasi oris -um.

β *alio modo, sc.: non praestando, non offerendo*: AVELL. 76, 11 inferam tibi communionis -um (*gr. κοινωνίας παραίτησιν*). *non obsequendo* (*de eadem re cf. p. 1307, 26 sq.; resp. gr. Conc.*[S] *II 1, 3 p. 70, 31 sqq. παραίτησις vel adi. παραιτητικός*): CONC.[S] II 3, 3 vers. ant. p. 78, 16 habes exemplaria -i ... episcopi Athanasii? 78, 23 per proprios -i libellos. 78, 27 epistulas -i. 79, 30 post tria -a. 80, 7 directis -i litteris ... ad ... Panolbium (81, 35. *al. ibid., v. e. g. supra p. 1306, 63*). 82, 12. *et saepius in eodem contextu.*

deriv.: repudio, repudiosus. *Stewart.*

[repuellāsco *v. l. 63.*]

repuerāsco, -ere. *a* re- *et* puerascere (*quod verbum occurrit inde a Suet.*), *nisi a* re- *et* puer. *scribitur* -asc- *ubique* (*in codd. vet. A* PLAVTI *et V* FRONTONIS), -esc- *in var. ll.* CIC. de orat., Cato (*etiam* -isc- *ut* HIER. in Is., AVG.), TERT., GLOSS. II. *de notione*: NON. p. 165, 26 (= GLOSS. V 646, 56) -ere: ⌊in puerum redire⌋ (*affert locos* NOVII *et ambos* CIC.; ⌊ ⌋ *om. pars codd. et edd. Nonii*). GLOSS. II 392, 61 *πάλιν παῖς γίνομαι*: -o. [*e coni. dub.* VARRO Men. 44 veteres -unt (*Meineke,* repuell- *Buecheler,* puellascunt *trad.; v. vol. X 2, 2503, 52 sq.*).]

i. q. rursus puerum fieri (*accedit* rusum *l. 69; cum dat. iudicantis [nisi est commodi] p. 1312, 3, finali p. 1312, 10; disting.* iuvenescere *p. 1312, 6*): **1** *translate c. respectu*: **a** *morum, modi agendi*: **α** *in malam partem* (*huc fort. l. 63*): PLAVT. Merc. 296 senex ... iam nec sentit nec sapit, aiunt solere eum rusum -ere (*cf. Otto, Sprichw. n. 1625*). NOVIVS Atell. 2 quia ... -is, fugitas personas, pater (*de re cf. vol. X 1, 1716, 53 sqq.*). **β** *in bonam partem*: CIC. de orat. 2, 22 Laelium ... cum Scipione solitum rusticari eosque incredibiliter -ere esse solitos. SYMM. epist. 4, 20, 2 -ere ... nos iubet pietas (*sc. una cum filio litteris graecis studendo*). *usu christ. respicitur renovatio spiritalis, simplicitas animi sicut puerorum*: TERT. adv. Val. 2, 3 -ere nos ... apostolus (*I Cor. 14, 20*) iubet secundum dominum (*cf. Matth. 18, 3*). HIER. hom. Orig. in Ezech. 1, 7 p. 332, 4 hodie nascitur senex, novellus senex -ens. AVG. quant. anim. 28, 55 *ut anima* -at deo, quod est novum hominem fieri vetere exuto.

b *speciei*: SIDON. epist. 4, 13, 1 *senex quidam* cotidie ... habitu cultuque conspicuo non iuvenescit solum, sed quodammodo -it.

2 *proprie*: CIC. Cato 83 si qui deus mihi largiatur, ut ex hac aetate -am et in cunis vagiam, valde recusem. FRONTO p. 87, 10 (*cf. p. 86, 26* seni huic, *i. mihi*) *cupio,* ut vestro conspectu ... frui quam mihi diutissime liceat, eique ego rei, sei fieri possit, -ere opto. *apud Christ. -unt fideles post mortem*: HIER. in Is. 12, 40, 27 l. 62 G. (*antea*: aquilarum senectutem revirescere) et sanctos -ere et assumpto immortali corpore ... rapi in nubibus obviam Christo. *schola aestiva 2019/Bl.*

ille **repugnābilis,** *exemplum compositionis metricae, in additamento* PROB. cath. gramm. IV 43, 15. *adi. a* repugnare *formatum notionis fortasse act., sc. qui repugnare potest.*

repugnāculum, -ī *n. a* repugnare *sec.* propugnaculum. *significatur quod aptum est ad repugnandum; adhibetur de persona, quae defendit, vindicat*: ARNOB. IVN. ad Greg. 25 l. 49 *te, Gregoria, habent pauperes* praesidium, oppressi -um.

repugnāns, repugnanter *v.* repugno. *Bk.*

1. ※**repugnantia,** -ae *f. a* repugnare. *plur. non nisi l. 26. p. 1313, 29. de notione v. l. 45. 69. legitur in prosa orat. apud* CIC. (*sexies*), PLIN. nat. (*quinquies*) *et inde a saec. III, saepius apud* AVG. *et* BOETH. [*confunditur in codd. c. part. praes. neutr. plur.* repugnantia *l. 41* (*pro quo in var. l. cod. saec. VI* EVGIPP. exc. Aug. p. 747, 28 contrariae -ae [*sc. nom.; pendet ex Aug. trin. 1, 12, 27 l. 131* contraria et repugnantia]), *c.* repugnatio *p. 1313, 22; nota l. 58.*]

i. q. qualitas vel actio, effectus eorum, quae vel qui (inter se) repugnant: **1** *c. respectu qualitatis, status sim.*: **a** *eorum, quae vel qui disiunguntur, conciliari non possunt, sibi opponuntur sim., ut significetur i. q. discrepantia, disiunctio, contradictio sim.* (*quae vel qui inter se disiungantur sim., indicat gen. plur. [duo l. 42] l. 37 sqq. 65. 69 sq. al.* [*cf. duo gen. sing. p. 1313, 28*], inter se *l. 46 [iuxta gen. plur. ut l. 49]. 58* [*cf. l. 75*], cum *p. 1313, 1; pendet gen. sing. indicans, qua in re vel ab re disiunctio fiat p. 1313, 6, cuius partes disiungantur l. 68*): **α** *variorum oppositorum sim. (hominum l. 49): iunctura* -a rerum (*cf. l. 65. 69 sq.*): CIC. Phil. 2, 19 haec tu non propter audaciam dicis tam impudenter, sed quia tantam r. -am non vide[a]s. ARNOB. nat. 5, 8 p. 259, 8 fieri r. per -am *non* quivit, ut ex uno lapidum *a Deucalione et Pyrrha iactorum* genere ... *et dei et homines* substituerentur. LACT. inst. 3, 19, 8 hanc -am (haec repugnantia *var. l., v. app. crit.*) r. sententiarumque non cernit, nisi qui *eqs.* opif. 4, 4 quomodo illis *Epicureis* in tanta -a r. poterit ratio constare? PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 4, 279 p. 750 quis cavillationem vestri sermonis tulerit, cum r. -am videat (*gr. τὴν ἐναντιότητα*). *cetera exempla*: CIC. Tusc. 4, 23 pravarum opinionum conturbatio et ipsarum inter se -a sanitate spoliat animum (*cf. l. 42*). off. 3, 34 *Panaetius* induxit eam, quae videretur esse, non quae esset, -am (*sc. honesti et utilitatis; cf. p. 1313, 13*). PORPH. Hor. epist. 1, 1, 74 *Horatius* arguit inter se -am hominum. **β** *partium orat., enunt., conclusionis, sc. in arte rhet. et dialectica*: CIC. top. 53 (*antea*: locus dialecticorum proprius ex consequentibus et antecedentibus et repugnantibus) cum tripertito ... distribuatur locus hic in consecutionem, antecessionem, -am *eqs.* (BOETH. in top. Cic. 5 p. 360, 21 [*ad loc.*]. 366, 44). HIER. epist. 100, 12, 7 *non* id ipsum est benedictio atque supplicium, ... nec possunt ullo modo inter se sociari, quas (*an rectius* quae*?*) tanta dividit -a. AVG. c. acad. 3, 13, 29 per -am vel disiunctionem a me sunt enuntiata (*opp.* per conexionem). in Gal. 5, 11 (*antea*: utrumque ... recte dici potest: et ego placeo et non ego placeo) nulla inter se -a repellet (-ent *var. l., v. app. crit.*) intrantem, *sc. intellegere volentem.* mag. 2, 4, 1 (*antea*: si 'nihil' nos teneat et moras patiamur) suo loco genus hoc -ae ... planius intellegemus. trin. 13, 4, 7 'qui non vult beate vivere, beate vult vivere'; istam -am ... quis ferat? CLAVD. MAM. anim. 3, 6 p. 162, 15 tantam adversantium -am prolocutionum. BOETH. diff. top. 2, 11, 8 p. 1195[A] in quibus *locis* omnibus consequentia et -a custoditur (in herm. comm. sec. 3, 9 p. 199, 9 ex c. et -a propositionum. in top. Cic. 4 p. 348, 5 haec ... rerum c. ... in -am vertitur. *al.*). *al.* **γ** *materiarum, rerum naturalium, sc. c. respectu antipathiae* (*cf. e. g. Plin. nat. 20, 1. 37, 59*): PLIN. nat. 22, 106 custoditā in mixturis concordiā naturae ac -ā. 29, 61 illa *pudenda dictu* concordiā rerum aut -ā medicinae gignuntur (32, 25 ad -am r. ..., quam Graeci antipathian vocant). **δ** *partium script. sacr., praecipue euangeliorum*: LACT. inst. 5, 2, 16 abest a divinis litteris -a (*13* tamquam *scriptura sacra* sibi esset ... contraria). AVG. cons. euang. 2, 17, 37 non ... parva -a putari potest, cum *eqs.* 2, 34, 81 sine ulla -ae quaestione (2, 41, 88 p. 191, 20 quae cum illo *Matthaeo* dixerunt Marcus et Lucas, non habent -ae q. 4, 5, 6 p. 398, 22 nulla est ... inter eos q. cuiusquam -ae. *al. in*

[Beron]

eodem opere). 2, 40, 87 *ille* nihil … habet -ae cum ceteris duobus. 3, 2, 8 euangelistarum -a. gen. ad litt. 5, 8 p. 152, 12 (*iuxta* absurditas). 9, 12 p. 283, 18 *id non* habet ullam speciem -ae (*opp.* auctoritati sanctae scripturae velut testificatione contraria repugnare *videtur*). FVLG. RVSP. ad Tras. 2, 8, 1 (*antea opponuntur prov. 15, 3 et Hab. 1, 13*) in divinis sermonibus … nulla reperietur -a veritatis. *al.*

b *eius, quod a se ipso dissentit, sibi ipsi opponitur* (*cf. e. g. p. 1318, 36 sq.*): CIC. Tusc. 4, 29 fit, ut in altera corruptione opinionum morbus efficiatur et aegrotatio, in altera inconstantia aut -a (*antea*: adfectio … inconstans et a se ipsa dissentiens).

c *eius, quod alii contrario opponitur, ab eo discrepat* (*ut vergat ad notionem q. e. oppositum; pendet gen. explic.*): CIC. off. 3, 17 id, quod vere honestum est, fas *non* est cum utilitatis -a comparari (*cf. p. 1312, 48*).

2 *c. respectu actionis, effectus, virtutis sim.*: **a** *eius, quod vel qui alii contrario resistit aut id eumve aggreditur*: PLIN. nat. 21, 78 *natura* hanc dedit -am *contra mel venenosum* apibus, sicut contra serpentes Psyllis Marsisque (*item resistitur veneno sim.*: 28, 31 *quibusdam hominibus* insitā -ā interventum *eorum* quoque mederi constat). AMBROSIAST. in Eph. 1, 10, 2 haec -a, *sc. diaboli et exercitus eius,* partim de errore est, partim de … tyrannidis praesumptione (*antea affert apoc. 12, 7* Michahel et angelos eius … pugnare cum dracone et cum exercitu eius). AVG. contin. 8, 19 p. 163, 14 *caro* spiritui non solum sine ulla -a (repugnatione *var. l.*), verum etiam sine ulla corporalis alimenti indigentia in aeternum vivificanda subdetur (c. Iulian. 4, 14, 74 *concupiscentiam carnis* bonum esse pecoris, cuius s. ulla -a, *sc. concupiscentiae sapientiae,* delectat spiritum. PRIMAS. in apoc. 2, 7 l. 381 mites … sunt, qui …, quae audiunt, s. -a credunt). **b** *eorum, quae inter se pugnant, sibi resistunt*: AVG. civ. 14, 23 p. 49, 3 hunc renisum, hanc -am, hanc ⌊voluntatis et libidinis⌋ rixam (⌊ ⌋ *ἀπὸ κοινοῦ, ut vid.*). CLAVD. MAM. anim. 2, 7 p. 127, 6 *homo* -as in semet ipso sentiens disparium naturarum corporis atque animi.

2. repugnantia (*n. pl.*) *v.* repugno. *Beron.*

repugnātio, -ōnis *f.* *a* repugnare. *plur. non nisi l. 39. 58.* GLOSS. *v. p. 670, 41.* [*in falsa var. l.* AVG. *l. 22.*]

i. q. actio vel effectus repugnandi **(***maxime alii contrario, sed inter se l. 40 sq.; indicatur, quis [quid] repugnet, per gen. e. g. l. 40. 51. al., adi. l. 56, adversus quem repugnetur, per praepos.* contra *l. 51; locut.* sine, absque -e *l. 43. 54. 55. 60* [*cf. l. 49*]**)**: **1** *incorporaliter* (*in imag. l. 48*): **a** *repugnat quidlibet*: APVL. Plat. 1, 12 p. 206 (*antea*: inpedimentum) ubi -es istae nocivae erunt, infelicitas dicitur. CAEL. AVR. chron. 3, 8, 144 *Praxagoras talia* adhiberi iubet … virtutis -e omnia confundens, siquidem alia sint constrictiva …, alia laxativa. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 220, 11 (*l. 1 sq.* quomodo dulce et amarum contemperavit in idem?) perfectionem filiationis *Christi* … absque -e praedicamus.

b *repugnat animans vel caro, libido sim. eius (saepe apud Christ. de pugna spirituali); -o fit*: **α** *vario modo: contra temptationes, vitia*: PS. AMBR. serm. 48, 2 *virgines* -e animi mundi dulcia recusantes. OP. imperf. in Matth. 5 p. 664$^{in.}$ ieiunium … non est tantum irritatio passionis, sed -o. GREG. M. moral. 10, 34 ne *mens* arma -is arripiat. past. 1, 11 l. 111 R. animus voluptate luxuriae sine ullo -is stimulo delectatur. 2, 2 l. 52 R. ut -e vincantur *cogitationes malae. contra spiritum, deum sim.*: PHILIPP. in Iob rec. long. 41 p. 791^{D} eorum *daemonum* contra deum. AVG. contin. 9, 23 p. 169, 22 (*respic. Gal. 5, 17*) caro concupiscens adversus spiritum nec spiritui consulit ⌊tali -e⌋ nec sibi (⌊ ⌋ talis -o *var. l.; de pugna carnis, ut* 11, 25 p. 175, 5 carnis nostrae sine ulla -e perfecta sanitas). trin. 14, 9, 12 temperantia sine -e libidinum. GREG. M. moral. 33, 49 scuti defensio … nonnumquam … pro ⌊humana -e⌋ memoratur **(**⌊ ⌋ *ibid. iterum, ubi affert psalm. 75, 4; seq.* obstinata duritia defensionum. *cf.* 33, 52 [*respic. act. 9, 18*] superbae -es eius *Sauli* victae sunt**)**. *contra alios homines*: GREG. M. moral. 6, 7 ut *ille* … adversa nulla sustineat, contra infirmos sine -e praevaleat *eqs.* **β** *verbis, contradicendo*: EVGRAPH. Ter. Ad. 938 ('ego novus maritus anno … quinto et sexagensumo fiam?') -o, *sc. Micionis*: ab inhonesto argumentum ponitur, an turpe sit *eqs.* (repugno *var. l.*).

2 *corporaliter, sc. vi adhibita, armis* (*cf. l. 48. 55*): ZENO 1, 1, 16 (*respic. gen. 39, 12*) ille *Ioseph* in -e veste sibi violenter extorta … nudus aufugit. *Ok.*

repugnātor, -ōris *m.* *a* repugnare. GLOSS. II 230, 10 *ἀντίπαλος*: aemulus, aemula, -r (*cf. p. 1314, 12*), pellex (*i.* paelex).

i. qui repugnat (*non nisi de animantibus; c. gen. obi. sub 2, praepos.* contra *l. 72*): **1** *strictius, sc. defendendo alium vel se ab impugnantibus: a diabolo*: PS. CYPR. singul. cler. 11 p. 186, 11 quis … pro altera persona contra satanan -r … esse praesumat (*opp.* circa deum … fideiussor). VITA Marcell. Ebred. (BHL 5227) 2 antiquo serpenti non incognitus -r. *a militibus*: PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 5, 288 p. 787 *imperator* in hostes irruit et … duodecim -es peremit (*gr. δώδεκα … τῶν προμάχων, Heges. 5, 10, 3* propugnatores). *a tempestate*: CONSTANTIVS vita Germ. 13 p. 260, 9 *navis rector defecit*; tum vero quasi -e cessante tempestas … convaluit. **2** *laxius, sc. repudiando sim.*: AMBR. parad. 8, 38 -es isti veteris testamenti (*antea*: qui vetus non recipiunt testamentum). EVSTATH. Basil. hex. 9, 6, 14 ausculta, Iudaee, Christi -r (*gr. p. 205^{A} ὦ χριστομάχε*). EPIST. pontif. 1056 Conc.^{S} IV 2 p. 118, 23 -em … fidei (*Saulum, opp.* fidei praedicatorem *Paulum*).

f. **repugnātrīx,** -īcis. *i. quae repugnat (per appos. vergit in usum adi.; pendet dat. l. 12): de animante*: IVLIAN. epit. in psalm. 93, 16^{b} utrumque *dictum* secundum defectum personae -is legendum, unde bene intulit solum deum affuisse. *de re*: EVSTATH. Basil. hex. 3, 6, 6 *deus* -em calori naturam … ordinavit, *sc. aquam* (*gr. p. 68^{A} τὴν ἀντίπαλον τῷ πυρὶ φύσιν*).

repugnātōrius, -a, -um. *a* repugnare *sec.* oppugnatorius. *i. q. ad repugnandum pertinens: pro subst.* (*neutr. plur., nisi subaudias fem.* res *vel* machinationes): VITR. 10, 16, 2 (*10, 12, 2* restat mihi de oppugnatoriis rebus *dicere*) de -is vero non est scriptis explicandum. *adi.*: VITR. 10, 16, 8 in -is rebus.

repugnātrīx *v.* repugnator. *Bk.*

※**repugno,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* pugnare. NOT. Tir. 46, 2 -at. *de notione*: SYNON. Cic. p. 413, 8 adversatur. -at. controversat. refragatur. reluctatur. resistit. renititur. 422, 15 (*v. p. 1100, 59*). 437, 21 resistens. … reluctans. -ans. … contrarium. rennuens. 441, 29 (*v. p. 671, 52*). GLOSS. -o: *ἀντιμάχομαι. ἀντιπολεμῶ.* -at: ⟨contra⟩ conatur. -anti: conanti. *sim. al. legitur inde a* LEGE XII tab., CATONE, PACVV., CIC. *per totam fere latinitatem* (*deest e. g.* CATVLLO, TIB., VAL. FL.). **[***confunditur in codd. c.* pugnare, *v. vol. X 2, 2552, 25 sq., eiusque compos., sc. de- l. 44* (*falso trad.* BELL. Hisp. 34, 3), pro- *l. 72; in falsa var. l. pro* rebellare MART. 9, 11, 12; *falso trad. pro* repurgare TERT. pall. 2, 7; *contextu manco* SALL. hist. frg. inc. 10; *loco corrupto* SEN. rem. fort. 16, 5.**]**

I *fere i. q. resistendo, contra nitendo pugnare* **(***fere intransitive [pass. impers. p. 1315, 11. 12. 1316, 32. 1317, 38. 41. 1319, 56; de usu trans. aliisque struct. v. appendicem]; in contextu variat e. g. cum* adversari *p. 1317, 37,* rebellare *l. 58. 1318, 45,* resistere *p. 1316, 20. 72. 1317, 18. al.; disting. vel opp.* de- *l. 44,* im- *p. 1320, 9,* op- *p. 1316, 45,* pugnare *l. 69,* obsequi *p. 1317, 60***)**: **A** *vi corporali vel locali*: **1** *-ant homines* (*diabolus l. 60, res pro hominibus l. 58. 63*): **a** *strictius vim contra vim illatam faciendo* **(***fere hominibus, sed rebus l. 51 sq.,* canibus *l. 57,* audaciae *l. 56 [metonymice pro latronibus]; contra potentiores surgendo l. 58***)**: **α** *in variis condicionibus* (*saepe in insidiis, e. g. l. 43. 48. 54*): LEX XII tab. (Cic. Tull. 50) etiamsi cum telo venerit *fur,* nisi utetur telo eo ac -bit, non occides; quod si -at *eqs.* CIC. Tull. 21 neque tam multos *servos* neque -antes multi armati … occidunt. Caecin. 47 non modo non erit cur depugnare quisquam … velit, sed ne illud quidem cur -are (de- *var. l.*). Sest. 45 (*fort. frg. trag., cf. Schierl, Die Tragödien des Pacuvius, 2006, 572*) restitisses, -asses, mortem pugnans oppetisses. *al.* CAES. Gall. 7, 42, 6 hos *negotiatores … Haedui* omnibus impedimentis exuunt, -antes diem noctemque obsident. LIV. 3, 43, 4 haud inultum interfecere, nam circa -antem aliquot insidiatores cecidere. SAB. Macr. Sat. 3, 6, 11 *mercator* a praedonibus circumventus fortissime -vit. SEN. contr. exc. 3, 1, 2 cum -ret, excaecatus est. VAL. MAX. 9, 2 ext. 3 veneno -antem spiritum suum tandem succumbere coegit *Mithridates* (*sim. in corpore*: CHIRON 181 morbo -antes). CVRT. 7, 5, 24 *inimici* circumsistunt eum et frustra -antem vinciunt. SVET. Nero 26, 1 redeuntis a cena verberare ac -antes vulnerare … assuerat. Dom. 17, 2 saucium ac -antem adorti … contrucidarunt. APVL. met. 2, 14, 3 *latronum* audaciae -ans … iugulatus est. 4, 20, 2 Thrasyleonem mire canibus -antem … prospicio. *al.* TERT. apol. 27, 7 rec. *Φ* dum daemones vice -antium vel rebellantium ergastulorum … erumpunt ⌊⟨et⟩ adversus nos proeliantur⌋ (*Hoppe,* a. n. proeliaturi *alii*). CYPR. zel. 5 occisus est impie, qui moriens non -bat. *al.* *-at diabolus* (*pugnam spiritalem v. sub B2*): PS. AVG. quaest. test. 113, 4 -ans contra Michahel angelum … proiectus in terram est.

β *in bello* (*fere -ant exercitus vel milites, sed navis l. 74. p. 1315, 10, urbs sim. p. 1315, 13. 18; indicatur (ε) quo loco l. 69 sq. p. 1315, 14; opp. actio fugiendi l. 68. p. 1315, 3. 10*): ① *exempla varia*: CATO orig. 83 Romani milites circumveniuntur, circumventi -ant; fit proelium diu anceps. CIC. Verr. II 5, 91 *praefecti navium,* cum ipsi neque -are neque mari effugere ullo modo possent, … Cleomenem persecuti sunt. POMP. Cic. Att. 8, 12^{c}, 1 pars *exercitus* ad te accedat, ut non pugnet, sed locis suis -et. 8, 12^{c}, 3 oportet … regiones … obtinere, e quibus -emus. CAES. Gall. 3, 4, 2 hostes ex omnibus partibus signo dato decurrere, … nostri primo integris viribus fortiter -are (pro- *rec. β*). civ. 3, 67, 6 nonnullos ibi -antes nostri interfecerunt. BELL. Afr. 28, 3 hic … persuasit adulescentibus, ne -rent seseque Vergilio traderent. 63, 3 triremem hostium …, quae in -ando erat commorata, … cepit. *al.* NEP. Epam. 9, 2 neque tamen prius pugna excesse-

[Marchionni]

runt *Boeotii,* quam -antes profligarunt (*item part. praes. pro subst.*: Liv. 28, 23, 1 haec ... in armatos -antesque edebatur. 31, 23, 7 caedes ... fugientium pariter ac -antium. Cvrt. 9, 1, 16. *al., v. etiam l. 9*). Verg. Aen. 11, 749 Tarchon ... partis rimatur apertas, qua volnus letale ferat; contra ille *Venulus* -ans sustinet a iugulo dextram **(***sim. in certamine singulari*: Cvrt. 7, 4, 37 praecipitatus ex equo barbarus adhuc tamen -bat, sed ille ... hastam rursus in os dirigit. Stat. Theb. 6, 901 deficit obsessus *Agylleus* soloque pudore -at. Lact. inst. 5, 10, 9 nullo ... modo pius *Aeneas esse potest,* qui non tantum non -antes, sed etiam precantes interemit**)**. Liv. 10, 2, 13 *naves* fugientes ... in altum acrius quam -antes. 10, 41, 4 -atur segniter. *al.* Tac. hist. 2, 56, 1 ipsique milites ... ditis dominos ..., si -tum foret, ad exitium destinabant. *al.* Ⓘⓘ *respicitur obsessio*: Cic. fam. 15, 4, 9 Eranam *urbem* et ... Sepyram ... acriter et diu -antibus ... cepimus. Bell. Hisp. 9, 3 quo facto, cum ex castello -are coepissent *eqs.* Sall. Iug. 92, 3 consul ... ad alia oppida pergit, pauca -antibus Numidis capit. Vitr. 1, 5, 4 (*antea*: dividendus est murus intervallis ... magnis) hostis ... si quam partem muri occupaverit, qui -bunt, rescindent. Cvrt. 9, 8, 12 cum paucis -ans occiditur. Flor. epit. 4, 12, 50 Aracelium oppidum magna vi -at. Vet. Lat. II Macc. 10, 18 (rec. V) turres valde munitas omnem adparatum ad -andum habentes (*gr. πάντα τὰ πρὸς πολιορκίαν, recc. X et L* expugnandum). 12, 27 (rec. L, *sim. al.*) robusti pro muris consistentes fortiter -bant (*gr. ἀπεμάχοντο*). Amm. 26, 8, 11 venia ... universis, qui -vere, donatis. *al.*

b *laxius vim, eventum vel actionem impediendo, prohibendo*: **α** *vario modo*: Pacvv. trag. 215 (*Iliona aut Polydoros Polymestori loq.?*) -anti ego porro hunc vi detraxi ungulum. Liv. 29, 9, 5 dum spoliandis iis *tribunis* – -bant enim militumque fidem implorabant – tempus teritur. Sen. contr. 10, 2, 3 (*filius patri*) complectar invitum: licet -es, fortior sum. Sen. benef. 6, 24, 1 *parentes liberorum* flentium corpora ac -antium diligenti cura fovent. dial. 5, 39, 4 -asset puella remedio palam admoto, eadem, quia non expectavit, dolorem tulit. Cvrt. 4, 5, 21 nullo ex iis auso -are omnibus catenae iniectae sunt. 8, 2, 4 hastam ... admoverat pectori, cum advolant vigiles et -anti e manibus extorquent. 10, 2, 30 singulos manu corripuit nec ausos -are XIII adservandos custodibus corporis tradidit. Petron. 131, 4 mox turbatum sputo pulverem medio sustulit digito frontemque -antis signavit. Vita Anton. 65, 3 l. 8 videbat ... pessimos ... volentes illum vetare, ne transiret; illis autem, qui eum deducebant, -antibus illi exigebant, si non sit reus (*gr. ἀντιμαχομένων*). **β** *amanti resistendo, eum repellendo*: Ov. ars 1, 127 (*125* ducuntur raptae ... puellae) siqua -arat nimium comitemque negarat *eqs.* Petron. 20, 8 virguncula cervicem eius invasit et non -anti puero innumerabilia oscula dedit (26, 3 Quartilla ... Gitona in cubiculum traxit; sine dubio n. -verat puer. *cf.* 87, 3 male -anti gaudium extorsi). Qvint. decl. 259, 12 rapere voluit ...; inde tumultus, inde voces -antis. 301, 18 in ipso vero raptu non apparuit tibi ancillam non esse, non tamquam libera -vit? Lact. inst. 6, 23, 26 (*antea l. 58*) solam omnium mulierem patientem viri fecit, scilicet ne feminis -antibus libido cogeret viros aliud appetere. *al.*

2 *-ant animalia eorumve partes*: **a** *animantibus*: Lvcr. 5, 1037 catuli pantherarum ... unguibus ac pedibus iam tum morsuque -ant. 5, 1082 *aves quaedam* de victu certant ⌊praedae⌋que -ant (praedataque *trad.,* pugnant *Diels*; ⌊ ⌋ *nom. plur. potius quam dat. sing., cf.* Petron. 109, 6 alius hamis blandientibus convellebat praedam -antem). Prop. 2, 5, 20 non solum taurus ferit ... hostem, verum etiam instanti laesa -at ovis. Plin. nat. 8, 54 torpescente tanta illa feritate ..., ita ut *leo* devinciatur non -ans. 9, 13 *ballaenae* ad flexum immobiles, ad -andum, *sc. orcis,* inertes et pondere suo oneratae. 10, 39 *noctuae* maiore circumdatae multitudine resupinae pedibus -ant. Lact. inst. 6, 18, 22 pecudes, si lacessas, aut calce aut cornu -ant. 6, 23, 26 deus cum ceteras animantes suscepto fetu maribus -are voluisset ([*postea l. 46*]. 6, 23, 27). *al.* **b** *rebus*: Ov. rem. 514 frenis saepe -at equus (trist. 4, 6, 24 Nemes. cyn. 257. *cf.* Ov. met. 2, 87 cervix ... -at habenis). Sen. dial. 5, 16, 1 nullum tam artum est iugum, quod non minus laedat ducentem quam -antem *feram.* Stat. Theb. 8, 156 agmina retro ... praecipitant, sed torpet iter ..., ipsique ... -ant (ruuntque *var. l.*) cornipedes nulloque truces hortamine parent.

3 *-ant res* (*sc. naturales praeter p. 1316, 11*): **a** *quae aliis discordant, contraria sunt*: Moret. 103 color est e pluribus unus, nec totus viridis, quia lactea frusta -ant, *sc. colori viridi.* Sen. nat. 2, 29 item tympana et cymbala sonant, quia illa -antem ex interiore parte spiritum pulsant, haec *eqs.* Lvcan. 3, 549 ut, quotiens aestus Zephyris Eurisque -at, huc abeunt fluctus, illo mare, sic *eqs.* Plin. nat. 17, 104 (*respic. insitio*) lenta res, quotiens umidis -ant sicca, mollibus corticum duri (*cf.* Cael. Avr. acut. 3, 8, 88 vaporationes humidae siccis atque aridis -ant). Alc. Avit. hom. 6 p. 112, 8 in tanto -antium sibi invicem ventorum fluctuumque conflictu. **b** *quae contra res resistunt, se defendunt sim.: in medicina*: Cels. 6, 18, 2[C] sive ... hoc modo victa erit *cutis* sive numquam -verit, ulcera ... reperientur. Plin. nat. 23, 99 folia imponuntur ... ulceribus ... cicatrici -antia. 32, 24 *corallium* ignibus, *sc. a febri in corpore accensis,* diu -at. 36, 133 -antia curationi suppurata. Chiron 199 aliae res ... adversus morbum maleos -antes. Marcell. med. 33, 56 cinis cum aqua mixtus et adpositus incommodis veretri -at. *vario contextu*: Sen. nat. 3, 26, 3 cum primum aliquid solidi, quod obstaret, occurrit, perrupta parte, quae minus ad exitum -bat, repetiere cursum suum *flumina.* Colvm. 3, 18, 2 *stirps* cum ... eximitur, in modum hami -at obluctanti fossori et ... praerumpitur. 4, 10, 1 nec falci -at *surculus.* Plin. nat. 10, 30 duritiam nucis rostro *cornicum* -antem. Stat. Theb. 9, 240 laterique *natantium* -at balteus et madidus deducit pectora thorax. Tert. paenit. 6, 19 nec a furto manus avertamus, nisi claustrorum duritia -et. Chiron 446 oleum ... omni glutinationi ... -at.

B *vi incorporali*: **1** *vario contextu*: **a** *-ant animantes eorumve partes* (*fere homines eorumve coetus, sed animal p. 1318, 36, deus p. 1317, 24. 30*): **α** *contradicendo, dissentiendo* (*fere pro syn. est vel iuxta ponitur* reclamare *l. 67. p. 1317, 6,* refutare *l. 22, cf.* invitus *l. 64; opp.* approbare *l. 67,* concedere *p. 1317, 2. 6,* defendere *l. 38*): Ⓘ *indicatur, quis (quid) impugnetur*: Ⓐ *per praepos.* contra: Cic. Q. Rosc. 51 resistere et -are c. veritatem non audet *Saturius.* Lvcr. 1, 693 *Heraclitus* c. sensus ab sensibus ipse -at et labefactat eos. 3, 353 siquis corpus sentire refutat ..., manifestas res c. verasque -at. Varro ling. 9, 13 *quidam* c. indices -ant, ne *quid ex sermone amissum* restituatur? Evgraph. Ter. Hec. 585 -at filius c. 'ab utili' (*sc. argumentum*) et dicit 'quid?'

Ⓘⓘⓘ *milites, pugnantes, ferientes* (*saepe ab armis, a pugnando sim. desistunt, sed in itinere e. g. l. 41. 48. 53; exempla selecta inde a* LIV.): SALL. hist. frg. 1, 142 nullā munitionis aut -e (*gen.*) morā processit ad oppidum. VERG. Aen. 5, 458 ⌊nec mora, nec -s⌋: quam ... nimbi ... crepitant, sic densis ictibus heros ... pulsat (⌊ ⌋ *item*: 12, 553 n. m. n. -s, vasto certamine tendunt. *cf. p. 1336, 12*). OV. met. 12, 135 *hosti* attonito ... negat -em *miles.* 12, 146 *Achilles vicit Cygnum*; hic labor, haec -em multorum pugna dierum attulit (*147* positis ... armis). 13, 317 feros -e lenire dolores. LIV. 22, 9, 5 satis quietis datum praedā ... magis quam otio aut -e gaudentibus. 42, 55, 5 paucos ad -em ⌊iumentorum⌋ hominumque moratus *consul* dies (⌊ ⌋ *ad p. 1333, 68 sqq.*). CVRT. 9, 6, 3 placuit is locus ... ad militum -em. LVCAN. 4, 195 pro fata ..., exigua -e tantas augentia clades! SIL. 1, 528 *non* -s tegimenve datur. HOMER. 358 *non* -s datur ulla viris. STAT. Theb. 8, 161 data foedere ... viris -s. 9, 227 illa brevis -s. FRONTIN. strat. 4, 1, 7 sub quibus *furcis Marianis* et habile onus et facilis -s esset. TAC. ann. 3, 45, 1 ne suetam -em, ne spatia noctium opperiretur *dux.* FLOR. epit. 2, 3, 1 peracto Punico bello secuta est brevis sane quasi ad recuperandum spiritum -s. *al.* Ⓘⓥ *aegroti, morbo afflicti, sc. in curatione* (*aliter de remissione passionum p. 1335, 63*): CELS. 3, 6, 15 ⌊-s habenda⌋ erit, tenebris somnoque ... utendum (⌊ ⌋ quies adhib- *var. l.*). 3, 21, 4 si imperata ⟨sunt⟩ corpori ⌊sitis, -s⌋, inedia (⌊ ⌋ quies s. *var. l.*). PLIN. med. 1, 26, 2 lectus et -s. CAEL. AVR. acut. 1, 9, 69 (*opp.* noxius motus). 1, 11, 82 quod est vicinum somno, -s adhibenda. 1, 15, 133 ad largiendum -em vel somnum. CASS. FEL. 22, 3 curatio ... -e corporis vel silentio incipere debet. ORIBAS. syn. 7, 22, 19 La p. 158 (*gr. ἡσυχία*). *al.*

β *-s est potius status placidus, non turbatus, vacuus a sollicitudine, ut sit fere i. q. securitas, tranquillitas, pax sim.; de statu securo*: Ⓘ *rei publicae, de pace externa vel domestica* (*sc. proeliis intermissis, sedatis sim.; in ecclesia p. 1335, 1, in explic. allegorica l. 75*): SALL. or. Macri 17 neque ego vos ultum iniurias hortor, magis uti -em cupiatis *eqs.* (*seq.* discordias). FLOR. epit. 2, 6, 1 post primum Punicum bellum vix quadrienni -es. VET. LAT. Ios. 21, 42 (cod. 100, *sim.* Aug. quaest. hept. 6, 21, 1) -em dedit dominus illi Is[t]rahel in circuitu (*gr. κατέπαυσεν, Vulg.* pax). II par. 14, 6 (cod. 109) non erat illi bellum ..., quoniam -em dedit illi dominus (*gr. κατέπαυσεν, Vulg.* pacem). GAVDENT. serm. 10, 22 septimus millesimus annus ... erit vere beatissimus dies, quando ... desinente conflictu optatam victores -em capient (*cf. p. 1337, 51*). HIER. in Ier. 1, 83, 3 discordias

[Cioffi]

cernit in ecclesia et … dei -em in bella converti. CLAVD. 21, 211 foeda -em mercede pacisci. MEROB. poet. 42 hanc tot bella tibi -em, Romane, dederunt; pax … venit. CORIPP. Ioh. 3, 320 -s pinguissima. *al.*

Ⅱ *animantium vel rerum ad eos pertinentium*: Ⓐ *vario usu* (*de somno tranquillo a Christo iusso l. 14*): ① *quaelibet exempla*: CVLEX 89 illi *pastori* dulcis adest -s et pura voluptas (*de eodem*: 92 ut -e … abundet [*97* securam … vitam]). COLVM. 9, 8, 3 *apibus* diebus -s danda est. PLIN. epist. 7, 5, 2 (*1* unum tempus his tormentis caret) cui -s in labore, in miseria curisque solacium. VET. LAT. Sirach 28, 20 *v. p. 1342, 48.* PORPH. Hor. epist. 1, 17, 6 ('grata quies') r⟨e⟩q⟨u⟩ietem praeponit gratiosorum hominum soci⟨e⟩tati. FIRM. math. 5, 3, 48 Saturnus -em, … laetitiam … largitur. VVLG. Iob 36, 16 -s … mensae tuae erit plena pinguedine. ORIG. in Matth. ser. 96 (*ad 26, 45* dormite iam et requiescite) *Iesus* praecepit eis *apostolis* non simpliciter dormire, sed cum -e. *al.* ② *de remissione*: VET. LAT. Is. 58, 6 (Cypr. testim. 3, 1. *al.*) dimitte quassatos ⌊in -em⌋ (*gr. ἐν ἀφέσει, Vulg.* liberos. *inde* Luc. 4, 18 [cod. 2, *sim. al.*]; *cf. p. 1035, 30 sq.*). ③ *de fide, fiducia sim.* (*cf. p. 1342, 38*): VET. LAT. I Macc. 8, 12 (recc. L, V) cum amicis … et qui in ipsis -em haberent conservaverunt amicitiam (*gr. 8, 11 ἐπαναπαυομένων*).

Ⓑ *spiritaliter, sc. apud Iudaeos vel Christ.*: ① *de pace interna*: VET. LAT. psalm. 114, 7 (Filastr. 99, 2, *sim.* VVLG.) convertere anima mea in -em tuam (*explicationes saepe spectant ad notiones p. 1337, 1 sqq. 1338, 35 sqq. illustratas*). Matth. 11, 29 (cod 1. *al., sim.* VVLG.) invenietis -em animabus vestris (*gr. ἀνάπαυσιν. inde e. g.* REGVLA mag. them. 23 divinam nos vocantem ad -em). AVG. civ. 11, 8 p. 471, 8 *v. infra p. 1344, 17.* conf. 4, 7, 12 turbabar, nec -s erat. CASSIAN. inst. 4, 38 praepara animam tuam non ad -em …, sed ad temptationes (*sim.* EVSEB. GALLIC. hom. 39, 3 [*opp.* pugnam]). HIL. AREL. vita Honorat. 38 l. 10 agebatur … in lectulo ⌊corporis -s⌋ (*ad α*), mentis in Christo. VEREC. in cant. 2, 37 fatigantur, qui -em sibi non quaerunt salvatoris. INSCR. christ. Diehl 4738 (*saec. VI*) in -e et pace vixit annis *tot. al.* ② *de salute christiana* (*simul spectat ad p. 1336, 73*): ARATOR act. 1, 889 (*respic. Ioh. 4, 6 sqq.*) *Iesus* pocula quaerit aquae, -em facturus ubique … de fonte *baptismatis*.

γ *-s est potius status solidus, stabilis et perpetuus aeonum, dei sim.*: TERT. adv. Val. 12, 2 *aeones* constabiliti sunt et in -e ex veritate compositi (*11, 1* solidandis rebus; *11, 4* veram … quietem). IREN. 1, 2, 6 spiritus … sanctus adaequatos eos *aeones* omnes gratias agere docuit et veram -em induxit (*gr. ἀνάπαυσιν. seq. p. 1341, 20 sqq.*). 1, 30, 12 quoniam non haberet … *Prounikos* -em neque in caelo neque in terra. MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 21 ipsum esse … in -e positam beatitudinem … perfectam custodit (*cf. adv. Arium 1, 50* immobili motione). hymn. 3, 229 magis defectus ac -s.

b *rerum, actionum sim., sc. -s est potius pausa, intercapedo*: **α** *vario usu; requiescunt*: Ⓘ *quaelibet*: LVCR. 1, 992 at nunc nimirum -s data principiorum corporibus nullast. VERG. Aen. 6, 600 nec fibris -s datur ulla renatis, *sc. iecoris Tityi.* OV. epist. 4, 89 quod caret alterna -e durabile non est; haec reparat vires *eqs.* ars 2, 351 da -em: requietus ager bene credita reddit *eqs.* (*v. p. 1340, 39; in imag. ut*: fast. 1, 667 sq. vilice, da -em terrae semente peracta, ⌊da -em, terram qui coluere, viris⌋ [*ad p. 1333, 68 sqq.*]). met. 3, 618 qui -emque modumque voce dabat remis. COLVM. 2, 10, 2 (*in imag.*) id *lupinum* solum omnium leguminum non desiderat -em in horreo (*sim. in rebus condendis*: CAEL. AVR. chron. 3, 2, 39 ex depositis, quae temporis -e ⟨nullo⟩ accepto marcore *eqs.*). PLIN. paneg. 61, 9 nullam -em gratulationibus dare. TERT. uxor. 1, 6, 1 ut *vidua* … -em sexui suo nubendi abstinentiā iniungat. PRVD. c. Symm. 2, 1073 nec -s datur ulla ⌊toris⌋ *Vestalis* (*sc. somno carentis, ut vergat ad p. 1336, 50 sqq.*; ⌊⌋ *dat., sec. Gnilka, Prud. c. orat. Symm., 2017, 498 sq.*). CHRYSOST. hom. III 821[B] ut *deus* … ipsi legi -em daret (*cf. Migne gr. 49, 378[extr.] ἀναπαύσῃ τὸν νόμον*). CASSIOD. Ios. antiq. 1, 28 vespere et mane appellans initium lucis et -em (*gr. ἀνάπαυσιν*). AGNELL. in Galen. puls. 9, 13 (*quintum genus pulsuum*) impossibilis est inter duas motiones non esse ⟨duas⟩ -es (*sim. al. ibid.*). *al.* Ⅱ *mala, incommoda, affectus sim.*: CIC. fin. 1, 49 maximos *dolores* morte finiri, parvos multa habere intervalla -etis (*sim. in morbo*: OV. Ib. 13 [*in imag.*] *inimicus* vulnera … -em quaerentia vexat. CELS. 3, 5, 5 [*4* remissius matutinum tempus aegris est] si … ne tunc quidem ulla -s aegris est *eqs.* 4, 22, 1 id *tormentum* … post tempus aliquod levatur exiguaque -s est. SER. med. 769 -em … indere morbo). BELL. Alex. 50, 3 nec provinciae datur ulla -s (*i. remissio impensarum sim.; cf.* VVLG. Esth. 2, 18 dedit -em in universis provinciis [*cf. p. 1034, 74 sq.*]). VERG. Aen. 4, 433 (*loq. Dido*) tempus inane peto, -em spatiumque furori, dum *eqs.* (*sim.* SEN. dial. 5, 39, 4 omni arte -em furori dabit). VAL. FL. 7, 245 quaere malis nostris -em mentemque repone. CYPR. Demetr. 24, 1 (*cum dies iudicii venerit*) *non* erit, unde habere tormenta vel -em possint aliquando vel finem. *al.*

β *locut.* sine (ulla) -e *sim., fere i. q.*: *sine interruptione*: OV. met. 15, 214 nostra … ipsorum semper -eque s. ulla corpora vertuntur. SCRIB. LARG. 220, 4 *medicamentum* coquatur … moveaturque s. -e, ne aduratur. LACT. opif. interpol. 19, 8, 1 cum quo *diabolo* in hac terrestri vita s. ulla securitatis -e dimicaret. AMM. 31, 15, 14 s. -e ulla … pugnabatur. OROS. hist. 6, 6, 3 legiones dies noctesque succedere s. -e. ORIBAS. syn. 9, 10, 1 Aa p. 184 sene (*i.* sine) aliqua -e singultum patiuntur (*gr. ἀπαύστως, La* raptim). *al.* *statim*: COD. Theod. 2, 33, 2 sine cessatione, s. -e protinus ablata redhibebit.

2 *indicatur res, actio sim., quae interrumpitur, remittitur vel omnino finitur* (*utrum de fine an de intercapedine agatur, distinguere difficile est*): **a** *per gen.*: **α** *gerund.*: LVCR. 4, 227 (= 6, 931) nec mora nec -s interdatur ulla fluendi. LACT. opif. 11, 8 nullam … -em meandi habere spiritus potest (*seq.* semper commeat). DICT. 4, 1 per dies decem concessa bellandi -e (4, 10 -s b. per indutias interposita). REGVLA mag. 30, 10 os … loquendi claudatur ad -em. **β** *cetera exempla*: LVCR. 6, 1177 nec -s erat ulla mali (APVL. met. 6, 12, 1 malorum). CIC. leg. 2, 29 feriarum festorumque dierum ratio in liberis -etem litium habet et iurgiorum. off. 2, 6 oblectatio quaeritur animi -sque ⌊curarum⌋ (*cf. p. 1338, 8*). SALL. Catil. 51, 20 in luctu atque miseriis mortem aerumnarum -em, non cruciatum esse (*cf. usum l. 71 sqq. illustratum*). VERG. Aen. 3, 393 (= 8, 46 [*interpol.*]) is locus urbis erit, -s ea certa laborum (PLIN. nat. 31, 88. SVET. Tib. 10, 2 *Tiberius* -em l. praetendens commeatum petit. LACT. inst. 1, 1, 11. COD. Iust. 12, 52, 3 pr. [*a. 444?*] obsequiis militiae terminatis desideratam l. -em sortiuntur. *al.; cf. p. 1337, 25. 43. 1338, 10*). 12, 241 -em pugnae … sperabant. OV. ars 2, 490 (*in imag.*) illa *medicamina* feri -em sola doloris habent (DICT. 2, 6). met. 10, 377 nec modus aut -s, nisi mors, reperitur amoris. COLVM. 12 praef. 7 ad -em forensium exercitationum. STAT. silv. 5, 3, 199 vix -s ⌊flammae⌋ necdum rogus … siderat (⌊⌋ *nisi est dat.*). TAC. ann. 4, 25, 3 -em belli (DICT. 2, 4). VET. LAT. sap. 11, 4 data est illis de petra … aqua et -s sitis de lapide duro ([*gr. ἴαμα, cod. 94. 95* remedium]. CARM. de Macc. 322 s. ad -em quaesita *aqua*). DICT. 1, 21 nulla -e tempestatis. COD. Theod. 9, 38, 8 -em vinculorum. *al.*

b *per praepos.*: ex: LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1 qui *animus defatigatus tuus* nunc -em quaerat ex magnis occupationibus (-etem, -quirem *var. ll.*). ab: COLVM. 6, 14, 6 si *bos* … iugum recuset, paucis diebus -s ab opere danda est ([*inde* PALLAD. vet. med. 14, 8]. VET. LAT. gen. 5, 29 [Rufin. Orig. in gen. 2, 3, *sim. al.*] *Noe* -em dabit nobis ab operibus et a tristitiis [*gr. διαναπαύσει, Vulg.* consolabitur nos; *explicat* RVFIN. *ibid.* p. 45, 10 H. quod ille Noe -em dederit illi Lamech vel populo. *al.; cf. etiam p. 1338, 2*]. *al.*). VET. LAT. Ios. 23, 1 (cod. 100) -em dedit dominus Is[t]rahel ab omnibus inimicis ([*gr. τὸ καταπαῦσαι, Vulg.* pacem]. II reg. 7, 11 [Ambr. in psalm. 118 serm. 7, 3, 1. *al., sim.* VVLG.] -em tibi dabo ab omnibus i. [*gr. ἀναπαύσω σε*]. VVLG. II reg. 7, 1). LACT. inst. 7, 14, 11 -s a laboribus (VVLG. Is. 14, 3 cum -em dederit tibi deus a labore tuo. *al.*). epit. 66, 7 a formidine. *al.*

c *per enunt. secund., sc. in locut.* nec -s, quin: VERG. georg. 2, 516 n. -s, q. aut pomis exuberet annus aut fetu pecorum *eqs.* VAL. FL. 5, 601 *superbo* n. -s, q. Marte diem noctemque fatiget. STAT. Theb. 5, 294 n. -s, q. … surgentia caelo flamina … prospectem.

B *speciatim*: **1** *de quiete dormientium, somnum capientium* (*exempla certiora; addere possis quaedam sub A allata, e. g. p. 1334, 8. 16 [ubi disting. e. g. p. 1334, 22. 61 bis]; per prosopop. l. 65; nota locut.* dormire cum -e *p. 1335, 14; cf. etiam p. 1337, 74 sq.*): CIC. fin. 5, 54 nisi *somnus* -etem corporibus et medicinam quandam laboris afferret. *ibid.* si … -etem natura non quaereret *eqs.* OV. met. 4, 629 exiguam … petit -em (*sc. Perseus, ut* 4, 642 hospitium -emque peto [*fere per hendiadyoin, ut* 8, 628 *dei* mille domos adiere locum -emque petentes]). Pont. 1, 2, 41 -s medicinaque publica curae somnus adest (*sim.* 3, 3, 7). COLVM. 8, 3, 6 quibus *scandulis* inrepant aves ad -em nocturnam (8, 11, 9. 8, 11, 17 *pulli* in stabulo … ad n. -em debent includi. *cf.* 9, 8, 4 post totius ⌊noctis -em⌋ [quiem n. *var. l.*]). SIL. 6, 60 per noctem metantur agros *fugientes,* … non sopor aut menti -s. 6, 562. 12, 560 *Hannibal* ad somnos … indulsit pubi noctem, vigil ipse nec ullam ad -em facilis. 13, 256 *v. vol. X 1, 281, 68.* HOMER. 112 nox erat … humanumque genus -s divumque tenebat. STAT. Theb. 10, 102 in -em vergens Labor. VET. LAT. psalm. 131, 5 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) si dedero somnum oculis meis aut palpebris meis dormitationem ⌊et -em temporibus meis⌋ (*gr. ἀνάπαυσιν*). LACT. ira 13, 4 *sol* occidens noctem superducit ad -em (*antea*: diem promit ad laborem). CLAVD. DON. Aen. 1, 730 p. 141, 22 nondum itum erat ad -em. HIL. AREL. vita Honorat. 18 l. 7 (*antea*: somnos) ferventes spiritu cogebat ad -em. *al.*

2 *de quiete mortuorum vel morientium* (*fort. huc spectat* GLOSS. II 303, 48 *ἐξόδιον*: eequies ['-s?' *Goetz in indice s. v.* exsequiae]): **a** *de pace aeterna, vita caelesti sim.*: **α** *usu vario*: SEN. dial. 6, 24, 5 ibi illum *animum* aeterna -s manet. CLAVD. rapt. Pros. 2, 303 (*Pluto ad Proserpinam*) tu -em latura piis. DRAC. Romul. 9, 226 dum tamen infernis -s

[Cioffi]

detur. **β** *usu christiano* (*hic illic post diem iudicii, e. g. l. 3 sqq. 11. 21*): VET. LAT. IV Esdr. 2, 34 -em aeternitatis dabit vobis *deus.* II Thess. 1, 7 (Tert. adv. Marc. 5, 16, 1) *deus dabit* nobis, qui adflictemur, ⌊-etem⌋ in revelatione domini (⌊ ⌋ -em *var. l. et* VVLG. *al.; gr. ἄνεσιν*). Hebr. 4, 9 (Lucif. non conv. 10) restat -s populo dei (*gr. σαββατισμός, Vulg.* sabbatismus. *cf. usum l. 51 sqq. illustratum*). TERT. anim. 37, 4 in auspicia resurrectionis et -etis et regni. IREN. 4, 39, 4 (*antea*: requietio) aeternam -em **(**HIL. in Matth. 32, 6. CE 1619, 4 [*a. 380*] (a)eterna(m) -em … man(e)bis. GAVDENT. serm. praef. 33 ad a. migrare -em. AVG. civ. 22, 30 p. 635, 21 *dies* octavus aeternus … a. non solum spiritus, verum etiam corporis -em praefigurans. *al.; cf. e. g.* perpetua: AMBR. obit. Theod. 30 RVFIN. Clement. 8, 47, 2. *al.***)**. PS. HIL. libell. 9 p. 81, 28 gloriam consecuturus et -em. GAVDENT. serm. 10, 15 (*antea l. 59*) -s erit vera sanctis et … credentibus (AVG. catech. rud. 16, 6. *al.*). PRISCILL. tract. 7, 117 iustorum. AMBR. obit. Theod. 29 (*respic. p. 1338, 25*) non ingrediuntur in -em domini. *ibid.* haec est -s sabbati magni (*cf. l. 51*). AVG. civ. 13, 24 p. 594, 1 defunctus est et nunc in -e est vel in poenis. 20, 7 p. 420, 30 secuturo … sabbato, quod non habet vesperam, -e scilicet sanctorum, quae non habet finem. quaest. Simpl. 2, 3, 3 *Lazarum* iam in -e constitutum (*respic. Luc. 16, 19 sqq., ut e. g.* DRAC. laud. dei 3, 55 pauperis … -s). ISID. alleg. 11 Henoch … significat septimam -em futurae resurrectionis. *al.*

b *de obitu, morte, fine vitae* (*cf. l. 49*): SEN. epist. 30, 12 ad -em homini necessariam, lasso gratam *perduci.* CE 1001, 3 (*saec. I*) in -em excessi. PORPH. Hor. carm. 2, 18, 38 mors necessitas est; ita tamen perpetua -s laborum (DRAC. laud. dei 1, 559 mors mundanorum -s … certa l. *cf. p. 1336, 21*). INSCR. numm. imp. V 1 p. 237 n. 297 sqq. (*imperator capite velato*) -s opt(imorum) mer(itorum) (*sim. al. in nummis*). LACT. mort. pers. 24, 8 in lecto suo -em vitae … accepit. CE 1830, 2 (*a. 315*) iam -em sumimus. 1968, 1 (*Aquileiae; a. 336*) accepit -em post septuaginta … annos. IVVENC. 1, 193 (*ad Luc. 2, 25*) quod *Simeon* … mortem liber -emque videret. DAMAS. carm. 3, 4 (= CE 310) post -em tristes … persolvere poenas. CIL III 10934 (*saec. IV*) qui vixit annos septem et -em adcepit in deo (*nisi ad aβ*). INSCR. christ. urb. Rom. 23303 (*saec. V/VI*) qui neque post -em fama vigente perit. *al.*

c *de quiete mortuorum in sepulcro, monumento iacentium* (*cf. l. 45*): CE 1475, 2 (*saec. I*[1]) ni dolor ⟨attingat⟩, qua -s homini est. 2092, 1 (*saec. I*[1]) sit grata -s (1192, 4 [*saec. II*] o -em g., quam pia cura dicat). CIL V 7647 (*saec. I*) -e et memoriae diuturnae Lolliae Severae uxsori *eqs.* CE 1843, 2 (*saec. I/II*) aeterna conditus in -e. TERT. apol. 37, 2 quin illos *mortuos Christianos* de -e sepulturae, de asylo quodam mortis … avellant. VET. LAT. Sirach 38, 24 in -e mortui requiescere fac memoriam eius (*gr. 38, 23 ἐν ἀναπαύσει*). CIL VI 31968 (*saec. V/VI*) in pace et -e. CE 1895 domus aeterna nobis hic erit, -s laboris hic erit. *al., saepe in titulis sepulcr.*

d *de memoria mortui vel festivitate ipsa celebranda: Christi in sepulcro requiescentis, sc. inter passionem et resurrectionem* (*cf. vol. X 1, 620, 68 sqq.*): COMPVT. cod. Col. prol. 8 p. 232 hii tres dies sacratiss⟨i⟩mi, qui trinitatis gratia sanctificati sunt, passio, -s, resurrectio (*cf.* frg. 1 p. 242, 6 de diebus passionis requie⟨ti⟩s et resurrectionis euangelista … terminum instituit). *dormitionis Mariae*: SACR. Greg. 147, 3 qui sanctae dei genetricis -em caelebramus.

3 *de otio sabbati sim.* **(***de ipso die sabbati e. g. l. 53. 58. 63; respic. maxime gen. 2, 2 sq. [v. p. 1339, 64 sqq.], quod allegorice explicatur e. g. l. 5. 11. 16. 18. p. 1334, 75***)**: VET. LAT. exod. 16, 23 (cod. 104) ⟨sabbatae requi⟩es est sanc⟨ta domino⟩ **(***gr. ἀνάπαυσις, cod. 102* requietio [*v. p. 1344, 71*], VVLG. -s sabbati *ut*: VET. LAT. lev. 23, 3 [Hesych. *ad loc.* p. 1080[C] *et* VVLG.] dies septimus, quia s. -s est, vocabitur sanctus. AVG. epist. 36, 23. *al.***)**. HIL. myst. 1, 41, 1 ob septimi -em. GAVDENT. serm. 10, 3 -s … dei non laboris remedium, sed coeptorum finis est operum. 10, 15 ut septimi diei expectanda nobis esset et -s simul et sanctitas (*explicatur allegorice l. 13*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 4, 2, 3 sabbati appellatio, quae -em hebraeo sermone significat (*cf. Migne gr. 36, 429*[D] *κατάπαυσιν*). AVG. civ. 11, 31 p. 505, 12 in septimo … die … dei -s commendatur. GREG. M. in Ezech. 1, 6, 18 l. 411 quid est sabbatum nisi -s, in qua fieri opus servile non liceat? REGVLA mag. 75, 7 ad -em diem dominicum constitutum. *al.*

II *usu peculiari*: **A** *de eo, qui (quod) quietem praebet, tuetur* (*sc. metonymice*): **1** *de animantibus* (*per prosopop. l. 74; saepe in allocutione*): **a** *quaelibet exempla* (*c. dat. commodi e. g. l. 69. 73*): LVCR. 6, 94 Calliope, -s hominum divomque voluptas. VERG. Aen. 9, 482 (*loq. Euryali mater*) tune ⌊ille⌋ senectae sera meae -s? **(**[⌊ ⌋ illa *var. l., quam def. e. g. Kraggerud, Vergiliana, 2017, 315 sq.*; SERV. auct. -s hic pro solacio]. 12, 58 *Turne,* spes tu nunc una, s. tu -s miserae. STAT. silv. 2, 1, 70 tu *puer* domino ⌊-s portusque s.⌋ [*cf. p. 1338, 20*]**)**. OV. met. 7, 812 auram expectabam, -s erat illa labori. SEN. Herc. f. 1066 o domitor, Somne, malorum, -s animi (*de eodem* 1073 lucis -s noctisque comes). IVVENC. 2, 513 (*respic. Matth. 11, 3; Iohannes ad Christum*) tune piis animis -s? HIL. in psalm. 91, 8 -s dei deus Christus est. HIER. quaest. hebr. in gen. p. 11, 21 *Noe* ab eo …, quod sub illo omnia retro opera quieverunt per diluvium, appellatus est -s (*cf. Hayward, comm. 1995, ad l.; al., v. etiam p. 1336, 37; sim. e. g.* OP. imperf. in Matth. 1 p. 616[extr.] Naason, qui interpretatur refectio, id est -s). AVG. conf. 6, 16, 26 tu solus -s (*de deo ut*: PROSP. carm. de ingrat. 106 cibus illi *Augustino* et vita et -s deus est. *al.*). *al.*

b *accedit gen. indicans damnum sim. vel statum malum, ex quo -s eximat* (*cf. p. 1336, 15 sqq.*): TIB. 3, 19, 11 (*ad amicam*) tu mihi curarum -s (OV. trist. 4, 10, 118 tu *Musa* curae -s). EPICED. Drusi 306 tu -s fesso grata laboris eras (PRVD. apoth. 394 -s o certa laborum. AVG. conf. 12, 26, 36. *cf. p. 1336, 21*). STAT. Theb. 3, 295 (*Mars ad Venerem*) o mihi bellorum -s.

2 *de rebus*: **a** *quibuslibet*: MORET. 74 grata … nobilium -s lactuca ciborum. DICT. 2, 32 nox communis amborum -s proelium diremit. CLAVD. carm. min. 26, 69 (*ad fontem Aponum*) salve … publica morborum -s. rapt. Pros. 3, 205 telae labor illi, ⌊Sirenes⌋ -s (⌊ ⌋ *i. cantus Sirenum, si recte intelleximus*). DRAC. laud. dei 1, 127 -s lux omnibus aegris. Romul. 9, 14 si mens ulla manet, iam rectius ergo putatur non -s, sed poena rogus. **b** *de locis: variis*: STAT. Theb. 8, 309 (*ad Tellurem*) te penes … volucrum -s (SCHOL. volatus in aere est -s avium terra). MART. 4, 25, 7 (*de locis amoenis*) vos eritis nostrae -s portusque senectae. VET. LAT. gen. 8, 9 (Aug. in euang. Ioh. 6, 19. *al.*) non inveniens columba -em pedibus suis (*gr. ἀνάπαυσις, Vulg. v. p. 1343, 27*). deut. 12, 9 (cod. 100) non … venistis usque modo in -e et in hereditate **(***gr. κατάπαυσιν,* VVLG. ad -em et possessionem. *de terra promissa ut*: VVLG. psalm. 94, 11 introibunt in -em meam. QVODV. prom. 2, 9, 17 [*respic. num. 14, 16*] in -em promissae terrae. *al.***)**. psalm. 131, 8 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) exsurge, domine, in -em tuam, tu et arca sanctitatis tuae (*sc. de templo Hierusalem, ut e. g.* VVLG. II par. 6, 41 in -em tuam, tu et arca fortitudinis tuae). Is. 11, 10 (Novatian. trin. 9, 8. *al.*) erit -s eius *dei* honor (*gr. ἀνάπαυσις, Vulg.* erit sepulchrum eius gloriosum. *explicat* PAVLA Hier. epist. 46, 5, 3 quod scilicet sepulturae domini locus esset ab omnibus honorandus. *aliter* HIER. *ad loc.* l. 10 G. est sensus 'erit mors eius *Christi* gloriosa'). 65, 10 (Hier. *ad loc.* l. 8 G.) vallis Achor in -e armentorum populo suo (*vertit LXX εἰς ἀνάπαυσιν, Vulg.* in cubile, *cf.* Hier. *ad loc.* l. 49 G. in cubile et in -em). IV Esdr. 7, 38 hic iocunditas et -s et ibi ignis et tormenta **(***respic. locus beatitudinis aeternae sim., ut e. g.* Hebr. 4, 3 [*excipit l. 25*]. VICTORIN. POETOV. in apoc. 6, 4 remota a poenis … regio, -s sanctorum**)**. IVVENC. 2, 717 (*respic. Matth. 12, 43*) nec -em placidae sedis sibi repperit *spiritus inmundus.* HIL. in Matth. 12, 23 habitandi cum his locus nullus est, et cum iam in his -em non habet (*sc. gratia dei; sim.* RVFIN. Orig. in cant. 2 p. 168, 14 -em ac mansionem suam facit *deus* in loco pectoris mei. AVG. serm. 178, 9 si verbum dei insedit in vobis, si -em invenit apud vos. *al.*). AMBR. Isaac 5, 46 perducta … sponsa usque ad sponsi -em. *al. de sepulcro, tumulo* (*cf. l. 30*): CE 460, 2 (*saec. II; cf. 1* hanc sedem) hanc -em, fessos tandem qua conderet artus Vlpius. HIL. in Matth. 33, 8 domini … corpus … infertur in vacuam et novam -em lapidis excisi. VVLG. iud. 20, 43 *non* erat ulla morientium -s; ceciderunt atque prostrati sunt ad orientalem plagam. CE 641, 2 in … pari -e Viatorinus eligo sedem. *al.*

B *de delectationibus, deliciis, voluptatibus* (*exempla certiora; notionem remissionis sub IA illustratam non negaverimus sublucere*): CIC. Cato 52 ut meae senectutis -etem (quietem *recc.,* -em *cett.*) oblectamentumque noscatis. Lael. 103 in eadem *Scipionis amicitia* -s plena oblectationis fuit. Att. 1, 18, 1 ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum -etis habeam, quantum cum uxore … consumitur. VARRO rust. 2, 4, 8 ut volutentur in luto *sues,* quae enim illorum -s, ut lavatio hominis. HOR. epist. 1, 7, 79 *patronus* sibi dum -em, dum risus undique quaerit *eqs.* OV. trist. 4, 1, 3 (*respic. munus scribendi versus*) exul eram, -sque mihi, non fama petita est. SIL. 3, 349 haec (*i. saltatio et cantus*) -s ludusque viris, ea sacra voluptas. STAT. Ach. 2, 156 nodare Palen et spargere caestus ludus erat -sque mihi. AVR. Fronto p. 105, 7 -s una librum in manus sumere. ORIG. in Matth. ser. 62 p. 144, 31 (*ad Luc. 6, 25* vae, qui nunc ridetis) propter -em et resolutionem, *sc. in hac vita. de cibo, victu sim.* (*sc. metonymice*): THEOD. MOPS. in I Tim. 4, 4 qui cum gratias agere deberent pro largita sibi -e, … e contrario incusant escas.

compos.: irrequies.

requiēscio *v.* requietio *p. 1344, 67.* *Cioffi.*

requiēsco, -ēvī, -ētum, -ere. *a* re- *et* quiescere. *compendia copiosa scripturae, abbrev. et formarum in inscr. occurrentium collegit Diehl, Inscr. Lat. Christ. Vet. III, 581 sqq.*; requetus *apud* CHIRONEM *p. 1339, 69. 1344, 47.* NOT. Tir. 71, 34 -it. 34[a] -vit. *de formis perf. contractis* (*formas aetatis posterioris negleximus*): -ierunt CIC. de orat. 3, 17 VERG. ecl. 8, 4 CVLEX 207 STAT. Theb. 12, 514, -iesse CIC. de orat. 2, 290 Att. 14, 8, 2 LIV. 26, 22, 8, -iesset CATVLL. 64, 176 TAC. ann. 1, 25, 3, -ierit VARRO rust. 1, 44, 2, -ierant CATVLL. 84, 7. *part. fut. testatur* PRISC. gramm. II 510, 10 (*affert p. 1339, 9*), *trad. apud* AVG., *e. g. p. 1344, 19, et*

[Meusel]

FVLG. RVSP.; *part. perf., sc. vi activa, v. e. g. p. 1340, 4 sqq. 1341, 66. 1344, 50 sqq. pass. impers. l. 60. 67. p. 1342, 29. 1344, 19. de notione et differentia* (*addas l. 37. p. 1344, 32; cf. etiam p. 1345, 64*): GLOSS. II 363, 47 *λωφῆσαι*: -ere. III 156, 31 *προσαναπαύομαι*: -o. GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1387 -vit: cessavit. II Abav. RE 104 -it: adquiescit. *al. legitur inde a* PLAVTO, ENN. *per totam latinitatem; saepissime in titulis sepulcr.* **[***confunditur in codd. c.* quiescere *l. 31 et* FLOR. epit. 3, 23, 4 (*restit.* LIV. 44, 38, 9); *olim legebatur* -ta *pro* re quieta VITR. 2, 1, 1. 2, 9, 16; *contextu manco* CIC. or. frg. A 12, 3 nisi eorum exitio non -turam (*sc. rem publicam?*).**]**

fere i. q. quiescere **(***vis praeverbii vigere vid., ubi aliquis [aliquid] in statum quietum redit, e. g. l. 30; hinc notio sub IA illustrata derivanda vid.; saepe autem vis praeverbii minus dilucida est; gr. respondet praecipue ἀναπαύειν, e. g. l. 68. p. 1341, 21. 1342, 24, ceterum e. g. ἡσυχάζειν p. 1340, 57. 61. 1341, 13 sq. 74, et καταπαύειν l. 65. p. 1341, 7. 35. 1344, 38***)**:

I *intrans., i. q. in requie esse vel quieti se dare*: **A** *respectu refectionis accedente* **(***sc. -it, qui [quod] se quiescendo a laboribus sim. reficit, ita ut in statum vigentem redeat vel vigorem recuperet; pro syn. est* adquiescere *l. 30,* reficere *p. 1340, 44,* reparare *l. 60,* respirare *l. 29, opp.* fatigare *e. g. l. 58,* (per)vigilare *p. 1340, 12. 25. 30; reficitur* lassus *e. g. l. 28. 57***)**: **1** *pro subi. sunt animantes vel partes corporis eorum* **(***animalia e. g. l. 44. 53. 55; requies fit iacendo e. g. l. 74. p. 1340, 16, incumbendo l. 62; a quo statu quis -at, indicatur per abl. l. 33, praepos.* ab *e. g. l. 40. 43. 54. 65,* de *l. 63,* ex *l. 45; ubi vel in qua actione quis -at, indicatur per abl. e. g. l. 53. 57. p. 1340, 23, praepos.* in *cum abl. e. g. l. 47. 60. 74, rarius* inter *p. 1340, 25,* sub *p. 1340, 20,* super *l. 62. p. 1340, 19; accedit dat. commodi l. 43. 73***)**. *requies fit*: **a** *vario modo* (*exempla selecta inde a* CIC.; *saepe respic. refectio corporis, sed potius animi e. g. l. 30 sq. 38. 45 sqq. 59*): **α** *-unt quilibet*: PLAVT. Capt. 505 (*503 sq.* me … restitando retinendoque lassum reddiderunt) abii ad praetorem; ibi vix -vi. Epid. 205 sine respirem quaeso. :: immo adquiesce. :: animo male est. :: … clementer, -e. Truc. 209 -vi, quia intro abiit odium meum (quievi *var. l.*). ENN. scaen. 365 *ne* sepulcrum … habeat portum corporis, ubi remissa humana vita corpus -at malis (*vergit ad p. 1343, 33 sqq., ubi explicat* CIC. *p. 1343, 39; sim. in morte*: AVG. civ. 9, 10 p. 382, 6 ut ab aerumnis vel in morte -rent). TER. Eun. 405 sicubi eum, *sc. regem,* satietas hominum aut negoti si quando odium ceperat, -ere ubi volebat, quasi … nostin? :: scio; quasi ubi illam exspueret miseriam ex animo (DON. *ad loc.* 1 cessat desidiosus, -it defessus). CIC. Verr. II 4, 137 ut -rem curamque animi remitterem. Phil. 9, 6 invitatio liberalis … et … hortatio … ad -endum et vitae suae consulendum. off. 3, 2 *Africanus* -ens a rei publicae pulcherrimis muneribus otium sibi sumebat aliquando. Att. 5, 21, 1 spero te istic, *sc. Epiri,* iucunde hiemare et libenter -ere. CATVLL. 84, 7 hoc (*sc. Arrio multa verba aspiratione enuntiante*) misso in Syriam -ierant omnibus aures (LIV. 26, 22, 8 vixdum -iesse a. a strepitu et tumultu hostili). VARRO rust. 3, 5, 7 *aves* morantur dies paucos -endi causa. SALL. Catil. 4, 1 ubi animus ex multis miseriis atque periculis -vit **(**SEN. dial. 9, 17, 5 danda est animis remissio: meliores acrioresque -ti surgent. epist. 65, 17 a. … in rerum naturae contemplatione -it. TAC. ann. 1, 25, 3 ubi primum a luctu -iesset a. 6, 38, 1 quae duabus aestatibus gesta coniunxi, quo -ret a. a domesticis malis**)**. CE 982, 4 (*a. 42/6 a. Chr.*) ut -tus queas dicere saepe tuis: *eqs.* **(***item ad viatorem*: 1097, 2 [*saec. I*] si perlegisti, venias licet et -as: … haec requies omnibus una manet. 1098, 3 [*saec. I/II*] -e viator in herba, ⟨ne⟩u fuge, si tecum coeperit umbra loqui**)**. OV. met. 3, 12 hac, *sc. bove,* duce carpe vias et, qua -verit herba, moenia fac condas. Pont. 4, 5, 27 *Caesar Germanicus* cum … a turba rerum -verit harum. COLVM. 8, 10, 2 cum *turdi* satiati cibo -ere volunt. PERS. 3, 90 (*nisi ad p. 1340, 50*) *aeger* iussus -ere. STAT. Theb. 12, 514 sedatis -ierunt pectora curis. MART. 14, 161, 1 lassus Amyclaea poteris -ere pluma. QVINT. inst. 6, 1, 28 in qua *imagine* si moramur, fatigatur lacrimis auditor et -it et ab illo, quem ceperat, impetu ad rationem redit. 10, 1, 27 (*antea*: ingenia … reparantur) in hac lectione, *sc. poetarum,* Cicero -endum putat. TERT. coron. 11, 3 quos, *sc. deos paganos sim.,* interdiu exorcismis fugavit *Christianus,* noctibus defensabit incumbens et -ens super pilum, quo perfossum est latus Christi? MIN. FEL. 4, 5 ut et -ere de itinere possimus et intentius disputare. VET. LAT. gen. 2, 2 (cod. 111, *sim. al. et* VVLG.) *deus* -vit die septima ab omnibus operibus suis, quae fecit **(***gr. κατέπαυσεν, sim.* 2, 3 [cod. 111. *al.; Vulg.* cessaverat]. *inde e. g.* AMBR. in Luc. 6, 80 septimo -tum est die [*pass. impers.*]**)**. Matth. 11, 28 (cod. 10. *al.*) venite ad me omnes, qui laboratis …, et ego vos -ere faciam (*gr. ἀναπαύσω, Vulg.* reficiam). CHIRON 158 -tis (reque- *cod. Basil.*) sanguine(m) detrahito (*inde* VEG. mulom. 1, 38, 8 cave, ne sanguinem calido detrahas, sed -tum flebotomabis). VEG. mulom. 1, 49 *venter dolens* cito -ere solet (*cf. Chiron 232* refrigerare). AVG. serm. 125A coll. Morin p. 371, 11 *Iudaei* credebant … *deum* sabbato omni -ere sibi et vacare. PALLAD. hist. mon. I 12, 5 p. 263^{B} (rec. *β*) in qua *sella* incessanter sederet iam non valens in lectulo -ere (*gr. p. 36, 5 ἀναπεσεῖν*). *et saepe.* **β** *-unt milites sim.* (*cf. exercitum, qui alicubi castra ponit, p. 1341, 7. 1342, 70. 1343, 14*): SISENNA hist. 31 -endi spatium nacti, cum densiores manipulatim resistere hostibus instituissent. CAES. civ. 3, 98, 3 *legiones* in vicem -ere atque in castra reverti iussit. SALL. hist. frg. 3, 41 paululum -tis militibus. LIV. 44, 38, 8 sq. nihilne interest, utrum militem … -tum, integrum in tentorio suo arma capere iubeas …, an … fatigatum … hosti obicias recenti, -to. CVRT. 8, 4, 16 *torpens miles* diu nec, ubi -ret, nec, a quo *Alexandro* esset exceptus, agnovit. FRONTIN. strat. 1, 6, 3 hostes, iam etiam fatigatos, ipse -tis et ordinatis suis adgressus fudit. VEG. mil. 3, 11, 9 inpar … condicio est lassum cum -to … subire conflictum. *al.*

b *dormiendo* (*exempla certiora tantum, cetera v. sub a; accedit acc. temporis l. 15. 19. 30, abl. l. 18*): ENN. ann. 436 hic insidiantes vigilant, partim -unt ⟨tecti, ⟨cum⟩ gladiis⟩, sub scutis, ore faventes (⟨ ⟩ c. *add. Baehrens, alii aliter*). CIC. S. Rosc. 97 quae necessitas eum tanta premebat, ut … id temporis Roma proficisceretur, nullam partem noctis -ret? VARRO rust. 2, 2, 8 subicere oportet virgulta alia, quo mollius -ant *oves* puriores-que sint. SALL. Iug. 72, 2 *Iugurtha* alio ⟨atque alio⟩ loco saepe contra decus regium noctu -ere. 85, 33 doctus sum … humi -ere. VERG. ecl. 1, 79 hic … hanc mecum poteras -ere noctem fronde super viridi. 7, 10 siquid cessare potes, -e sub umbra (*item in umbra*: COPA 31 CVLEX 157. *al.*). CVLEX 113 in antro. 207 cuius *pastoris* ut intravit levior per corpora somnus languidaque effuso -ierunt membra sopore. TIB. 1, 1, 43 parva seges satis est; satis est, -ere lecto si licet (scilicet *var. l.*) et solito membra levare toro. PROP. 2, 17, 15 *non* licet in triviis sicca -ere luna. OV. am. 1, 9, 7 *miles et amator* pervigilant ambo; terrā -it uterque. epist. 5, 13 saepe greges inter -vimus arbore tecti mixtaque cum foliis praebuit herba torum. ELEG. in Maecen. 1, 99 lux est: taurus arat; nox est: -it arator. *al. accedit notio amatoria* (*c. praepos.* cum *praeter l. 29*): CATVLL. 68, 5 *amantem* sancta Venus molli -ere somno desertum in lecto caelibe *non* perpetitur. LYGD. 6, 53 quam vellem tecum longas -ere noctes et tecum longos pervigilare dies! PROP. 1, 8^{b}, 33 illa vel angusto mecum -ere lecto et quocumque modo maluit esse mea. OV. am. 1, 6, 45 forsitan et tecum tua nunc -it amica.

2 *pro subi. sunt res*: **a** *ager sim., ut rursus fertilis fiat* (*paulo aliter p. 1341, 56 sqq.*): VARRO rust. 1, 44, 2 multum interest, in rudi terra an in ea seras, quae quotannis obsita sit, …, an in vervacto, quae interdum -ierit. VERG. georg. 1, 82 (*79 sq.* arida … sola) mutatis -unt fetibus arva (COLVM. 2, 9, 4 illa, *sc. frumenta,* vicibus annorum -tum agitatumque alternis et quam laetissimum volunt a.). OV. ars 2, 351 (*comparatur amator cum agro*) da requiem *amatori*: -tus ager bene credita reddit terraque caelestes arida sorbet aquas (COLVM. arb. 3, 5 in agro -to vineam ponito. FRONTO p. 229, 10 -tus a. deligitur). **b** *variae*: PROP. 1, 16, 15 (*loq. ianua*) ille meos numquam patitur -ere postes, arguta referens carmina blanditia: '…'. VITR. 2, 4, 2 *non* onerari se continenter paries patitur, nisi intermissionibus -at. COLVM. 4, 27, 6 religatam vitem -ere ac refici par erit.

B *respectu refectionis minus perspicuo*: **1** *usu vario*: **a** *non indicatur, ubi aliquis (aliquid) -at (indicatur temporis spatium per acc. l. 56. p. 1341, 4, abl. e. g. p. 1341, 9. 12. 51, praepos.* per *p. 1342, 2); -unt*: **α** *animantes* (*fere homines eorumve coetus vel partes eorum praeter p. 1341, 19*): Ⓘ *speciatim, sc. desistendo ab actione, nihil agendo*: Ⓐ *exempla varia* (*fort. huc p. 1339, 56*): CIC. Balb. 15 *Cn. Pompeius* neque cum -ret … neque cum rem gereret. VERG. Aen. 2, 100 *Vlixes non* -vit …, donec Calchante ministro *eqs.* TIB. 2, 1, 5 luce sacra ⟨-at humus⟩ (*ad p. 1341, 48 sqq.*), -at arator. PROP. 2, 34, 75 quamvis ille, *sc. poeta,* sua lassus -at avena, laudatur. 3, 10, 9 *ut* alcyonum positis -ant ora querelis (*i. taceant*). DECL. in Catil. 80 (*antea*: conquievisse) *Catilina non* -endum fuisse arbitratus est. VET. LAT. Luc. 23, 56 (cod. 5) sabbatum -verunt (*gr. ἡσύχασαν, Vulg.* siluerunt). apoc. 6, 11 (cod. 51, *sim. al. et* VVLG.) dictum est illis, ut -rent adhuc modicum, donec impleantur conservi (*gr. ἀναπαύσωνται. inde* CYPR. laps. 18 -ere ac patientiam tenere adhuc iubentur). IREN. 3, 19, 3 -ente … verbo *dei,* ut *homo* posset … crucifigi et mori (*gr. ἡσυχάζοντος*). *al. respicitur vacatio ab officiis, vita publica*: CIC. de orat. 1, 1 cum mihi quoque initium -endi atque animum ad … studia referendi fore iustum … arbitrarer, si infinitus forensium rerum labor … etiam aetatis flexu constitisset. Phil. 5, 44 Caesar … veteranos cupientis iam -ere armavit. VITR. 2, 8, 10 quam *domum Croesi* Sardiani civibus ad -endum aetatis otio, seniorum collegio gerusiam dedicaverunt. PANEG. 7, 12, 5 omnes exercitus vestri omnesque provinciae -ere te post tanta opera … tulerunt, imperare desisse numquam crediderunt. LACT. mort. pers. 18, 2 debere illum *Diocletianum* -ere post labores. Ⓑ *c. praepos.* ab *indicante, quid finiatur*: GAVDENT. serm. 10, 2 (*explicat p. 1339, 65*) a quibus *operibus* -visse, id est cessasse. FACVND. defens. 2, 4, 13 -e a contentionibus.

Ⓘⓘ *generatim*: Ⓐ *usu vario, sc. respicitur status non turbatus, vacuus sollicitudine sim.* (*praesertim animi sim.; exempla, ubi praevalet respectus reficiendi, ad IA1 traximus*): CIC. Att. 2, 16, 3 (*spectat ad contem-*

plationem) quae *schola Theophrasti* mihi non modo, ut -am, permittit, sed reprehendit, quia non semper quierim. 9, 4, 1 ego etsi tam diu -o, quam diu aut ad te scribo aut tuas litteras lego. PROP. 2, 3, 3 vix unum potes, infelix, -ere mensem. SEN. dial. 11, 8, 1 insidiabitur solitudini tuae dolor et -enti animo tuo paulatim inrepet. VET. LAT. psalm. 54, 7 (cod. 300, *sim. al. et* VVLG.) quis dabit mihi pinnas sicut columbae et volabo et -am (*gr.* *καταπαύσω*). VVLG. iud. 8, 10 -bant cum omni exercitu suo. CAEL. AVR. chron. 3, 5, 72 si aeger ingrediens calidas cellas fervens descenderit ⌊⟨in⟩⌋ solium atque -ens diu⟨tu⟩rno tempore aqua calida fuerit vaporatus, *eqs.* (⌊ ⌋ *add. Fischer in plagulis coll. 1, 1, 35*). *al.* Ⓑ *respicitur pax hominum, gentium sim.*: LIV. 28, 44, 14 -at aliquando vexata tam diu Italia. VET. LAT. iud. 8, 28 (cod. 100. *al.*) -vit Is[t]rahel XL annis in diebus Gedeon (*gr.* *ἡσύχασεν, Vulg.* quievit). 18, 27 (cod. 100) venerunt ... super populum -entem et silentem (*gr.* *ἡσυχάζοντα, Vulg.* quiescentem). LACT. inst. 7, 19, 8 sic extincta malitia et inpietate conpressa -et orbis. *al.* *c. praepos.* ab *indicante, a qua re mala aliquis tutus sit*: VVLG. deut. 12, 10 ut -atis a cunctis hostibus. prov. 1, 33 qui ... me audierit absque terrore -et. FACVND. defens. 12, 3, 17 ab haereticorum collisionibus -ens ecclesia. Ⓒ *respicitur requies sempiterna aeonum, dei sim.*: IREN. 1, 2, 6 (*antea p. 1335, 37*) confirmata quoque in hoc omnia et -entia ad perfectum (*gr.* *ἀναπαυσάμενα. sim. de aeonibus*: 2, 17, 11 quid enim et discentes -verunt aeones et perfectam agnitionem perceperunt?). MAR. VICTORIN. gen. div. verb. 17 deus non genitus est *λόγος,* cum deus ipse *λόγος* sit, sed silens et -ens *λόγος.*

β *res* (*status prior indicatur per praepos.* ex *l. 68*): Ⓘ *incorporales*: Ⓐ *quae esse desinunt*: CIC. Att. 1, 18, 2 *aculei sollicitudinum* insident et urgent et nullius amantis concilio aut sermone -unt **(***item de affectu sim.*: TIB. 1, 2, 4 [*2* occupet ut fessi lumina victa sopor] neu quisquam multo percussum tempora baccho excitet, infelix dum -it amor. VEG. mil. 4, 26, 2 ubi post metum murorum vigiliis derelictis -verit incauta securitas. *al.***)**. OV. trist. 3, 2, 17 ut via finita est et opus -vit eundi. QVINT. inst. 11, 2, 43 quantum nox interposita adferat firmitatis, sive -it labor ille, cuius sibi ipsa fatigatio obstabat, sive maturatur atque concoquitur ... recordatio. VET. LAT. gen. 8, 22 (Ambr. Noe 23, 82, *sim.* VVLG.) frigus et aestus, aestas et ver die et nocte non -ent (*gr.* *καταπαύσουσιν*). HEGES. 5, 1, 1 quando solent bellorum saeva -ere. *al.* *in re medica*: ORIBAS. syn. 5, 35 Ab p. 72 donec inquietudo ipsa -at et confortetur corpus (*gr.* *ἐκ μὲν τῆς συντονίας ἄνεσιν λάβῃ τὸ σῶμα, cf. La* requiem accipiat corporis). 6, 9 Ab p. 104 *et* Aa p. 12 post haec -it febris (*cf. 6, 9, 3 cod. Haun.* sine febre efficiuntur). Ⓑ *quae vario modo quiescunt*: MAR. VICTORIN. adv. Arium 1, 39 evacuatis ... omnibus -it activa potentia (*nisi ad l. 26 sqq.*). 1, 42 pater ... et magis principalis vita motionem -entem habens in abscondito et intus se moventem. ANON. de mach. bell. 20, 2 ut provinciarum quies ... inlaesa -at (*pleonastice*). AGNELL. in Galen. puls. 11, 7 quantitatem -entis, *sc. pulsus* (*item* 13, 8). *ad aliquem finem* (*nisi ad bα*): VVLG. Is. 51, 4 (*loq. deus*) lex a me exiet et iudicium meum in lucem populorum -et.

Ⓘⓘ *corporales*: Ⓐ *quae immotae, intactae sim. iacent* (*ad maturescendum l. 55*): TIB. 2, 1, 5 *v. p. 1340, 52.* COLVM. 2, 10, 15 antequam *lens* seritur fimo arido, permisceri debet et, cum ita quatriduo aut quinque diebus -verit, spargi (*item de seminibus*: 2, 12, 9 peracta sementi, quibus -unt, dies triginta *computantur*). 2, 14, 9 illud ... praecipiendum habeo, stercus omne, quod tempestive ⌊repositum anno -verit, segetibus esse⌋ maxime utile (⌊ ⌋ *ad 8 transp. pars codd.*). 12, 21, 1 melius est, si *defrutum* anno -verit. VVLG. exod. 23, 11 anno ... septimo dimittes eam et -ere facies, ut comedant pauperes (*item de terra*: lev. 26, 35 quando fueritis in terra hostili, *terra tua* sabbatizabit et -et in sabbatis solitudinis suae, eo quod non -verit in sabbatis vestris, quando habitabatis in ea. *paulo aliter p. 1340, 33*). PS. AVG. serm. ed. Mai 57, 1 aquae illae ..., quae circa piscinam pomerii, ubi intrat Susanna lavare, dulciter -unt. APIC. 3, 2, 1 betas minutas et porros -tos elixabis (4, 5, 1). 7, 4, 1 *ofellae* ubi -verint, in condimentis biduo vel triduo ponis, surclas decussatim, et in furnum mittis (*aliter interpungit ed. André, ut ad p. 1342, 18 sqq. trahas*). DIOSC. 1, 51 p. 29, 3 *uvae* quamdiu -berint (*i.* -verint; *gr. 1, 46 aliter*). Ⓑ *quae residunt, desistunt movere, sonare sim. (pro syn. est* conticere *l. 72): aquae, liquores*: VITR. 8, 4, 1 si ... aqua defervefacta et postea -ta et defusa fuerit. SEN. dial. 9, 2, 1 sicut est quidam tremor etiam tranquilli maris, utique cum ex tempestate -vit. COLVM. 12, 22, 1 cum *pix liquida cum cinere lixivia* -verit. 12, 25, 2 semper ... in -ta aqua crassamen aliquod in imo reperitur **(***de aqua sedata et inde pura ut*: VET. LAT. Ezech. 34, 18 [cod. 176] -tam aquam bibatis [*gr.* *τὸ καθεστηκὸς ὕδωρ, Vulg.* purissimam]**)**. *al.* *res variae*: CALP. ecl. 4, 99 (*97 sq.* silvae conticeant) memini ... sic nemus immotis subito -ere ramis. VET. LAT. psalm. 75, 9 (cod. 306, *sim. al.*) terra tremuit et -vit (*gr.* *ἡσύχασεν, Hier. psalt. sec. Hebr.* tacebit, *Vulg.* quievit; *si* terra *spectat ad populos terrae, locum ad l. 10 sqq. trahas*). Ⓒ *quae non adhibentur*: MART. 14, 142, 1 dum toga per quinas gaudet -ere luces. QVINT. inst. 1, 12, 4 stilus lectione -it. Ⓓ *quae se retardant* (*si recte intelleximus*): CAEL. AVR. chron. 5, 10, 110 *purulenta* paulatim redditam ac -entem sumant egestionem urinae per exitus tractam.

b *indicatur, ubi aliquis (aliquid) -at* (*hic illic notio motus cuiusdam remissi vel finiti fere evanida est, ita ut -ere fere versari vel repositum esse significare vid.; syn.* esse *l. 21*): **α** *c. praepos.*: Ⓘ in (*fere c. abl., sed c. acc. indicante locum l. 59. 64* [*cf. p. 1341, 46*]): Ⓐ *corporaliter -ere dicuntur*: ① *quae (qui) aliquo innituntur, incumbunt* (*cf. p. 1343, 21*): LVCR. 1, 1059 quae pondera sunt sub terris omnia sursum nitier in terraque retro -ere posta. OV. met. 4, 662 omne cum tot sideribus caelum -vit in illo *Atlante.* 14, 665 vitis -it in ulmo. COLVM. arb. 5, 2 cum *vitis* undique velut aequilibrio stabilita in se -it. IREN. 2, 24, 4 l. 137 habitus crucis fines et summitates habet quinque: ... unum in medio, in quo -it, qui clavis adfigitur. AMBR. off. 3, 20, 123 (*spectat ad IV reg. 7, 17, ubi Vulg.* incubuerat) nuntius ..., in quo -bat rex. ② *quae (qui) versantur: res*: PROP. 2, 25, 7 putris ... in vacua -it navis arena. VVLG. num. 21, 15 (*in descriptione orbis terrarum*) scopuli torrentium inclinati sunt, ut -rent in Ar et recumberent in finibus Moabitarum. APIC. 1, 4, 1 (*antea*: ut ... in vino sint) ut *folia rosae* per dies septem in vino -ant. *animantes (eorumve animae), qui commorantur, habitant alicubi*: VET. LAT. Is. 34, 17 (Ps. Aug. spec. 129 p. 677, 7; *ad cervas*) in saecula saeculorum -etis in ea *pastura* (*gr.* *ἀναπαύσονται, Vulg.* habitabunt). Ezech. 37, 14 (Tert. resurr. 29, 15, *sim.* VVLG.; *loq. deus*) et dabo vobis spiritum et vivetis et -etis in terra vestra (*gr. aliter*). IREN. 2, 29, 1 dicunt ... iustorum ... animas -ere in Medietatis loco psychice. HIL. in Matth. 12, 22 ut *deus* in his *gentibus* usque in diem iudicii non inquietata habitatione -ret. myst. 1, 37, 2 (*spectat ad exod. 15, 27* consederunt) secundum ... scripturae fidem in sola aquarum sede -itur (*pass. impers.*). VVLG. Is. 7, 19 *musca et apis* venient et -ent omnes in torrentibus vallium. *al.*

Ⓑ *incorporaliter*: ① *-unt varii animantes: in aliqua re*: CIC. Cael. 79 in huius *filii* spe -it, huius unius casum pertimescit **(**VET. LAT. psalm. 15, 9 [cod. 300. *al. et* VVLG.] caro mea -et in s. [*gr.* *κατασκηνώσει. affert* VVLG. act. 2, 26]**)**. CIRIS 10 in quo *opere meo* iure meas utinam -ere Musas et leviter blandum liceat deponere amorem. VET. LAT. Sirach 14, 27 in gloria eius *sapientiae* -et (*gr.* *καταλύσει*). Rom. 2, 17 (cod. 89, *sim. al. et* VVLG.) si ... -is in lege et gloriaris in deo (*explicat* PELAG. *ad l.* confidis vel securus es). HIL. trin. 1, 8 *animus* in secessu quodam ac specula pulcherrimae huius sententiae -bat. AMBR. obit. Valent. 1 quoniam plerumque in eius, quem amissum dolemus, commemoratione -imus. HIER. epist. 21, 13, 8 nonne tibi videtur ... dicere, ne legas philosophos, oratores, poetas, ne in eorum lectione -as? AVG. conf. 13, 38, 53 nos -turos in tua grandi sanctificatione speramus. gen. ad litt. 4, 14 p. 111, 15 (*spectat ad Luc. 10, 39, ubi Vulg.* audiebat verbum illius) *Maria* sedens ad pedes eius -bat in verbo eius *Iesu.* *al.* *in persona, cui credunt*: VET. LAT. Sirach 28, 20 (Aug. spec. 23 p. 143, 3) qui respicit illam, *sc. calumniam,* non habebit requiem nec habebit amicum, in quo -at (*gr. et Vulg. aliter*). ② *-it deus vel ad eum pertinentia, ut aliquem (aliquid) tueantur* (*cf. l. 73 sqq.*): VET. LAT. I Petr. 4, 14 (Tert. scorp. 12, 3, *sim. al. et* VVLG.) quod gloria et dei spiritus -it in vobis (*gr.* *ἀναπαύεται, cf. p. 1343, 4*). TERT. adv. Marc. 3, 17, 3 (*spectat ad l. 74*) flos eius *virgae de radice Iesse* meus erit Christus, in quo -vit secundum Esaiam 'spiritus sapientiae et intellectus'. IREN. 3, 17, 1 l. 20 *spiritus sanctus* cum ipso *Christo* adsuescens habitare in genere humano et -ere in hominibus. VVLG. Is. 25, 10 -et manus domini in monte isto. *al.* ③ *-unt res: in aliquo loco*: VET. LAT. Is. 32, 16 (Hier. *ad l.* 10, 33, 2 l. 56 G.) -et in deserto iudicium et iustitia (*gr.* *ἀναπαύσεται, Vulg.* habitabit). VVLG. I par. 28, 2 in qua *domo* -ret arca foederis domini. LIB. iubil. 22, 13 *ut benedictiones* -ant in verticem sanctificationis seminis tui. HESYCH. in lev. 3, 4 p. 815^{C} in hepate concupiscentiae -ere putantur. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 96, 33 inpassibile est, quod divinum est, et conversionis obumbrationem minime suffert, quin potius -it in propriis bonis (*gr. I 1, 7 p. 149, 29* *ἐρήρεισται*). *in persona*: IREN. 1, 21, 3 l. 62 (*in baptismate Marcosiorum*) pax omnibus, in quos nomen hoc -it (*gr.* *ἐπαναπέπαυται*). VVLG. eccles. 7, 10 quia ira in sinu stulti -it. *al.*

Ⓘⓘ super (*fere c. acc., sed c. abl. p. 1343, 12*): Ⓐ *corporaliter*: VET. LAT. Sirach 43, 22 *deus* s. omnem congregationem aquarum -et (*aliter gr. 20* *καταλύσει*). VVLG. gen. 8, 4 -vit ... arca mense septimo ... s. montes Armeniae. Is. 7, 2 -vit Syria, *sc. exercitus,* s. Ephraim. 30, 32 quam *virgam* -ere faciet dominus s. eum.

Ⓑ *incorporaliter*: ① *-it deus vel ad eum pertinentia, ut aliquem tueantur* (*cf. l. 49 sqq.*): VET. LAT. Is. 11, 1 (Tert. adv. Marc. 5, 8, 4, *sim. al. et* VVLG.) -et s. eum *florem ex virga Iesse* spiritus domini (*gr.* *ἀναπαύσεται. inde* TERT. coron. 15, 2 s. quem tota divini spiritus gratia

[Meusel]

-vit. *cf. p. 1342, 53 sq.*). 66, 2 (Hier. adv. Pelag. 2, 12, *sim. al.*) s. quem -am nisi s. humilem et quietum et trementem verba mea? (*aliter gr. ἐπί τινα ἐπιβλέψω, Vulg.* respiciam). I Petr. 4, 14 (cod. 64, *sim. al.*) quoniam gloriae et virtutis dei spiritus s. vos -it (*cf. p. 1342, 51*). VVLG. IV reg. 2, 15 -vit spiritus Eliae s. Eliseum. FERRAND. epist. 7, 3 si … gratiam confitearis, -et s. te spiritus timoris domini. *al.* ② *-unt res*: VET. LAT. Luc. 10, 6 (cod. 3, *sim. al. et* VVLG.) -et s. illam *domum* pax vestra (*gr. ἐπαναπαήσεται*). HIER. psalt. sec. Hebr. 124, 3 non -et virga impietatis s. sortem iustorum. ③ *-unt homines: qui habitant alicubi, imperant alicui*: VVLG. Is. 14, 1 -ere eos *Iacob et Israhel* faciet s. humum suam (*sim.* Ezech. 37, 14 -ere vos faciam s. humum vestram). *qui pendunt ex aliqua re*: VVLG. Ezech. 24, 25 s. quo *desiderio oculorum* -unt animae eorum. *qui alicui confidunt*: VVLG. Mich. 3, 11 s. dominum -bant.

Ⅲ *alia*: VET. LAT. I Macc. 5, 41 (rec. B) si *exercitus* … -verit trans fluvium (*gr. παρεμβάλῃ, rec. V* posuerit castra). HIER. hom. Orig. in Luc. 27 p. 160, 16 (*spectat ad* psalm. *p. 1341, 6*) si … ‘inter medios cleros’ (*psalm. 67, 14*) veteris et novi testamenti -verimus (VVLG. deut. 33, 12 amantissimus domini … i. umeros illius *dei* -et). VVLG. I reg. 7, 2 -vit … domus Israhel post dominum (*v. vol. X 2, 180, 36 sq.*).

β *c. adv. vel abl. loci*: ① *corporaliter: aliquid aliquo innititur, incumbit* (*cf. p. 1342, 10 sqq.*): IAVOL. dig. 50, 16, 242, 1 quod proiectum esset id, quod ita proveheretur, ut nusquam -ret …; immissum autem, quod ita fieret, ut aliquo loco -ret. *vario modo*: VET. LAT. I Macc. 5, 42 (rec. B) nemini permittatis -ere hic, sed veniant omnes ad pugnam (*gr. παρεμβαλεῖν, rec. V aliter*). Matth. 21, 17 (cod. 10) abiit foras extra civitatem in Bethaniam et -vit illic (*gr. ηὐλίσθη, Vulg.* mansit). VVLG. gen. 8, 9 cum non invenisset, ubi -ret pes eius *columbae* (*cf. p. 1338, 22*). Is. 17, 2 *greges* -ent ibi, et non erit, qui exterreat. Ⅱ *incorporaliter*: AVG. civ. 12, 9 p. 525, 32 pars *civitatis dei* … secretis animarum receptaculis sedibusque -it. PROSP. carm. de ingrat. 317 ut lumen ab alto emissum indigna nollet -ere sede. MAX. TAVR. 39, 43 ut *dominus* ibi iustitiae sede -at. *al.*

2 *spectat ad requiem mortuorum* (*formulas sepulcr. v. e. g. Diehl, Inscr. Lat. Christ. Vet. III, 382 sq. 584 sqq.; Krämer, Die frühchristl. Grabinschriften Triers, 1974, 39 sqq.; Muñoz García de Iturrospe, Tradición formular, 1995, 175 sqq.*): **a** *praevalente respectu sepulcri, loci sepulturae sim. (sc. indicatur locus, ubi aliquis sepultus est vel memorantur ossa sim.): apud auctores*: CIC. Tusc. 1, 107 (*explicat p. 1339, 32*) portum esse corporis et -ere in sepulcro putat mortuum. OV. am. 3, 9, 67 ossa quieta, precor, tuta -ite in urna et sit humus cineri non onerosa tuo. met. 4, 166 quodque rogis superest (*sc. Thisbes et Pyrami*), una -it in urna. MART. 1, 93, 1 Fabricio iunctus fido -it Aquinus. 6, 18, 1 sancta *umbra* Salonini terris -it Hiberis (10, 61, 1 hic festinata -it Erotion u.). TERT. resurr. 27, 4 (*spectat ad Is. 26, 20*) sepulcra erant cellae promae, in quibus paulisper -ere habebunt, qui in finibus saeculi sub ultima ira per Antichristi vim excesserint. AMBR. obit. Valent. 42 ille tumulus vobis fratris habitatio sit, ille sit aula palatii, in quo cara vobis membra -ent. ITIN. Anton. Plac. rec. A 45, 5 ibi *Alexandriae* … -it sanctus Athanasius, sanctus Faustus … vel alia multa corpora sanctorum. *al.* *in titulis sepulcr.* (*exempla paucissima selecta*): CIL I^2 1393 L(ucius) Tacilius … h[e]ic -it. 2283 hic -ent. INSCR. Année Épigr. 1982 n. 298 (*Faleriis; saec. I^2 a. Chr.*) quot (*i. quod*) ego diu laboravi locum quaisivi, ubi -re(m). CE 1247, 1 (*aet. Aug.*) -unt dulciter ossa. INSCR. Année Épigr. 1992 n. 560 (*ex Vmbria; a. 4/14*) scio me oportere colere hunc locum, ubi ossa meorum -unt. CIL VI 9659, 8 (*saec. I in.*) hunc lapidem posuit …, ut remanerent ossa et cineres C(ai) fratris et sua ube (*i. ubi*) -rent. PETRON. 71, 12 C. Pompeius Trimalchio Maecenatianus hic -it. CIL X 777 (*saec. I*) T. Cornelius Libanus inveni aliquando locum, ubi -rem. VI 20905 a 5 (*saec. I ex.*) tu sine filiae et parentium in u⟨no ossa⟩ requ(i)escant. 12649, 8 (*saec. I/II*) ossa mea in aram mixta cum filiae una -unt. CARM. Année Épigr. 1957 n. 334 (*e Dacia; saec. II ex./III in.*) frigida qua *domo* membra possint -ere mort(u)i. CE 492, 1 (*saec. II ex./III in.*) floribus ut saltem -ant membra iucundis Aeliae carae mihi nunc hoc inclusae sepulcro. INSCR. Année Épigr. 1983 n. 67 (*Romae; saec. III*) o te nunc felicem, quae terra -is fideli. christ. urb. Rom. 17945 (*saec. IV*) hic -it Nea in pace. *al.*

b *exempla varia (sc. mortui -unt apud inferos, vel locus minus perspicuus est; huc fort. p. 1339, 32. 34); praevalente respectu*: **α** *morientium, e vita decedentium (sc. vi ingressiva; formae perf., sed addidimus formas praes., quibus dies mortis adiungitur)*: VET. LAT. Sirach 22, 11 modicum plora supra mortuum, quoniam -vit (*gr. ἀνεπαύσατο*). 39, 15 si inmanserit, nomen derelinquet mille; et si -verit, proderit illi (*gr. 11 ἀναπαύσηται*). LACT. inst. 4, 13, 25 postquam David cum patribus suis -isset (*cf.* HEGES. 5, 15, 1 p. 321, 23 priusquam -ret David, genti tamen et ipse regem inposuit). INSCR. christ. urb. Rom. 16344 (*saec. IV*) ex Nonis Septembribus -it in pace. PASS. Theclae A 43 p. 126, 2 -vit in pace (*item* B a, *gr. ἐκοιμήθη, B b* migravit). INSCR. Année Épigr. 1928 n. 117 (*ex Sardinia; saec. VI*) hic iac(et) … p(res)b(yter) …, -vit in pace s(ub) d(ie) VIIII Kal(endas) April(es). PASS. Matth. 22 hora sexta -vit in pace (*postea*: recessit … de corpore; *gr. ἀνεπαύσατο*). PALLAD. hist. mon. I 54, 8 p. 328^{A} ibi *Hierosolymae* … beato fine -vit (*gr. p. 148, 1 ἐκοιμήθη*). ISID. orig. 5, 39, 28 Iohannes apostolus -it. *al.* **β** *mortuorum a vitae malis liberorum, pace aeterna fruentium sim. (sc. vi durativa): apud auctores*: VET. LAT. Luc. 16, 23 (cod. 13, *sim. al.*) *dives ex inferno* vidit Abraham … et Lazarum in sinu eius -entem (*gr. in parte codd. ἀναπανόμενον, Vulg. aliter; huc spectat e. g.* TERT. adv. Marc. 4, 34, 10). TERT. test. anim. 4, 5 cui gratiam debes, … ut bene -at apud inferos, cupis. HERM. vulg. sim. 9, 16 (*loq. deus*) necesse est *lapides* … per aquam, *sc. baptismatis,* habeant ascendere, ut -ant (*lapides in imag. pro animis hominum; gr. ζωποιηθῶσιν, cf. Pal. sim. 9, 16, 2* ut redivivi fiant et reviviscant). HIL. trin. 10, 11 ut per se exhalans spiritum -at in mortem. DIDASC. apost. 62, 4 unde ergo eos, qui -unt, sine observatione tangentes nolite abominari. AVG. civ. 11, 8 p. 471, 9 (*spectat ad p. 1339, 65*) requies dei requiem significat eorum, qui -unt in deo (*sim.* 11, 8 p. 471, 22. *cf. pass. impers.*: 11, 31 p. 506, 7 ibi requies dei, qua -itur in deo). cur. mort. 13, 16 quod ita -turus esset in pace, ut illa omnia *mala* non videret. adv. Don. 4, 5 p. 102, 25 (*part. praes. pro subst.*) ego inter spiritus olim -entium recito Caecilianum. in euang. Ioh. 47, 12 (*agitur de Paulo*) *non* unum, qui -it in Christo, alium, qui positus est in sepulcro. *al.* *in titulis sepulcr.* (*exempla pauca selecta*): INSCR. christ. urb. Rom. 23793 (*saec. IV*) spiritus tuus bene -at in deo. christ. Diehl 3135 (*saec. IV*) -it in pace Ianuarius (CIL VIII 23049^{d} Faonius in p. -at. CE 798 anima eius -at in p. *al.; cf. e. g. p. 1343, 65. 75*). *al.*

II *trans., i. q. quiescentem reddere vel servare, in statum quietum ducere* (*cf.* GLOSS. *p. 1345, 64 et* ARVS. gramm. 491 -o illud tempus [*affert p. 1340, 19, sc. c. acc. temporis*] …; -o cursum meum [*affert l. 32*]):
A *retardando*: CALV. carm. frg. 13 sol quoque perpetuos meminit -ere cursus ([*cf. Lunelli, Aerius 1969, 79 sq.*]. VERG. ecl. 8, 4 mutata suos -ierunt flumina c. [SERV. auct. proprios retardarunt, quietos esse fecerunt]. CIRIS 233 quo *tempore* rapidos etiam -unt flumina c.?). PROP. 2, 22, 25 Iuppiter Alcmenae geminas -verat Arctos et caelum noctu bis sine rege fuit (*vix ad p. 1340, 11 sqq., cf. Fedeli, comm. 2005, 641 sq.*). **B** *locando, ponendo* (*indicatur,* ab *quo quis tutus sit l. 37*): VET. LAT. deut. 25, 19 (cod. 100) cum -verit te dominus deus tuus ab inimicis tuis … in terram (*gr. καταπαύσῃ, Vulg.* dederit … requiem). *?sepeliendo*: CE 1541, 5 lapis, ossa -as (*fort. versus depravati sunt, cf. Massaro in: Pistellato [ed.], Memoria poetica …, 2014, 74 sq.*). **C** *refrigerando, reficiendo*: VET. LAT. Matth. 11, 28 (Cypr. testim. 1, 13) venite ad me omnes et ego vos -am (*v. p. 1339, 68*). AVIAN. fab. 4, 13 lassa volens -ere membra viator (*vix acc. limitationis*). PS. ORIG. in Iob 2, 46 l. 25 innumeros inopum atque pauperum … saturavi, vestivi, benefeci, -vi, refrigeravi. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 92, 17 *doctrina* orationibus vestris -ere nos et … reficere poterit (*gr. I 1, 4 p. 5, 27 ἀναπαῦσαι*). *reflexive*: CHIRON 162 (*antea opp.* operanti iumento) ⌞nisi⌟ se requeto (*i.* -quie-) *iumento* spurcities separaverit se a sanguine (⌞ ⌟ *falso* nec *cod. Monac.*).

part. praes. **requiēscēns,** -entis *pro subst. v. l. 21.*

part. perf. **requiētus,** -a, -um *pro adi.* (*exempla certiora, cf. e. g. p. 1339, 46. 50. 1340, 6. 39 sq.; compar.* -ior *l. 53; pro subst. v. supra p. 1339, 69. 1340, 10*). **1** *de re, quae se refecit*: COLVM. 2, 1, 5 *non* fecundior haberi terra debet, quod sit -ior et iunior (*cf. p. 1340, 33 sqq.*).
2 *de re, quae quiescendo vetus facta est* (*cf. p. 1341, 48 sqq.*): COLVM. 7, 8, 1 *lac* -um vel aqua mixtum celeriter acorem concipit (*nisi ad p. 1341, 48 sqq.*). 8, 5, 4 aptissima … sunt ad excudendum recentissima quaeque *ova*; possunt tamen etiam -a supponi. 12, 52, 19 videntur plus -ae (*Schneider,* sequietae *vel* esse quietae *codd.*) quam recentes (-tis *codd.*) bacae reddere. TERT. cult. fem. 2, 9, 3 aetates … -as iam et in portum modestiae subductas splendor et dignitas cultus avocant. PORPH. Hor. sat. 2, 8, 6 adfirmant lassam carnem apri, id est -am meliorem esse.

deriv.: requiementum, 2. requiens, requies, requietio, requietorium, requio.

compos.: cor-, *?*irrequiesco; irrequiebilis; irrequietus.

[※]**requiētio,** -ōnis *f. a* requiescere (requietum). *scribitur* -quit- *p. 1345, 2. 5. 54,* -quet- *p. 1345, 8 sq. 46,* -quis- *p. 1345, 4,* -ques- *p. 1345, 7,* -quiesc- *p. 1345, 33. 48.* *legitur in inscr. saec. I/II (v. l. 75. p. 1345, 5) et inde a* VET. LAT. (*saepe apud Christ.*), *sc. sing. praeter p. 1345, 48 sq. 56.* [*confunditur in codd. c.* requisitio *aut* requies *p. 1345, 37; incerta est divisio verborum* VET. LAT. exod. 16, 23 (cod. 102), *utrum* sabbata -o *an* sabbatare quietio (*sic ed.*).]

fere i. q. status requiescendi, requies (*meton. p. 1345, 22. 53; gr. resp. ἀνάπαυσις p. 1345, 14. 19, κατάπαυσις p. 1345, 16. 33. 35*):
1 *speciatim*: **a** *de quiete mortuorum* (*fort. huc p. 1345, 36*): CIL V 1014, 5 (*saec. I/II; lapis periit*) Tychius … locum requietio⟨nis⟩ corporis sui

f(ecit) s⟨ibi⟩ **(***item respic. sepulcrum*: INSCR. christ. urb. Rom. 4761 *quidam* vivi l. requi(e)tion[n]⟨is sibi⟩ ficeru(n)t [*i.* fec-]. PS. HIER. epist. 2 p. 48[C] [*spectat ad gen. 23, 17 sqq.*] l. sibi -is pater Abraham … comparavit. *sim. de domo*: INSCR. christ. urb. Rom. 629 *fecit* sibi domu(m) requis⟨ionis⟩ [-⟨ione⟩ *ed.*]**)**. VI 2120, 9 (*a. 155*) causa … requi(e)tionis. PRISCILL. tract. 9, 123 (*spectat ad Luc. 16, 23, v. p. 1344, 9*) -o Abrahae sinus dicitur. INSCR. christ. urb. Rom. 27489 (*saec. IV ex.*) requ(i)esio in pace. 1496, 7 temporalis tibi data requ(i)etio. christ. Diehl 1470 fe(cit) in pace requ(i)et(ionem) (*an* fe(liciter) in pace reque(vi)t*?*). *-o spectat ad obitum*: PS. PHILO antiq. 20, 5 post -em Moysi dabitur principatus Moysi Ihesu filio Nave.

b *de otio sabbati* (*fere animantium, sed terrae l. 25*): **α** *de quiete septimi diei* (*sec. gen. 2, 2 sq., v. p. 1339, 64 sqq.*): VET. LAT. lev. 16, 31 (cod. 100, *sim.* VVLG.) sabbata sabbatorum erit, haec -o erit vobis ea (*gr. ἀνάπαυσις. sim.* VVLG. lev. 23, 32). II Macc. 15, 1 (rec. L) cogitavit die -is cum omni impetu committere **(**[*gr. καταπαύσεως, rec. V* sabbati]. AMBROSIAST. in Gal. 4, 3 sabbatum … dies -is *est.* ORIG. in Matth. 15, 31 p. 444, 4 quis … idoneus est sex illos dies et septimum -is ad huiusmodi dies referre? [*gr. ἀναπαύσεως*]. CONC. Matisc. a. 585 p. 239 l. 50 ipse est … d. -is perpetuus**)**. HIL. in psalm. 91, 2 quia nihil in psalmo de requie huius sabbati continetur, proprietas -is et sabbati … requirenda est in psalmis. *meton. pro ipso septimo die*: DIDASC. apost. 54, 27 hoc similitudo est septimanae -is. **β** *de quiete septimi anni*: HIER. adv. Iovin. 2, 18 septimo -is anno absque personarum discretione dimittitur *omnis Hebraeus. respic. -o* terrae: VVLG. lev. 25, 4 septimo … anno sabbatum erit t. -is domini; agrum non seres et vineam non putabis. 25, 5 annus … -is t. est.

2 *generatim de quolibet statu quieto, non turbato, vacuo a laboribus vel sollicitudine* (*apud Iudaeos vel Christ. praeter l. 46 sqq.; hic illic accedit notio refectionis, e. g. l. 39. 41 sqq.; a qua re aliquis se reficiat, indicatur per gen. l. 41, praepos.* de *l. 41*): **a** *exempla varia: usu communi*: VET. LAT. Iudith 9, 8 (cod. 7, *sim. al.*) coinquinaverunt tabernaculum -is (-quiesci- cod. 62) tuae et nominis honorifici tui (*gr. καταπαύσεως, Vulg. 9, 11 aliter*). Is. 66, 1 (Hil. trin. 1, 6, *sim. al.; loq. deus*) quis locus erit -is meae? **(**[*gr. καταπαύσεως, Vulg.* quietis]. IV Esdr. 7, 36 et apparebit lacus [locus *trad.*] tormenti et contra illum erit l. ⌞-is⌟, et clibanus gehennae ostendetur et contra eam iucunditatis paradisus [⌞ ⌟ requisitionis, requiei *var. ll.; vergit ad 1a*]. PS. PHILO antiq. 49, 6 [*loq. populus Israel*] ad quem confugiemus et ubi est l. pausationis et -is nostrae?**)**. IV Esdr. 10, 24 depone abs te multitudinem dolorum, ut … requiem faciat tibi altissimus, -em laborum. IREN. 4, 16, 1 l. 26 manifestabatur … tamquam de eis, quae facta sunt, -o dei (*cf. p. 1339, 65*), hoc est regnum, in quo requiescens homo ille, qui perseveraverit deo assistere, participabit de mensa dei. 5, 30, 4 dominus … adducens … iustis regni tempora, hoc est -em, septimam diem sanctificatam (*cf. 1b*). PHILOCAL. fast. Mart. 26 (Inscr. Ital. XIII 2 p. 243; *fasti indicant actiones dierum*) requ(i)etio (*27* lavatio *eqs.*). PS. SORAN. quaest. med. cod. Lond. 143 cum biduo accessionem passus cum -bus (-quiesci- *var. l.*) uno die cessaverit. VIRG. gramm. epist. praef. 4, 2 nisi per … quosdam -um modos laboriosi itineris onus depos[s]uerint *viatores. al. usu peculiari de delectatione, voluptate sim.*: PS. PHILO antiq. 3, 8 (*affert gen. 8, 21*) *Noe* obtulit holocaustomata in aram et acceptum est domino tamquam odor -is (*hebr.* נִיחֹחַ, *cf. gr. εὐωδίας, Vulg.* suavitatis). **b** *meton. pro loco -is*: PORPH. Hor. epist. 1, 17, 37 bene 'sedit', quo verbo signi⟨ficat segni⟩tiam; unde et sedes: requi⟨e⟩tio. VVLG. I par. 2, 52 fuerunt … filii Sobal patris Cariathiarim, qui videbat dimidium -um (*si recte intelleximus; agitur de nominibus propriis ut*: 2, 54 filii Salma Bethleem et Netophathi coronae domus Ioab et dimidium -is Sarai). *Meusel.*

requiētōrium, -ī *n.* *a* requiescere (requietum). **[***non huc spectant* CIL XII 843 (*v. CE 553, 4* requi⟨em …⟩). INSCR. Orelli 4533 (*non recepta in* CIL XI, *falsa ut* CIL IX 423*).**]** *i. q. locus, quo mortuus requiescit*: CIL VI 25987 (*saec. I*) fecit sibi … -um.

requiētus *v.* requiesco. **requīmus** *v.* requiro.

καταπαύω: **requio,** compesco GLOSS. II 342, 52 (*retrograde a* requiescere *formatum* [*cf.* 2. requiens], *nisi potius errori scribae tribuendum; ad notionem v. p. 1344, 27 sqq.*).

requīrito, -āre. *a* requirere *frequentative. i. q. identidem requirere*: PLAVT. Most. 1003 quid tu otiosus res novas -as? *addasne* TAB. devot. *p. 1348, 12? Bk.*

requīro, -sīvī (-iī), -sītum, -ere. *a* re- *et* quaerere. *scribitur* requae- *in var. l.* VET. LAT. Sirach 3, 22 (Cypr. testim. 3, 53). CAES. AREL. serm. 236, 1 *et loco corrupto p. 1346, 32,* reque- *p. 1348, 12 et* CARM. de Alcest. 24. CIL III p. 961 (*saec. VI*), *in var. l.* PLAVT. *p. 1349, 29. abbreviatur* r(equire) GLOSS.[L] I Ansil. TE 559 (codd. Paris., Vatic., *v. app. crit.; nisi est medii aevi*), *vix agnoscas* r(e)q(uire) INSCR. Hisp. Epigr. 12, 2002 n. 291 (*fort. cf. p. 1333, 5*). NOT. Tir. 29, 28 -it. 29, 35 -vit. 40, 96 de pecunia -entes. *de formis: formam coniug. IV[ae]* -ire *v. p. 1349, 2,* -iri *in var. l.* PRAEF. bibl. monarch. in Marc. p. 173, 5 (*v. et l. 29*). *perf. act. formae pleniores e. g.* CIC. Quinct. 88 *p. 1349, 34.* Verr. II 4, 131 *p. 1348, 20.* LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1 *p. 1348, 62.* CVRT. 5, 2, 14 *p. 1350, 13; breviores* -ieras CIC. Att. 12, 21, 1, -sisset NEP. Att. 10, 4, -ierint CELS. 7, 19, 8, -iit SVET. Nero 47, 3 (-vit *var. l.*). *sim. al. stirpis praes. formae breviatae, sc. fort. errore,* -qui(ri)s *p. 1348, 9,* -qui(ri)mus *p. 1355, 69. de mensura*: -quī- *p. 1356, 2. de notione et differentia*: NON. p. 434, 11 quaerere et -ere hoc differunt, quoniam -ere est diu quaerere (*affert p. 1347, 17*). SYNON. Cic. p. 420, 3 cogitat. … -it sententiam (*ceterum v. p. 603, 18*). DIFF. ed. Beck p. 79, 4 (inter 'quaerere' et 'inquirere' *eqs.*) -imus notos ex desiderio. GLOSS. II 290, 12 *ἐκζητῶ*: perquiro, -o, indago, exquiro. GLOSS.[L] II Philox. RE 223 -it: *ἐπιζητεῖ, ἀναζητεῖ. al., e. g. p. 1348, 60. 1349, 51. 1350, 24. 1352, 12. 1357, 60. legitur in versibus inde a* PLAVTO, ENN., TER., *in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC. **[***abrut.* rekwìje; *a* requaero *per recompositionem q. d. (cf. p. 1345, 71 sqq.): it.* richiedere, *vet.* requedere, rinchiedere *nec non dial. mer. varia, francog. vet., prov., cat. vet.* requerre, *francog. rec.* requérir, *cat. vet.* requirir, *rec., hisp., port. vet.* requerir, *rec.* requerer. *cf. M.-L. 7235 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3241. Cortelazzo-Zolli[2] 1363. Wartburg X 282 sqq. Corominas VI 945 sq. Corominas-Pascual IV 719. Houaiss[2] 2435. Schd.-Cr.***]** **[***confunditur in codd. maxime c.* quaerere *p. 1347, 43. 1354, 30. al.* (*restit. p. 1352, 32; in falsa var. l.* VVLG. num. 32, 19 Tob. 5, 17 Mich. 6, 8) *eiusve compos., sc.* con- *p. 1350, 22* (*in falsa var. l.* PLIN. epist. 1, 16, 8), ex- HIER. psalt. sec. Hebr. 76, 3, in- OV. Pont. 1, 5, 3 (*v. Pérez Vega, Gnomon 65, 1993, 300*). GELL. 16, 19, 19. PASS. Paul. 5 *p. 1347, 43. al.* (*in falsa var. l.* POMPON. dig. 1, 2, 2, 22 VVLG. Tob. 5, 2), perquirere *v. vol. X 1, 1660, 18; falso trad. pro* reperire QVINT. inst. 6, 3, 46 (requir(i)untur *codd.; coni. dub.* PS. APVL. herm. 6 p. 270); *perperam ed. vel trad.* requiss- *pro* recess- PATRIC. dict. 2 (*coll. epist. 17*); *loco corrupto e. g.* PS. AMBR. pudic. l. 29 ad requaesita natura damnantur (arte quaesita n. damnatur *coni. Jakobi, Wien. Stud. 113, 2000, 241*).**]**

fere i. q. rursum quaerere. vis praeverbii spectat fort. ad quaestionem diligentiorem (cf. l. 10), ceterum ad notionem repetendi p. 1347, 44 sqq. 1348, 25. 35. 1355, 43 sqq. 1356, 75 sqq. al., compensandi fort. p. 1357, 17 sqq. 46 sqq., sed saepe minus perspicua vel omnino evanida est. accedit iterum *p. 1348, 74,* rursus *e. g. p. 1348, 34. 1350, 56,* diligenter *sim. p. 1348, 26. 1351, 3. 61. 1352, 8. al. in contextu variat vel accedit* quaerere *fere actionem priorem et fort. magis generalem (vel minus diligenter factam?) indicans, sc. p. 1347, 17. 1350, 8. 1352, 52. 1353, 5. 1357, 3. al. (cf.* quaeritare *p. 1348, 14), sed saepius sensus distingui vix potest, e. g. p. 1352, 15. 22. 1353, 46; ceterum variat c.* ex- *p. 1350, 71. 1357, 44. al.,* inquirere *p. 1351, 64. 1352, 2. al.; in contextu accedit* invenire *p. 1347, 22. 1348, 32. 1350, 27. al.,* reperire *v. p. 1187, 13 sq. gr. maxime respondent ζητεῖν eiusve compos., e. g. p. 1347, 53. 1348, 27. 1349, 33. 1352, 7. 23. 42. 1353, 67. al., ἐρωτᾶν eiusve compos. p. 1351, 25. 30. 34, ceterum ἐξετάζειν p. 1352, 21, πυνθάνεσθαι p. 1349, 55. 1351, 38.*

materiam sic digerendam esse putavimus:

I *respicitur motus actiove corporalis*:

A *strictius; actio fit*: **1** *qualibet causa, sc. -untur animantes p. 1347, 6 (in serm. iuris p. 1347, 56), res p. 1348, 13, loca p. 1348, 38.* **2** *visitandi causa: p. 1348, 59.*

B *laxius pertinet ad visum: p. 1349, 3.*

II *respicitur actio incorporalis*:

A *-it is, qui (id, quod) intellegere, cognoscere studet aliquid*:

1 *interrogando, percontando*: **a** *usu communi: p. 1349, 21* (*quid rogetur, indicatur per struct. verb. p. 1349, 25, acc. obi. p. 1350, 6, praepos.* de *p. 1350, 59, non indicatur p. 1351, 1*). **b** *usu novato, sc. pro obi. est is, qui interrogatur: p. 1351, 17.*

2 *examinando*: **a** *vario contextu* (*quid -atur, indicatur per acc. obi. p. 1351, 53, interrog. obl. p. 1352, 23, praepos.* de *p. 1352, 44; actio fit libris evolvendis p. 1352, 62*). **b** *in contextu iuris: p. 1352, 74.*

3 *reminiscendo: p. 1353, 28.*

B *-it is, qui obtinere, invenire studet aliquid*:

1 *-itur id, quod (is, qui) optatur, postulatur sim.*: **a** *vario respectu: p. 1353, 41* (*cum acc. obi. p. 1353, 41, enunt. secund. p. 1354, 71, [acc. c.] inf. p. 1355, 11*). **b** *desiderando deficientia: p. 1355, 21* (*amissa, deperdita sim. p. 1355, 42*). **c** *egendo: p. 1356, 3.* **d** *reposcendo: p. 1356, 72.* **e** *arcessendo: p. 1357, 28.*

2 *-itur id (is), pro quo ultio exigitur: p. 1357, 46.*

3 *-itur is, qui prece aditur: p. 1357, 65.*

[Gitner]

I *respicitur motus actiove corporalis (in imag. l. 44 sqq.); -unt, qui (quae) investigant, persequendo quaerunt sim. (fere -unt animantes; indicatur ubi e. g. l. 12. p. 1348, 15. 63; vi q. d. resultativa l. 12. 15. 30. 1357, 28 sqq. al.; vergit in notionem q. e. perscrutari sim. p. 1348, 57*): **A** *strictius pertinet ad motum; -untur*: **1** *qualibet causa*: **a** *animantes* (*actio fit hostili animo l. 36. 39. p. 1348, 7 sqq. al.*): **α** *quolibet contextu* (*exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Bacch. 527 *praeferam,* quae mandas mihi: Mnesilochum ut -am atque ut eum mecum ad te adducam simul **(***sim. iuxta pos.*: TER. Phorm. 309 abi, Phaedria, eum -e atque huc adduce. 881. VARRO rust. 1, 69, 3 cum … pueros dimisisset, ut medicum -rent ac mature adducerent. VVLG. II Esdr. 12, 27 -ierunt Levitas de omnibus locis suis, ut adducerent eos in Hierusalem. *cf. e. g. l. 31. 60 et* APVL. met. 8, 21, 2 qui -tum comitem … reduceret**)**. Capt. 473 *divites* eos *hospites* -unt, qui libenter, quom ederint, reddant domi, *sc. invicem ad cenam invitando.* Epid. 492 ego illam *amicam* -am iam, ubi ubi est. *al.* TER. Ad. 510 ibo ac -am fratrem, ut in eum haec evomam. AFRAN. com. 186 (*monet servum, ut praesto sit*) proin tu, cum quaeram, ne -am te, vide (*cf. p. 1346, 10*). ATELL. inc. 6 si quid monumenti nacta est, qui (*adv.*) eum -ret. :: est ungulus *eqs.* CIC. Arat. 442 gnatam lacrimosa -ens Cassiepia (*cf. gr. 653 παιδὸς ἐπείγεται εἰδώλοιο*). Verr. II 4, 131 *Syracusis victis Marcellus* ille -sisse … dicitur Archimedem illum (*seq. p. 1348, 20*). dom. 83 *Clodius* latitat omnino, sed si -i iusseris, invenient hominem apud sororem tuam. Planc. 31 emissus aliquis est e carcere …; idem postea praemandatis -tus (*nisi ad β*). Lael. 81 ut *bestiae* -ant atque adpetant, ad quas se adplicent eiusdem generis animantes. CAES. civ. 2, 35, 1 *miles quidam insectans* Varum nomine appellans -bat. SALL. Catil. 40, 1 *Lentulus* quoidam negotium dat, uti legatos Allobrogum -at eosque … inpellat ad societatem belli. VERG. Aen. 9, 223 *Euryalus* comes Niso graditur regemque *Ascanium* -unt. OV. fast. 4, 259 (*verba oraculi*) Mater abest; Matrem iubeo, Romane, -as! LIV. 42, 41, 8 ego … *interfectores* istos … -tos abire ex regno iussi. 44, 32, 1 -tos … legatos ad se duci iussit. FEST. p. 194 liberos servosque -ere eum *regem Latinum* non solum in terris, sed etiam *in caelo* … per oscillationem. PHAEDR. 1, 16, 7 ubi vos -am, cum dies *restitutionis* advenerit? CVRT. 6, 2, 9 *rex* non dimitti modo captivam … iussit, virum quoque -i, ut reperto coniugem redderet. 7, 2, 21 Polydamanta -i iubet. STAT. silv. 2, 5, 23 *leo* firmat hians oculos ⌊animum⌋que hostemque -it (⌊ ⌋ *ad IIB1a*). GELL. 15, 22, 6 cerva … in fugam se prorupit … et postea -ta perisse creditast. APVL. met. 5, 31, 2 Psychen illam fugitivam volaticam mihi -ite. AMM. 17, 1, 2 ut *aggrediendo* … in suis -ret barbaros, cum nullum reliquisset in nostris. SERV. Aen. 9, 565 ‘quaesitum’, qui -itur …, nam post raptum *agnus a matre* -itur (*add.* auct.: vel ‘quaesitum’ -endum, *ποθητόν* [*spectat ad p. 1355, 42 sqq.*]). PASS. Paul. 5 *Nero* iussit -i magni illius regis, *i. Iesu,* famulos (inquiri, quaeri *var. ll.; postea*: sicubi fuissent inventi). *al.* *in imagine -untur perditi, peccatores sim., sc. fere apud Christ.* (*cf. p. 1252, 43 sqq.*): TERT. pudic. 6, 14 luserit ante Christum caro, immo perierit antequam a domino suo -ta est: nondum erat digna dono salutis. 7, 6 quis magis perit a deo quam ethnicus, quamdiu errat? quis magis -itur a deo quam ethnicus, quando revocatur a Christo? 7, 16 *peccator* debet -i atque revocari. VET. LAT. Ezech. 34, 4 (Tert. pudic. 7, 18) pastores …, quod expulsum est, non convertistis, quod periit, non -istis (*gr. ἐζητήσατε, Aug. serm. 46, 3. al.* inquisistis, *Vulg.* quaesistis). 34, 6 (Aug. serm. 46, 18, *sim.* VVLG.) in omnem faciem terrae dispersae sunt *oves meae* et non fuit, qui -ret (*gr. ὁ ἐκζητῶν*). PRESB. Cypr. epist. 8, 1, 1 *gregem* perditum non -vimus et errantem non correximus. PSALT. Rom. 118, 176 erravi sicut ovis, quae perierat; -e servum tuum, domine (*gr. ζήτησον, Vulg.* quaere). *al.* **β** *in sermone iuris et usu inde derivato (cf. p. 1357, 38 sqq.; fort. huc l. 24); -untur: fugitivi, sc. domino reddendi causa* (*cf. l. 38*): PLIN. epist. 3, 14, 4 diffugiunt servi; quorum magna pars conprehensa est, ceteri -untur. GAIVS dig. 13, 6, 18, 2 impensis …, quae … post fugam *servi* -endi reducendi eius causa factae essent. 29, 5, 25 pr. lege Cornelia cavetur de praemio accusatoris, qui -vit et renuntiavit eos servos, qui … fugerint. VLP. dig. 11, 4, 3. *al.* *rei sim., sc. iudicio tradendi, puniendi sim.*: SVET. Aug. 55 sparsos de se in curia famosos libellos nec expavit … ac ne -tis quidem auctoribus id modo censuit *eqs.* Nero 39, 2 *famosorum carminum* neque auctores -iit et quosdam per indicem delatos ad senatum adfici graviore poena prohibuit. APVL. met. 3, 8, 5 (*loq. magistratus*) ut ceteros socios tanti facinoris -amus (*postea*: tormentis veritas eruenda). TERT. apol. 2, 9 solum Christianum inquiri non licet, offerri licet …; damnatis itaque oblatum, quem nemo voluit -tum; qui … non ideo meruit poenam, quia nocens est, sed quia non -endus inventus est. COD. Iust. 9, 40, 1 pr. (*a. 211*) adnotari, ut -atur, non utique ad poenam, sed ut potestas ei sit purgandi se **(***-itur reus absens in adnotatione ut*: 9, 2, 6 pr. [*a. 243*] absentem … accusari non posse, sed ‘-endum’ tantummodo adnotari solere. CALL. dig. 49, 14, 1, 3 praescriptio …, quae etiam circa ‘-endorum’ adnotatorum bona observatur. MARCIAN. dig. 48, 17, 1, 1 sq. non est irroganda in absentem poena, sed absens ‘-endus’ adnotatus est; [2] … circa -endos adnotatos. *al.***)**. HIST. AVG. Pius 7, 3 a quo conscios -i vetuit *imperator* (ex- *coni. Petschenig; postea*: de qua coniuratione quaeri vetuit. *cf. Ps. Aur. Vict. epit. 15, 6* instantibus patribus ad eos, qui contra eum coniuraverant, persequendos compresserit quaestionem). *milites deserti*: COD. Theod. 7, 18, 17 qui *tribuni* … vagorum et desertorum -endorum sumpserunt officium. **γ** *in defixione, sc. -untur fures sim. ulciscendi, puniendi causa* (*fort. huc p. 1357, 62*): TAB. devot. Mogont. 1, 4 (*saec. I ex./II in.*) Mater magna, te rogo …: sic et illam ⌊requi(ri)s⌋; adsecet, ut *eqs.* (⌊ ⌋ *si recte intelleximus; an* requis⟨i(i)⟩, adsecet ut *eqs., ut locus ad p. 1354, 71 sqq. pertineat?*). devot. Année Épigr. 1982 n. 669 (*saec. I/IV*) ut (i)llu(m) *furem* requerat[at] Neptu(nu)s (*nisi ad p. 1345, 69*).

b *res* (*corpus mortuum sim. e. g. l. 29 sqq.; exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Cist. 724 quid quaeritas? :: vestigium hic -o, qua aufugit quaedam (APVL. met. 5, 5, 3. 6, 2, 2 totum per orbem Venus anxia disquisitione tuum v. … -it). ENN. ann. 186 omnes arma -unt **(**VERG. Aen. 7, 460 a. toro tectisque -it. 7, 625 [CLAVD. DON. *ad loc.* p. 94, 17 nullus fuit, qui arma non quaereret]. *al.***)**. CIC. Arat. 414 fera Pistrix, *i. Cetus,* labitur, horribilis epulas funesta -ens. Verr. II 4, 131 (*antea p. 1347, 21*) iste *Verres* omnia, quae -vit, non ut conservaret, verum ut asportaret, -vit. fin. 3, 10 cum … tantum librorum habeas, quos hic tandem -is? :: commentarios quosdam … Aristotelios … veni, ut auferrem **(***sim. -untur scripta*: TAC. ann. 14, 6, 3 testamentum … -i bonaque obsignari iubet. PLIN. epist. 1, 1, 2 quae *epistulae* adhuc neglectae iacent. SVET. Cal. 16, 1 scripta, senatus consultis abolita, -i … lectitarique permisit. COD. Theod. 16, 5, 66, 1 quos *libros* diligenti studio -i … conburi decernimus [*vers. gr. Conc.*^{S} *I 1, 3 p. 68, 21 ζητήσαντας, sim.* CONC.^{S} I 3 vers. Tur. p. 181, 24 omni studio -tos]**)**. OV. met. 2, 336 *Clymene* totum percensuit orbem exanimesque artus *Phaethonis* … -ens repperit **(***sim. -itur corpus mortuum eiusve membra*: QVINT. inst. 11, 2, 13 membra … omnia -entes ad sepulturam propinqui. TAC. hist. 2, 45, 3 corpus [GELL. 10, 16, 2]. *al.***)**. CVRT. 9, 8, 27 *herbam* inventam … – quippe a multis simul erat -ta – vulneri inposuit. COLVM. 2, 9, 13 *non* ea *siligo* longe nobis aut magna difficultate -enda est. SVET. Nero 6, 4 *armillam* taedio tandem maternae memoriae abiecit rursusque … frustra -iit. ANTH. 463, 13 his manibus *pollutis* … pia signa -is, miles? (*sc. redeundo in aciem*; sequeris *maluit Baehrens*). GROM. p. 316, 18 tales fines -endae sunt. *al.*

c *loca sim. (cf. infra l. 73 sq.); respicitur actio*: **α** *petendi, adeundi* (*addidimus corpus humanum, sc. in incarnatione, l. 54, noctem l. 47*): LVCR. 6, 261 ut horrescant ac tecta -ant *homines in tempestate.* CIC. nat. deor. 2, 129 gallinae … et quietum -unt ad pariendum locum et cubilia sibi … construunt. VERG. Aen. 3, 170 (*loq. in somnio Penates*) *Anchises* Corythum terrasque -at Ausonias. 6, 366 (*Palinurus mortuus ad Aeneam*) tu mihi terram inice … portusque -e Velinos (*inde* HYG. Gell. 10, 16, 5 inscitissime … petit, ut Aeneas portum Velinum -at. 10, 16, 10). VAL. FL. 3, 733 *Hercules* nec quae nova lustra -at, *sc. ubi Hylam inveniat,* nec quo temptet iter, … videt. ANTH. 8, 87 graviter vario noctem sermone -unt (*sc. foris eundo, si recte intelleximus*; trahebant *coni. Burman coll. Verg. Aen. 1, 748*). QVEROL. p. 25, 14 iam pervenimus. :: ipsa est platea, quam -is. HIER. epist. 22, 28, 4 viarum conpendia -untur. RVFIN. Clement. 1, 74, 2 -ta mansione nostra … *venisti* ad nos. CLAVD. 28, 317 qua sede recondam naufragii fragmenta mei, quaeve arva -am, in quibus *eqs.*? HIST. Apoll. rec. B 17 l. 14 eamus; hospitalia -amus (*rec. A l. 16* eamus hospitalia quaerentes). *al.* *respicitur incarnatio dei*: CARM. adv. Marc. 1, 102 *deus homo factus* sua, non aliena -ens. 5, 165 filius ipse dei dum carnis membra -it. **β** *perscrutandi*: HIL. in Matth. 17, 12 (*respic. Matth. 17, 26, ubi Vulg.* aperto ore eius) Petrus iubetur … primi piscis ascendentis os -ere repertumque in eo staterem *eqs.*

2 *visitandi, salutandi causa* (*cf.* GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1836 [cod. Paris.] revisit: -it. *fort. addas p. 1354, 35 sq.*): CATVLL. 8, 13 vale, puella: … Catullus … nec te -et nec rogabit invitam (*cf. 16* quis nunc te adibit?). LVCC. Cic. fam. 5, 14, 1 te -vi saepius, ut viderem. MART. 7, 73, 5 dic, ubi conveniam, dic, qua te parte -am: quisquis ubique habitat, … nusquam habitat. TAC. dial. 7, 4 peregrini iam in … coloniis suis auditos *oratores,* cum primum urbem attigerunt, -unt ac velut agnoscere concupiscunt (*sim.* 10, 2 quotus quisque, cum ex Hispania … in urbem venit, … *poetam* -it? atque adeo si quis -it, ut semel vidit, transit *eqs.*). hist. 1, 23, 1 *Othonem* alios adgnoscere, quosdam -ere (*nisi ad p. 1350, 6 sqq.*). HIL. in psalm. 131, 25 aut infirmus visitatur aut carcere clausus -itur (*respic. Matth. 25, 36, ut* RVFIN. Basil. hom. 3, 4 l. 188). RVFIN. Basil. hom. 3, 4 l. 179 visitare aegrum, -ere clinicum. VVLG. prov. 29, 26 multi -unt faciem principis et a domino iudicium egreditur singulorum. COMM. apol. 693 nunc colit in vano quodlibet, nunc sancta -it; nescit, ubi primum occurrat (*sim.* instr. 1, 24, 13 exis inde, *sc. e synagoga,* foris, iterum tu fana -is). 818 quos *Christianos* magis ut fratres -unt gaudio pleni *Gothi.* PASS. mart. gr. (BHL 3970) 2

[Gitner]

qui me in absconditis frequenter -unt. EPIST. Merov. 3 populum nobis … commissum -ire …, aut certe visitatorem … distinare. *al.*

B *laxius pertinet ad visum, sc. actio fit oculos movendo, spectando* (*-unt ipsi oculi e. g. l. 6 sqq.; fere frustra, ut vergat in notionem desiderandi sub IIB1b illustratam*): ENN. ann. 473 (*inde* VARRO AT. carm. frg. 11) semianimes … micant oculi lucemque -unt *in capite revulso.* CIC. Mil. 1 (*in imag.*) qui *oculi mei* quocumque inciderunt, … pristinum morem iudiciorum -unt. EPIST. imp. Aug. Gell. 15, 7, 3 (*antea*: quem *Gaium* semper … desidero) praecipue *hodie natali meo* … oculi mei -unt meum Gaium. OV. met. 4, 129 illa *Thisbe* redit iuvenemque oculis ⟨animo⟩que -it (⟨ ⟩ *ad p. 1355, 43 sqq.*). CVRT. 4, 7, 11 *iter in solitudine facientes* haud secus quam profundum aequor ingressi terram oculis -bant. COLVM. 6, 35, 1 *libidinosae equae* circumspicientes -ere ac desiderare aliquid videntur. PLIN. epist. 6, 10, 2 (*1* maximi viri desiderium) quocumque me contulissem, illum ⟨animus⟩, illum oculi -bant (⟨ ⟩ *ad p. 1355, 69 sqq.*). GELL. 19, 1, 5 eum *Stoicum quendam* tunc in tantis periculis inque illo tumultu caeli marisque -bam oculis. *al.*

II *respicitur actio incorporalis*: **A** *-it is, qui (id, quod) intellegere, cognoscere, mente tenere studet aliquid* (*aliquem*): **1** *respicitur potius actio interrogandi, percontandi* (*sc. potius verbis, tacite se ipsum e. g. l. 32. 43. 60; in iure sim. l. 64. p. 1351, 11*): **a** *usu communi; quid rogetur*: **α** *indicatur* **(***additur persona, quae interrogatur, per praepos.* ab *l. 39. 55. p. 1350, 2. al.,* apud *l. 32,* de *l. 56. 64. p. 1350, 41. al.,* ex *l. 40. 44. 48. 70. p. 1350, 45. al.,* in *l. 65, per dat. l. 64. p. 1350, 43 [cf. praepos.* ad *p. 1351, 13. 31, ubi fort. subest notio localis]***);** *pendet*: Ⓘ *struct. verb.*: Ⓐ *interrog. obliqua* (*praeparatur per pron. e. g. l. 33; exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Merc. 633 quid ego facerem? :: quid tu faceres? men rogas? ⟨-res⟩, rogitares, quis *emptor puellae* esset aut unde esset *eqs.* **(**[⟨ ⟩ requer- *var. l.*]. MELA 3, 45 u. *homines* in eas terras devenissent -endo cognosse *eqs.* IVV. 6, 286 u. haec monstra … vel quo de fonte, -is? RVFIN. Adamant. 4, 2 p. 60, 22 cum … haec … geri vidissem, coepi apud memet ipsum -ere, u. haec fierent, vel quis esset *eqs.* [*gr. ἀναζητεῖν*]**)**. CIC. Quinct. 88 quaesivi, quae causa fuisset …; deinde illud quoque -vi, qua ratione ex tot creditoribus nemo … idem fecerit. Manil. 22 -itur …, quemadmodum … reliquum possit magnum esse bellum (VARRO ling. 10, 15 cum … ab eo, qui *nomen* imposuit, non -imus, q. is velit declinari, sed *eqs.*). Flacc. 55 a Trallianis -o, quam pecuniam ab se ablatam querantur, suamne dicant (*sim. seq.* -ne *vol. IX 1, 272, 24*). dom. 3 illud a te … -o, quae te tanta poena … vexet. Planc. 48 quas tribus tu tulisti, si iam ex te -am *eqs.* nat. deor. 3, 8 dic, … quid -as. :: … primum illud, cur … tam multa dixeris (div. 2, 126. *al.* LVCR. 1, 645 c. tam variae res possent esse, -o, ex uno si sunt *eqs. al., e. g.* OV. met. 15, 233 *Helena* secum, c. sit bis rapta, -it. *cf. e. g. p. 1351, 33*). Att. 5, 21, 2 Cassius … litteras miserat, de quibus tu ex me -is, quid sibi voluerit *eqs. al.* CATVLL. 85, 1 odi et amo; quare id faciam, fortasse -is. VARRO ling. 9, 102 (*respic. coniugatio verborum*) quocirca non si genus cum genere discrepa[n]t, sed in suo qui[s]que genere si quid deest, -endum. rust. 1, 17, 3 in eo eorum *operariorum* e noviciis ⟨-to⟩, ad priorem dominum quid factitarent (⟨ ⟩ *Giocondo,* reliquisitio *codd.,* requisitione *Vrsinus, alii alia*). VERG. georg. 2, 227 *terra* rara sit an supra morem si densa, -es. Aen. 2, 506 forsitan et Priami fuerint quae fata, -as (*huc pertinet* GLOSS. V 143, 10 -as: quaeras). OV. am. 3, 6, 35 cornua si tua nunc ubi sint, Acheloe, -am **(**rem. 345 u. sit, quod ames, … -as. QVINT. inst. 6, 3, 44 [*respic. Cic. de orat. 2, 223*] *Crassus* -bat, u. essent eae possessiones. *al., e. g.* VET. LAT. Matth. 2, 4 [cod. 10] *Herodes* -vit ab eis *sacerdotibus,* u. Christus nasceretur [*gr. ἐπυνθάνετο, Vulg.* sciscitabatur]. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 13 si -am de te, u. hoc in scripturis sanctis legeris**)**. ars 2, 663 nec quotus annus eat nec quo *mulier* sit nata -e consule. fast. 6, 222 *p. 1350, 28.* CELS. 7 prooem. 5 potest … -i, quid huic parti, *sc. chirurgiae,* proprie vindicandum sit. COLVM. 3, 7, 1 iam dudum te tacitum -ere, cuius generis sit ista fecunda vitis. SIL. 13, 798 quae tanta adeo gratantum turba, -ens *Scipio.* GELL. 18, 7, 2 (*1* quaeso … te) dubito … et -o, an *eqs.* APVL. met. 11, 20, 1 *sacerdotem* mihi … -enti, quid utique istud, respondisse *eqs.* PANEG. 5, 11, 1 an sufficeret hoc, *sc. remissio pecuniae,* nobis saepius -isti. PEREGR. Aeth. 15, 1 -vi de eo, quam longe esset ipse locus. VVLG. II reg. 3, 8 (*Abner adulterii accusatur*) tu -sisti in me, quod argueres pro muliere. DIDASC. apost. 29, 4 si quis … soror venerit, diaconus -at ab ea, si adhuc virum habet, si vidua est *eqs. al.* Ⓑ *oratio recta* (*praeparatur per pron. e. g. l. 68*): CIC. Q. Rosc. 40 id … -o: quam ob rem … *pecuniam* separatim Fannio dissolvit? Cael. 50 (*ad Clodiam*) ex te ipsa -o: … si quae mulier sit eius modi, qualem … descripsi, … cum hac aliquid adulescentem hominem habuisse rationis, num tibi perturpe … esse videatur? CE 1013, 3 (*saec. I in.?*) hic situs Eudaemo …; 'unde?' -is (*nisi ad l. 28*). PLIN. epist. 9, 23, 2 hunc post varios … sermones -sisse: 'Italicus es an provincialis?' TERT. resurr. 32, 7 illud … de argutissimis istis demutatoribus ossuum … -o: cur, si quando in animam quid pronuntiatur, nihil aliud animam interpretantur? PEREGR. Aeth. 20, 9 -vi ab eo *episcopo* dicens: 'rogo te *eqs.*' HIST. AVG. Gall. 9, 3 ab his, qui circum eum erant, -bat: 'ecquid habemus in prandio?' CASSIOD. hist. 2, 13, 3 (*antea p. 1351, 35*) denuo imperatore -ente: '…?' (*gr. Socrat. 1, 10, 3 ἐπανερομένου*). *al.*

Ⓘⓘ *acc. obi.* (*nom. in struct. pass.*): Ⓐ *subst.* (*addidimus enunt. relat. l. 22. 39; exempla selecta*): CIC. Q. Rosc. 22 (*antea*: cur … *nummos* cuncupierit, quaero) Roscio cur tanti fuerint *sestertia tot,* causam -o **(**VERG. Aen. 6, 710 horrescit visu … causasque -it inscius Aeneas, quae sint ea flumina *eqs.* OV. met. 10, 388 tum … flere vacavit, tum dare complexus laqueique -ere c. VAL. MAX. 9, 11, 1 repentinae morae c. -vit. CVRT. 5, 2, 14 cum spadonem … ingemiscentem conspexisset rex, c. maestitiae -vit; ille indicat *eqs. al.; potius examinando p. 1351, 55 sqq.***)**. Cluent. 141 *Crassus* Tiburtem fundum -bat (*i. quaerebat, quomodo fundus T. se haberet; syn.* flagitabat, poscebat). de orat. 2, 180 a me rationem ordinis … -sisse **(**COLVM. 5, 1, 2 cum de conmetiendis agris r. … *quidam* -ret a me [*cf. 3* dicebam *eqs.*]. QVINT. decl. 325, 13. TERT. orat. 13, 2 id cum scrupulosius percontarer et r. -rem, comperi *eqs. al.; cf. p. 1351, 67. 1353, 50 sq. 1356, 37***)**. Att. 6, 1, 8 e quibus *libris meis de re publica* unum *ἱστοριχὸν* -is de Cn. Flavio. 11, 2, 4 *familiaribus meis* velim des litteras meo nomine; … ⟨si⟩ signum -ent aut manum, dices iis *eqs.* BELL. Hisp. 32, 8 ut ab eo *Pompeio* quae vellent de bello -rent (con- *var. l.*). VERG. Aen. 1, 217 *naufragi* amissos longo socios sermone -unt …, seu vivere credant *eqs.* (*explicat* GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1396 in memoriam revocant, *ut locus ad p. 1353, 28 sqq. pertineat*). OV. epist. 6, 31 ut rediit animus, tua facta -ere coepi (met. 13, 211 si mea f. -is: hostibus insidior). met. 2, 551 (*loq. cornix*) quid fuerim … vide, meritumque -e: invenies nocuisse fidem. fast. 6, 222 tempora taedis apta -bam, ⟨quaeque cavenda forent⟩ **(**[*ad p. 1349, 26 sqq.*]. FORTVN. AQVIL. in euang. Matth. 5 vocatis Herodis magis occulte -it tempus visae stellae**)**. QVINT. decl. 298, 6 ad domum divitis veni, nomen *filii mei dissoluti* inter non agnoscentes -vi **(**CE 457 [*saec. II*] tu quicumq(ue) legi⟨s ti⟩tulum nostrum n. q(ue) -is. 1085, 1 [*saec. II/III*]. 696, 3 [*a. 506*] n. dulce, lector, si forte defunctae -es. PASCHAS. verba patr. 10, 4 [*gr. 5, 18, 13 λέγει*]. *al.***)**. SVET. Dom. 16, 2 horas -enti … sexta … nuntiata est. APVL. met. 8, 24, 3 rursum -it annos aetatis meae. PEREGR. Aeth. 45, 3 singulariter interrogat episcopus vicinos eius *catechumeni* …; singula vitia … -et (*seq. l. 75*). QVEROL. p. 11, 13 illa … nunc -is cotidiana et iocularia. CLAVD. DON. Aen. 1, 750 p. 144, 4 ('multa … rogitans') superflue, quae noverat et picta habuit, -bat. COMM. instr. 1, 26, 29 (*respic. gen. 4, 9 sq.*) *deus* -vit … fratrem a fratre peremptum: … 'ubinam frater?' EXCID. Troiae 43 p. 91, 3 *Dido* c(o)epit … de (A)enea casus Troi(a)e -ere. ANTH. 892, 2 (*an carmen recens sit, quaerit Riese in ed. p. 392; ad meretricem*) dum noctis pretium tibi -o. *al.* Ⓑ *pron. neutr. solum* (*praeparativa supra attulimus; exempla selecta post* CIC.): LVCR. 5, 1091 illud … tacitus ne forte -as, fulmen detulit in terram mortalibus ignem. CIC. rep. 2, 64 quoniam nihil ex te, Africane, hi maiores natu -unt, ex me audies, quid in oratione tua desiderem. ac. 1, 3 illud … mihi ante hoc tempus numquam in mentem venit a te -ere (*postea*: quaero, quid sit *eqs.*). Tusc. 3, 71 ut nos … idem ab illis -amus. fam. 1, 9, 19 quod … tibi exposui, facilia sunt ea, quae a me de Vatinio et de Crasso -is. *ibid.* peto a te, ut id a me neve in hoc reo neve in aliis -as. *al.* NEP. Att. 20, 2 *Augustus* cum modo aliquid de antiquitate ab eo -ret, modo aliquam quaestionem poeticam ei proponeret. BIBAC. carm. frg. 12 rumores … serunt varios et multa -unt (*si recte huc*). OV. fast. 1, 145 si plura -ere vellem. MART. 7, 37, 7 quid plura -is? APVL. met. 5, 13, 5 (*Psyche ad Cupidinem*) *non* quicquam amplius in tuo vultu -o. ARNOB. nat. 7, 18 p. 363, 17 quae est … causa, -am ut eadem rursus, ut *eqs.* AVG. civ. 12, 13 p. 530, 27 quod nos modo quaerimus, … et posteri etiam … eadem curiositate -ere *possunt* (*postea*: istam movere quaestionem). *al.*

Ⓘⓘⓘ *praepos.* de *vel* super (*cf. p. 1349, 44. 1352, 44 sqq.*): RVT. LVP. 1, 19 quid a me saepius his verbis de meo officio -is? GELL. 4, 6, 4 super eodem … verbo -i audio. 10, 3, 18 ne qui fortasse de 'Bruttianis' -at, id significat: *eqs.* TERT. resurr. 14, 3 nunc, si probavimus utrumque, velim etiam de causa -as, an sit aliqua tam digna *eqs.* test. anim. 4, 11 si de aliquo iam pridem defu⟨ncto tamquam de vi⟩vo quis -at. VET. LAT. Matth. 2, 8 (cod. 10; *loq. Herodes*) euntes -ite diligenter de puero et, cum inveneritis, renuntiate mihi (*cf. vol. VII 1, 1818, 76 sq.*). HIST. AVG. Alex. 20, 2 moderationis tantae fuit, ut … de absentibus semper -ret. VVLG. Dan. 2, 14 Danihel -vit de lege … ab Arioch principe militiae regis. RVFIN. Clement. 1, 73, 1 mihi occurrit … frater … -ens a me de singulis … fratribus. AVG. civ. 18, 50 p. 334, 20 *Iesus* rursus eis de adventu eius novissimo -entibus respondit. MACR. Sat. 7, 2, 16 Aeneas … *non* de una re aut altera -it, sed 'singula laetus exquirit *eqs.*' (*sc. Verg. Aen. 8, 311 sq.*). *al.* *praepos. subauditur ex enunt. antecedenti*: PEREGR. Aeth. 45, 4 si *episcopus* probaverit sine reprehensione esse *catechumenum* de his omnibus *vitiis,* quibus -vit pr(a)esentibus testibus (*v. Löfstedt, Komm. p. 275*).

[Gitner]

β *non indicatur*: CIC. Brut. 183 (*praecedit quaestio Attici*) ⌊recte -is⌋, inquam (⌊ ⌋ *sim.* Tusc. 2, 26). ac. frg. 20 fortasse verum dicis, sed -am diligentius. Tusc. 4, 10 post -es, si quid fuerit obscurius *dictum.* Att. 10, 5, 2 epistulam ad Vestorium statim detuli, ac valde -ere solebat (*sc. quaerebat, cur non advenisset*). BELL. Afr. 35, 1 quibus rebus Scipio ... mirari et -ere. OV. met. 4, 680 pande -enti nomen terraeque tuumque et cur vincla geras. CE 1076, 1 (*saec. I*[1]) filia cum matre est, hospes, sei forte -is, heic sita. PLIN. epist. 6, 20, 20 haec ... leges et tibi scilicet, qui -sisti, imputabis, si *eqs.* VLP. dig. 48, 18, 1, 21 qui quaestionem habiturus est, non debet specialiter interrogare, an Lucius Titius homicidium fecerit, sed generaliter, quis id fecerit: alterum enim magis suggerentis quam -entis videtur. VET. LAT. Is. 8, 19 (Hier. hom. Orig. in Is. 7, 2) quaerite ventriloquos; ... non gens ad deum suum -unt? (*gr. ἐκζητήσουσιν,* VVLG. populus a deo suo -it). CLAVD. DON. Aen. 11, 250 p. 447, 7 -entis vox ista videtur esse, sed non est, quin potius obiurgantis. VVLG. II par. 18, 6 numquid non est hic prophetes domini, ut ab illo ... -amus? *al.*

b *usu novato, sc. pro obi. est is, qui interrogatur* (*cf. B3; accedunt variae struct. indicantes, de qua re -atur, e. g. l. 20. 35. 44; acc. dupl. l. 40. 46*): HIL. c. Const. 20 (*respic. gen. 1, 26*) cuiusmodi imago est, catholici si -antur, docebunt. SERV. auct. ecl. 8, 55 quos *nautas* cum rex de Arione ⌊-sisset et illi⌋ eum mortuum mentirentur (⌊ ⌋ *ed.,* requissis at illi *cod.*). SALV. gub. 7, 25 nunc illos -o, ...: dicant, quid *eqs.* CONC.[S] II 2, 1 p. 64, 25 (= II 3, 1 p. 150, 1) Athanasius, quod -tus est, dicat (*gr. II 1, 1 p. 164, 3 ὅπερ ἐζητήθη*). II 3, 1 p. 148, 26 -tus a ... episcopis professus sum, quia *eqs.* (*gr. II 1, 1 p. 163, 14 ἐρωτηθείς, altera versio II 2, 1 p. 63, 38* interrogatus). TRIFOL. epist. 6 *in synodo* -ti sunt a iudicibus ... archimandritae *haeretici* taliter: '...'. PASCHAS. verba patr. 1, 1 frater, quemadmodum in cella propria degere debet, abbatem Sisoium -vit (*gr. deest*). 30, 1 quae *virgo,* dum a quo fuisset conprehensa -itur, ... inquit: '...' (*gr. 15, 39 l. 8 ἠρωτᾶτο*). 31, 6 cum quidam ⌊abbatem Sisoium frequenter tali sermone⌋ -ret: '...?' (*gr. Cot. p. 675*[B] *ἠρώτησε.* ⌊ ⌋ ad a. S. f. talem sermonem *in rec. fort. depravata* VITAE patr. 7, 11, 5 [*ad struct. cf. Norberg, Synt. Forsch., 1943, 149*]). 43, 1 cum ... frater eam ⌊de⌋ patre eius -ret, cur tot diebus tardasset (*gr. 14, 25 l. 22 ἐπερωτᾶν.* ⌊ ⌋ pro *in rec. fort. depravata* VITAE patr. 3, 144). CASSIOD. hist. 2, 13, 2 -vit imperator Acesium *episcopum,* si et ipse consentiret in fide (*gr. Socrat. 1, 10, 2 ἠρώτα. seq. p. 1350, 4*). 5, 39, 9 hos ... dum -rent cultores Nicaeni concilii, cur *eqs.* (*postea*: his sermonibus respondebant; *gr. Sozom. 4, 29, 3 πυνθανομένων ... αὐτῶν*). inst. praef. 7 quendam senem ... de obscurissimo loco scripturae ... fuisse -tum. Ios. antiq. 18, 169 p. 527 cum ... *fur* ad Pisonem duceretur ..., causam fugae -tus (*gr. ἐρομένου τὴν αἰτίαν*). in psalm. 113, 5 l. 80 -itur ... mare, discutitur fluvius, cur suas consuetudines perdiderunt. ITIN. Anton. Plac. rec. A 35, 4 (*antea*: videmus homines ... per digitos in pedes anulos missos) -ti, quare sic, dixerunt: '...'. VEN. FORT. carm. 7, 20, 2 quae tibi ... salus, saepe -o viros (*sc. viatores*). GREG. M. dial. 3, 1, 4 cum ... regis gener crebro ingrederetur hortum suumque hortolanum quaedam -ret *eqs.* CIL III p. 961 l. 18 (*tabella plumbea Traguriensis; saec. VI*) ⟨r⟩equesitus, quare transire non potuisti, dixisti, quia *eqs. al.*

4 *id, quod certo modo se habet, ut pertineat ad statum, condicionem, fortunam sim. animantium vel inanimorum* (*de statu singulorum hominum e. g. p. 1378, 4 sq. 1379, 45 sqq. [ad IA1a vergit e. g. l. 63. 1379, 50]; de statu publico e. g. p. 1378, 32 sqq. 1380, 9 sqq.* [*apium p. 1378, 26; nonnulla exempla ad IA1b transferre possis*]): **a** *usu generali*: **α** *indicatur, quali statu aliquis (aliquid) sit*: Ⅰ *per adi. vel p. p. p., sc. attrib. vel praedic. positum* (*adv.* palam *l. 65; exempla selecta inde a* TER.): PLAVT. Aul. 68 quid ego ero dicam meo malae -i evenisse, *nescio* (Capt. 202 in −e m. *et saepe, v. l. 71. vol. VIII 216, 78 sqq.; spectat ad poenam*: Amph. 327 homo a me sibi m. -m arcessit. *al., v. ibid. 217, 10 sqq.; in exsecrationibus* (ab)i in m. -m: Capt. 877 Poen. 295. *al., v. vol. I 67, 4 sq. 10. V 2, 639, 65 sq. 640, 18 sq.*). 207 salva re⟨s⟩ est; salvom est, si quid non perit (Capt. 284. Rud. 172 surrexit, horsum se capessit, *sc. e mari*: s. -s. *al.* TER. Ad. 643. *al.; cf. p. 1361, 54*). 728 palamst -s: scit peperisse ... filiam suam (*al., v. vol. X 1, 106, 38 sqq.; cf.* manifesta -s est *sim.*: Cas. 893. *al., v. vol. VIII 308, 28 sqq.*). Bacch. 543 -m secundam optingere *alicui* (Pseud. 1021 in -e s. Stich. 124 cum -es s. sunt. ENN. ann. 355 in -bus s. TER. Haut. 230 si mihi s. -es de amore meo essent. Phorm. 241 cum s. -es sunt maxume. Ad. 605 omnes, quibus -es sunt minus s. LVCIL. 699 -e in s. ..., in mala. TRAG. inc. 151 s. -bus. CIC. off. 1, 91 in secundissimis -bus. *al., e. g. p. 1378, 17*). Capt. 406 -bus in dubiis, egenis (*al., v. vol. V 1, 2117, 66 sqq. [addas* LIV. 2, 50, 11. 31, 2, 3 *et cf. p. 587, 32 sq.]; cf. p. 1379, 44*). Most. 932 ut hic -es sint quietae (SALL. Iug. 105, 5 -m, uti erat, q. nuntiant. LIV. 6, 32, 1. 7, 1, 7. *al.* VITR. 2, 1, 1. 2, 9, 16. *al.*). 1052 alii, quibus -s timida aut turbidast (ENN. scaen. 144 quos *homines* ego *Apollo* ... compotes ... consili dimitto, ut ne -es temere tractent t. [*si recte huc*]. CIC. Phil. 2, 39 in t. -bus. div. 1, 101 TAC. ann. 12, 49, 2. *al.*). Persa 345 -es nostrae sunt ... pauperculae (*nisi ad p. 1362, 35 sqq.; cf.* pauper: Rud. 282 haec p. -es sunt inopesque. Vid. frg. 3 p. haec -s est). 753 (*in imag. de statu publico sumpta*) hostibus victis, civibus salvis, -e placida (*al., v. vol. X 1, 2280, 3 sqq.*). Trin. 446 bonis tuis [in] -bus (*al., v. vol. II 2094, 75 sqq.; addas* GELL. 14, 2, 6 hominem ... non bonae -i vitaque turpi *eqs.*). *al.* ENN. scaen. 142 (Cic. de orat. 1, 199) *cives* [suarum] summarum -rum incerti (*sunt qui* s. *deleant,* suarum *legant; verba ipsi Cic. tribuit Jocelyn*]. VERG. Aen. 9, 199 mene ... socium s. adiungere -bus ... fugis? 11, 302 SEN. Thy. 177). 210 amicus certus in -e incerta cernitur (*al., v. vol. VII 1, 881, 62 sqq.*). TER. Andr. 620 me ... ex tranquillissuma -e coniecisti in nuptias (Phorm. 479 tranquilla. Q. CIC. pet. 53 te studiosum otii ac -rum tranquillarum. SALL. Catil. 16, 5 tutae tranquillaeque -es omnes. LIV. 9, 41, 8 TAC. ann. 1, 3, 7. *al.; cf. l. 33*). CATO orat. 118 *solent* plerisque hominibus -bus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellere (*al., v. vol. X 2, 2215, 53 sqq.; cf. p. 1379, 40 et* CORP. epist. lat. 1 [= GLOSS. biling. I 16; *saec. III/IV*] 3, 6 tam ⟨prosp⟩era(s) -e⟨s qu⟩am a⟨dv⟩ersa⟨s⟩ [*gr. τὰ κρείττονα ἢ τὰ φαῦλα*]). ACC. trag. 601 in mea -e crepera (*al., v. vol. IV 1166, 42 sqq.*). CIC. Verr. II 5, 12 desperatis iam omnibus -bus (*al., v. vol. V 1, 739, 59 sqq.*). 5, 51 integra -e (*al., e. g.* LIV. 7, 13, 5 nobis *militibus* ... et -s et gloria est i. *v. etiam vol. VII 1, 2071, 74 sqq.*). fam. 1, 1, 3 inclinata -s est (*al., v. vol. VII 1, 943, 83 sqq. 947, 36 sqq.; cf. p. 1379, 43*). VERG. georg. 4, 240 (*respic. regnum apium*) *si* contusos ... animos et -es miserabere fractas. Aen. 3, 145 fessis ... -bus (*al., v. vol. VI 1, 612, 6 sqq. 52*). HOR. epist. 1, 20, 20 me ... in tenui -e ... pennas ... extendisse. LIV. 25, 19, 15 pugnatum ..., ut in nulla pari -e, duas amplius horas (*alii aliter em.; textum trad. def. Briscoe, Liviana, 2018, 140 sq.*). SIL. 2, 103 artae -es. STAT. Theb. 3, 374 nec me adeo -s dextra levavit. TAC. hist. 2, 7, 2 ambiguae domi -es. *al. respicitur fortuna certorum populorum, gentium sim.* (*exempla selecta; cf. e. g. l. 47*): NEP. Att. 4, 5 tranquillatis ... -bus Romanis (LIV. 1, 12, 10 -s R. erat superior *in proelio.* 21, 16, 3 -m R. tam desidem ... *nunquam* fuisse. *al.*). VERG. Aen. 5, 690 (*Aeneas ad Iovem*) tenuis Teucrum -es eripe leto (*cf. l. 27*). LIV. 3, 71, 7 incolumi Coriolana -e. 4, 41, 7 nec Volscorum meliores -es esse ... quam populi Romani. TAC. Germ. 28, 1 validiores olim Gallorum -es fuisse. *al.*

Ⅱ *per verbum, cuius subi. est* -s *vel* quid -i *sim.*: Ⓐ *iuncturae variae*: PLAVT. Amph. 814 haeret haec -s, si quidem haec iam mulier facta est ex viro (Pseud. 985 Trin. 904 QVINT. inst. 5, 10, 114. *cf. Otto, Sprichw. n. 142*). Aul. 47 scin quomodo tibi -s se habet? (*al., v. vol. VI 3, 2449, 73 sqq.; addas* Rud. 222 ita -es se habent: vitae hau parco. *cf. usum intrans. ibid. 2451, 4 sqq.*). Bacch. 218 ut hanc -m natam [esse] intellego (*al., v. vol. IX 1, 103, 73 sqq.*). 606 in eum [nunc] haec revenit -s locum, ut *eqs.* (*sim.* TER. Haut. 359 in eum iam rediit -s locum, ut *eqs.*). *al.* ENN. scaen. 169 eloquere, -s Argivum proelio ut se sustinet (*nisi ad p. 1363, 11 sqq.*). 269 ita dat se -s (TER. Hec. 380 ut -es dant sese. *cf. p. 1380, 23*). LVCR. 6, 1105 longe discrepitant -es (*sc. in diversis terris*). CAES. Gall. 5, 45, 1 -s ad paucitatem defensorum pervenerat (*cf. l. 45 et* SALL. Iug. 13, 4 ubi -s ad certamen venit). OV. trist. 3, 4, 2 -es postquam procubuere meae.
al. incertum, utrum huc pertineat TERT. adv. Val. 14, 1 dum ita -rum habet (*i. se habet; cf. gr. τούτων οὕτως ἐχόντων sim.; sed fort. pro subi. intellegendus est aeon Gnosticorum, de quo agitur; v. Fredouille, ed. 1980, 274 ad l.*).

Ⓑ *c. verbo q. e.* esse (*quod intellegitur l. 61. 70, cf. var. lect. l. 59*): ① *quaelibet exempla selecta*: PLAVT. Bacch. 661 utcumque -s sit, ita *homo* animum habeat (*cf.* ut -s est *sim., sc. extra parenthesin* [*aliter p. 1379, 2 sqq.*]: Pseud. 268 utut -es ⌊sunt⌋ ceterae [⌊ ⌋ *om. cod. A*]. 1038 nescis, ut -s sit. TER. Haut. 490 ita uti -s est dicere). Capt. 488 pergo ad alios, venio ad alios, deinde ad alios: una -s. Cist. 529 ibidem loci -s erit (*cf. l. 69*). Men. 764 propemodum iam scio, quid siet -i (Pseud. 1120. LIV. 1, 41, 1 concursus ... populi mirantium, q. -i esset. 39, 10, 5. *al.*). Pseud. 1161 nescis, quae sit haec -s? TER. Eun. 97 ita erat -s, faciundum fuit. *al.* ② *praedicative accedit locut. c. praepos.* in *vel abl. nudus*: PLAVT. Aul. 803 (*proverbialiter*) haec propemodum iam esse in vado salutis -s videtur (TER. Andr. 845 omnis -s est iam in v. SYMM. epist. 6, 11, 2 si -es in v. sunt. CONC. Carth. a. 411, 1, 147 ⌊-s in v.⌋ est [resinuando *trad.*]). Epid. 81 quo in loco haec -s sit, vides (*al., v. vol. VII 2, 1583, 79 sqq.; cf. etiam e. g. ibid. 1584, 9. 11 sq. 17 et* VERG. Aen. 2, 322 quo -s summa loco, Panthu? HOR. epist. 1, 12, 25 ne ... ignores, quo sit Romana loco -s. *cf. l. 45*). Merc. 382 -s ... in tutost (TER. Ad. 267. *cf. p. 1379, 18*). CAES. Gall. 2, 25, 1 -m esse in angusto (*cf.* in angustiis: civ. 1, 54, 1. 1, 78, 2). 6, 12, 9 eo ... statu -s erat, ut *eqs.* (*cf.* LIV. 32, 11, 1 cum in hoc s. −s esset [38, 5, 6 in hoc s. −es ad Ambraciam cum essent. *al* VAL. MAX. 9, 9, 2 quonam in s. −es M. *[Ok.]*

Bruti essent. *al.*]). Liv. 8, 27, 3 iam … in eo -m fore, ut *eqs.* (*al., v. vol. VII 1, 772, 65 sq.*). *al., e. g.* Papin. dig. 38, 2, 43 -s in incerto erit. Ⓒ ut -s est *sim. in parenthesi* (*qua temperatur quodammodo enuntiatum; apud auctores posteriores vergit in notionem q. e. nimirum, quae vox pro syn. ponitur l. 13; v. Löfstedt, Arnobiana, 1917, 97 sqq. et Hofmann-Szantyr 634. aliter p. 1378, 58 sqq. et ad veritatem confirmandam p. 1377, 75; exempla pauca certiora*): Liv. 1, 3, 3 florentem iam, ut tum -es erant, atque opulentam urbem (*sim.* 2, 50, 2 ex opulentissima, ut tum -es erant, Etrusca civitate. 2, 63, 6). Plin. nat. 32, 4 (*antea p. 1096, 69 sq.*) ut -s est, etiam auspicalis pisciculus. Mart. 8, 51, 2 formosam … caecus diligit Asper; plus ergo, ut -s est, quam videt Asper amat. Qvint. decl. 298, 2 multum … illi, ut -s est, fiduciae facit *eqs.* Apvl. apol. 13, 8 ut -s est, magis piaculum decernis *hoc quam illud.* Paneg. 7, 4, 1. Arnob. nat. 7, 33 p. 385, 12 mimis nimirum dei gaudent …; delectantur, ut -s est, stupidorum capitibus rasis *eqs. al.*

Ⓘ *per locut. c. praepos. vel abl. nudum ad varia verba accedentem*: Plavt. Capt. 536 -s omnis in incerto sita est (Serv. auct. Aen. 1, 672 cum in i. statutae -es sunt. *cf. l. 2*). Ter. Haut. 689 (*sim.* 695) amici … -s est videnda in tuto (-tum *cod. A*) ut collocetur. Sisenna hist. 99 si -s communis melioribus locis constitisset. Cic. Phil. 6, 19 -s in extremum est adducta discrimen (*al., v. vol. V 1, 1358, 61. 62 sq. al.*).

Ⓘ *per subst. vel adi., unde pendet gen. plur.* -rum (*per adv.* huc *l. 43* [*cf. fort.* ita *p. 1378, 52*]): Acc. praetext. 35 commutationem -rum (*al., v. vol. III 1986, 66 sqq.*). Rhet. Her. 1, 8, 13 -rum varietates, fortunae commutationem (Cic. fam. 2, 7, 2 quanta *sit* v. -rum. *al.* Rvt. Lvp. 2, 1). Cic. leg. agr. 1, 24 hac perturbatione animorum atque -rum (*al., v. vol. X 1, 1828, 9 sqq.*). Catil. 2, 25 cum omnium -rum desperatione (*al., v. vol. V 1, 737, 67 sqq.*). Sull. 78 in tot -rum angustiis (Tac. dial. 8, 3 paupertas et ⌊angustiae -rum⌋ [*Lipsius,* angustia ereptum *trad.*]. *al.*). Sest. 73 magna -rum permutatione inpendente (*al., v. vol. X 1, 1574, 5 sqq.*). Att. 1, 16, 6 quaeris …, qui nunc sit status -rum et qui meus (fam. 1, 8, 1 de toto s. -rum communium. *al.* Verg. Aen. 7, 37 quae tempora, -rum quis Latio antiquo fuerit s. …, expediam [*nisi* t. -rum *iungas, ut* Serv. *ad l.; cf. Horsfall, comm. 2000, 71*]. Liv. 1, 31, 7. 27, 1, 1 hic s. -rum in Hispania erat. Manil. 3, 635. Sen. Ag. 308 -rum s. dubium ac minacem. Tac. ann. 1, 16, 1 hic -rum urbanarum s. erat. *al.*). 5, 21, 3 in tanto motu -rum (*al., v. vol. VIII 1537, 32 sq.*). fam. 2, 7, 2 discrimen -rum (*al., v. vol. V 1, 1362, 14 sq.*). Verg. Aen. 1, 672 haud tanto cessabit *Iuno* cardine -rum (*al., v. vol. III 446, 32 sqq.*). Liv. 6, 22, 9 periculum summae -rum, *sc. in proelio* (10, 14, 9 discrimen s. -rum). Lvcan. 7, 107 haec tam prospera -rum tradere fortunae (*al., v. vol. X 2, 2216, 22 sq.*). 10, 467 cogunt … ultima -rum spem pacis temptare ducem (Sil. 7, 221 *mihi senatores* non u. -rum et deplorati mandassent Martis habenas). Pers. 3, 15 hucine -rum venimus? Sil. 6, 119 -rum inclinata feramus. 13, 286 dubio qui frangere -rum gaudebit pacta. *al.*

β *cetera exempla*: Ⓘ *quaelibet selecta*: Ⓐ *cum pron. poss.* (*cf. e. g. p. 1378, 4*): Plavt. Capt. 536 quid -bus confidam meis? (*sim.* Merc. 363). Cas. 937 quid agam meis -bus, *nescio.* Rud. 674 sese ut ferunt -es fortunaeque nostrae. Ter. Phorm. 473 quonam in loco sunt -es et fortunae meae? Titin. com. 55 mulier … -es suas conqueritur. CIL I^2 1531, 2 (= CE 4, *vers. saturn.; Sorae, saec. II med. a. Chr.*) -e sua d⟨if⟩eidens asper afleicta parens. Cic. de orat. 2, 211 si is, qui audit, adduci potest, ut illa, quae de altero deplorentur, ad suas -es revocet. fam. 1, 9, 10 circumspectis -bus meis omnibus rationibusque subductis. Ov. trist. 1, 9, 37 is status, haec -rum nunc est fortuna mearum (*sim.* Pont. 1, 10, 17 is status est, ea -rum forma mearum). *al.* Ⓑ *sine pron. poss.*: Plavt. Aul. 141 alia *mulier* alia peior … est. :: idem ego arbitror nec tibi advorsari certum est de istac -e umquam. Capt. 569 ut -m video. Mil. 813 quantas -es turbo, quantas moveo machinas! Enn. ann. 166 (*obscurum*) tenet occasus, iuvat -s (*aliter interpungit S. Mariotti, Lezioni su Ennio, ^{2}1991, 100 sq.*: o. iuvat -es, *sc. Romanorum*). scaen. 356 ut scias, quanto e loco, quantis opibus, quibus de -bus lapsa fortuna accidat (Caecil. com. 171 pauper …, cui f. et -s ⌊ut⟨ut⟩⌋ [nuda *Ribbeck*] est, continuo patet. Liv. 1, 27, 6 qua f. -m daret, ea inclinare vires). Pacvv. trag. 324 Teucrum regi sapsa -s restibiliet (*si huc pertinet; v. Schierl, comm. 2006, 519*). Lvcil. 1327 quis in versamur, quis vivimus -bus. Rhet. Her. 2, 14, 22 *defensor* tempus, locum, -m, deliberationem suam ponet ante oculos (Cic. inv. 2, 124. div. in Caec. 27 quo t. aut qua in -e … tui periculum fecisti? *al.* Caes. Gall. 5, 8, 1 pro t. et pro -e. *al.; e coni.* Lvcr. 6, 1281 unus quisque suum pro -e ⟨et pro t.⟩ maestus humabat [*Smith, alii alia; v. Deufert, Krit. Komm., 2018, 488 sq.*]). Cic. Verr. II 5, 10 etiam si qua fuit in hac -e occasio, praetermissa est. Mil. 29 fecerunt id servi Milonis …, quod suos quisque servos in tali -e facere voluisset. rep. 1, 33 spero nos … earum … -rum rationem, quae nunc instant, explicaturos. Att. 16, 13^a, 2 de his -bus, quae novantur (*cf.* Sall. hist. frg. 2, 50 quae causa fuerit novandis -bus. Verg. Aen. 4, 290 quae -bus sit causa novandis, dissimulent. Liv. 32, 5, 3 cupido novandi -es. *al.*). Caes. civ. 1, 4, 5 *Pompeius* -m ad arma deduci studebat. Sall. Iug. 50, 2 pro -e atque loco. Verg. Aen. 1, 178 fessi -rum (*cf.* 12, 589 *apes* trepidae -rum). Hor. sat. 1, 2, 76 tuo vitio -rumne labores, nil referre putas? (*ad sententiam cf.* Sen. epist. 50, 1 quid … aliud agis, quam … ut intellegas tua vitia esse, quae putas -rum? quaedam enim locis et temporibus adscribimus, at illa *eqs.*). carm. 1, 2, 26 ruentis imperi -bus. epist. 1, 1, 19 mihi -es, non me -bus subiungere conor. 1, 2, 22 (*per enallagen*) adversis -rum … undis. Liv. 2, 50, 3 consilium ex -e natum. 2, 58, 3 compositis … -bus castra retro movere (*sim. de provinciarum statu in ordinem redigendo vol. III 2119, 5 sqq. et e. g.* Liv. 34, 24, 4 ut … ita -es Graeciae constituatis, ut *eqs.* Vell. 2, 24, 3 compositis transmarinis -bus. Tac. ann. 2, 42, 2 florente C. Caesare missoque ad -es Orientis). 9, 17, 5 *Alexander* adulescens in incremento -rum, nondum alteram fortunam expertus, decessit. Sen. benef. 4, 38, 2 cum -e mutare consilium. *al.*

Ⓘ -s *pro subi. verbi ponitur* (*exempla pauca selecta*): Plavt. Asin. 512 animus orat, -s monet (*al., v. vol. VIII 1411, 64 sqq.*). Merc. 23 (*fort. interpol.*) praequam -s patitur (*al., v. vol. X 1, 720, 57 sqq. 65 sq.*). Most. 546 pergam turbare porro: ita haec -s postulat (*al., v. vol. X 2, 268, 40 sqq.*). Rud. 457 confugiam huc, ita -s suppetit. Enn. ann. 430 quo -s sapsa loco sese ostentatque iubetque. Ter. Andr. 832 incepi, dum -s tetulit; nunc non fert (*al., v. vol. VI 1, 549, 80 sqq.*). Haut. 666 si -s non sinit (Ov. met. 2, 89. Liv. 28, 5, 9 prout tempus ac ⌊-s sineret⌋ [resideret *cod. P,* -s se daret *edd. vet.*]). Ad. 856 quin -s aetas usus semper aliquid adportet novi (Don. *ad loc.* 2 -s pro experientia ponitur). Afran. com. 140 -s, tempus, locus … hortabatur, ut *eqs.* (Sall. Catil. 20, 15 -s, tempus). Ov. trist. 1, 1, 92 consilium -sque locusque dabunt. *al.*

b *specialia quaedam*: **α** *respicitur condicio omnium hominum*: Lvcr. 1, 46 (= 2, 648) divum natura … semota ab nostris -bus (*nisi ad p. 1368, 42 sqq.*). 6, 29 quid … mali fieret in -bus mortalibus passim (*al., v. vol. VIII 1512, 18 sq.; addas e. g.* Boeth. cons. 3, 9, 29 in his m. caducisque -bus). Cic. nat. deor. 1, 3 nullam habere … -rum humanarum procurationem deos (*al., v. vol. VI 3, 3089, 40 sqq.; cf. l. 40*). Verg. Aen. 1, 229 (*Venus Iovi*) qui -es hominumque deumque … regis ([*sim.* Hor. carm. 1, 12, 14 qui -es h. ac deorum … temperat]. Epiced. Drusi 62 *Augustus* -es h. ex tuto cernere dignus erat. Stat. Theb. 6, 48 -es … h. duras. *al.*). 1, 462 (*si ita intellegendum*) sunt hic etiam sua praemia laudi, sunt lacrimae -rum et mentem mortalia tangunt. *al.* **β** *ponitur (sc. plur.) fere pro ipsa vita* (*unde aliquis moriens* abit *l. 40. 44,* aufertur *l. 45 bis; vergit ad p. 1368, 44 sqq.*): Cic. Tusc. 1, 76 nihil malo quam has -es relinquere. Sen. benef. 4, 22, 1 abire e -bus humanis (*al., v. vol. VI 3, 3090, 4 sqq.; cf. l. 32*). Lvcan. 9, 205 Pompeio -bus adempto. Val. Fl. 1, 823 *puerum* primo … rudem sub limine -rum (*fort. pendet ἀπὸ κοινοῦ e vocibus q. s.* limine *et* rudem). Tert. uxor. 1, 6, 1 cuius maritus de -bus abiit. Avg. civ. 11, 27 p. 498, 31 ut *miseri* … non se ipsos de -bus, sed miseriam suam potius auferri velint. CE 698, 18 (*post a. 515*) abstulit hunc -bus decimo mors invida lustro. *al.* **γ** *respicitur morbus, passio* (*exempla pauca selecta; v. Adams, Pelagonius, 1995, 573 sq.*): Cels. 6, 6, 1^F si … -s urget, … sanguis mittendus erit. 6, 6, 8^D (*agitur de inflammatione oculorum*) ubi … ipsa vetustate -s matura est. Chiron 653 si recens fuerit haec -s, sanum fiet. 811 hoc *collyrium* … omnes -es oculares sanat. Ps. Apvl. herb. 28 l. 3 herba … omnes -es, quae in corpore nascuntur, sanat. *al.* **δ** *apud Christ. respicitur vita saecularis*: Evseb. Gallic. hom. 40, 6 licet reliquerimus *nos monachi* in -bus exteriora bona, adhuc tamen in cordibus mala interiora retinemus. Orig. in Matth. 14, 5 p. 283, 26 secundum -es huius mundi peccantibus (*gr. εἰς τὰ τῇδε πράγματα*). p. 283, 29 quae *peccata* fieri solent in -bus mundialibus et saecularibus (*gr. τὰ κατὰ τὸν κόσμον … τοῦτον*).

5 *id, quod accidit, evenit, ita ut vergat ad notionem q. e. exitus, eventus, casus sim. vel cursus, progressio eventuum* (*ubique exempla selecta*): **a** *varia exempla*: Plavt. Amph. 1068 (*loq. ancilla*) ardere censui aedis …; ibi me inclamat Alcumena, iam ea -s me horrore adficit. Enn. ann. 88 *Romulo Remoque auspicia servantibus* exspectabat populus atque ore timebat -bus, utri magni victoria sit data regni (*ordinem versuum corruptum esse suspic. Gratwick, Class. Rev. 37, 1987, 168*). Hemina hist. 11 sus parit porcos triginta, cuius -i fanum fecerunt. Rhet. Her. 4, 29, 40 rationibus conpluribus enumeratis, quibus aliqua -s aut fieri aut non fieri potuerit. Cic. Quinct. 48 -m ipsam et factum simul Sex. Naevi considerare. Catvll. 56, 4 (*antea p. 1394, 65*) -s est ridicula et nimis iocosa: deprendi … *quendam* trusantem. Lvcr. 5, 108 ratio potius quam -s persuadeat ipsa succidere … posse omnia. Ov. met. 4, 394 -s … fide maior, coepere virescere telae *eqs.* 13, 893 *p. 1395, 8.* Cvrt. 4, 16, 10 propemodum saeculi -es in unum illum diem … fortuna cumulavit. Tac. ann. 6, 22, 2 alii fatum … congruere -bus putant. *al.*

b *iuncturae selectae*: **α** *cum adi.*: Plavt. Curc. 302 ita -s subita est, celeriter mi hoc homine convento est opus (Men. 737

[Ok.]

⟨sub⟩ita⟨m⟩ -m esse [*coni. Gratwick*]. LVCR. 6, 1282 ⟨-s⟩ subita [*si recte suppl.*; ⟨mors⟩ *Cipelli, v. Deufert, Hermes 144, 2016, 317 sqq.*]. CIC. fam. 10, 16, 2 in -bus tam s. tamque angustis. LIV. 3, 8, 7. 7, 12, 2 s. -s et nocturnus pavor. *al.* TAC. hist. 2, 96, 1. *al.; cf. p. 1389, 31*). Mil. 225 hanc -m age (*ad p. 1375, 69*), -s subitaria est (Rud. 457 ita -s suppetit subit⟨aria⟩ [*suppl. Ussing, alii alia*]. APVL. Socr. prol. 1 p. 104 in -bus s.). Poen. 728 quid, si recenti -e aedis pultem? (*al., v. p. 282, 39 sqq.*). CIC. Verr. I 24 sollicitabar -bus maximis ...: urgebant comitia ..., instabat iudicium (LIV. 3, 27, 7 *l. 35*). top. 73 concursio ... -rum fortuitarum ([*cf. 76* c. ... fortuitorum]. *al., v. vol. VI 1, 1172, 82 sqq.*). *al.* **β** -s *est subi. verbi act. vel depon.*: PLAVT. Asin. 2 hoc agite sultis, spectatores ..., quae quidem mihi atque vobis -s ⌊vortat bene⌋ (Aul. 787 quae -s tibi ... b. feliciterque vortat. *al., v. vol. II 2121, 76. 2122, 9 sqq.* [*ubi corrigas* Curc. 662. 729]; *sim.* male: Curc. 273 Persa 453. *al.* TER. Phorm. 678 Ad. 191; recte *v. p. 828, 35 sq.; cf.* PLAVT. Merc. 122 -s in periclo vortitur). Poen. 1078 istam -m vobis bene evenisse gaudeo (Rud. 1178 cum istaec -s male eveniat tibi. 1365 cum istaec -s tibi ex sententia pulchre evenit, gaudeo. TER. Hec. 872 spero ... hanc -m esse eventuram nobis ex sententia. Phorm. 705 *p. 1393, 10.* CIC. Mur. 1 [*in renuntiatione novi consulis*] ut ea -s mihi ... bene atque feliciter eveniret. *al.*). *al.* CAECIL. com. 215 ad restim -s redit; immo collus, non -s (*al., v. p. 523, 13 sqq.; cf. p. 1373, 59*). RHET. Her. 2, 30, 49 -rum consequentium enumeratione (3, 7, 14 cuiusmodi -s mortem eius sit consecuta. *al. in eodem opere*). CIC. inv. 2, 78 si sibi illa -s ... accidisset (2, 139. *adde p. 1393, 58*). Lael. 43 ut -s ire coepit (*al., v. vol. V 2, 650, 66 sqq.*). *al.* **γ** *e subst. pendet gen. plur.* -rum (*ex adv.* retro *l. 40*): RHET. Her. 1, 8, 13 iucundum exitum -rum (*al., v. vol. V 2, 1537, 46 sqq.*). CIC. carm. frg. 29, 9 omnia ... e latis -rum vestigia terris (reg⟨n⟩um *codd.; vertitur Hom. μ 191 ὅσσα γένηται*). Rab. perd. 16 omnium -rum ... eventus (*al., v. vol. V 2, 1020, 19 sqq., ubi addas* LIV. 2, 31, 7 de domesticarum -rum eventu). orat. 120 memoria -rum veterum. fin. 5, 11 -rum inclinationes et momenta temporum (DICT. 3, 10 tantā i. -rum). div. 1, 128 cursum -rum eventorumque consequentiam (*al., v. vol. IV 1538, 54 sqq.; cf.* concursio *l. 9*). VERG. Aen. 1, 641 series longissima -rum (OV. fast. 1, 62 [*v. Green, comm. 2004, ad l.*]. LIV. 21, 5, 3. *al.*). LIV. 3, 27, 7 puncto saepe temporis maximarum -rum momenta verti (27, 9, 1 QVINT. inst. 2, 13, 2). 9, 43, 4 ad subita -rum. SEN. Ag. 197 horum te mala ventura moveant, turbo quīs -rum imminet. benef. 4, 23, 3 quanta -rum turba sub hoc silentio *noctis* evolvitur (dial. 6, 22, 1 in tanta inconstantia t.que -rum). VAL. FL. 3, 16 nosse animos -rumque vias (4, 558). SIL. 8, 44 multa retro -rum iacet atque ambagibus aevi obtegitur ... vetustas, cur *eqs.* STAT. Theb. 2, 263 cunctos ... omina -rum dira movent. *al.*

6 *id, quod verum, pro certo est vel quod veritatem probat* (*accedit* ipsa *saepe, e. g. l. 55 sqq. p. 1382, 22 sqq. 73. 1383, 13, cf.* reapse *p. 245, 26. 28 sq. et* GLOSS. V 539, 15 -e ipsa: vere. *accedit adi.* vera *e. g. p. 1382, 28. 1383, 5 sq.,* veritas *l. 60 sqq. p. 1382, 8. 11. 40; cf. p. 1385, 49 et* GLOSS. V 531, 26 ad -m: ad veritatem): **a** *quaelibet exempla* (*selecta inde a* TER.; *opp. voces speciem vel mera verba significantes l. 70. 74. p. 1382, 3* [*cf. 37 sqq. 1385, 52*]): PLAVT. Epid. 285 -m hercle loquere ([*indicat.*]. *al., v. vol. VII 2, 1666, 1 sqq.; sim.* Trin. 480 -m fabulare). Men. 1070 quid ego ex te audio? :: hoc quod -s est (TER. Eun. 748 quid ais? :: id q. -s est. 979. Ad. 206 cogito id q. -s est [DON. *ad loc.* 1 pro 'id quod verum est']. CIC. fam. 13, 7, 2 velim existimes, q. -s est, municipi fortunas ... in isto vectigali consistere. *al., e. g.* FRONTO p. 153, 8 fateor ..., q. -s est, *eqs.* APVL. met. 9, 25, 1 donec ..., q. -s erat, tandem suspicatur). Persa 93 -m ... meram. Trin. 1145 -m ipsam ... intellegere (*al., v. vol. VII 2, 339, 7 sqq.; addas e. g.* TER. Haut. 266 ex i. -e coniecturam fecimus. Ad. 479 pro certo tu istaec dicis? :: mater virginis in mediost, ipsa virgo, -s i. LVCR. 6, 768 [*767* procul a vera ... ratione] de -e ... i. dicere conor. *al.*). *al.* TER. Andr. 368 'opinor' narras? ... certa -s est. CIC. S. Rosc. 44 vides ..., quantum distet argumentatio tua ab -e ipsa atque a veritate. de orat. 1, 77 ne plus ei tribuamus, quam -s et veritas ipsa concedat. Tusc. 5, 13 cum ... animum ab ista pictura imaginibusque virtutum ad -m veritatemque traduxeris. Att. 12, 47, 1 nihil nocuerit, si aliquid ... eris locutus, et quidem, ut -s est, emere nos velle (*item in parenthesi*: SALL. Iug. 69, 1 Vagenses ubi animum advortere ... *appropinquare* exercitum ..., primo, uti erat -s, Metellum esse rati portas clausere, deinde *eqs.* PLIN. nat. 36, 48. *cf. p. 1377, 75, v. etiam p. 1379, 2; sim.* id quod -s habet: SALL. Catil. 51, 20 LACT. inst. 1, 7, 11). LVCR. 3, 353 manifestas -es ... verasque (PLIN. epist. 8, 4, 1 quae ... tam poetica et quamquam in verissimis -bus tam fabulosa materia. AVR. Fronto p. 34, 12 fabulam existimas? -s v. est. AVG. civ. 5, 9 p. 207, 20 propter vocabulum, *sc. 'fatum'*, quod non in -e v. consuevit intellegi [*an ad IB2?*]. *cf. p. 1383, 5 sqq.*). CAES. civ. 3, 36, 1 plerumque in novitate fama ⟨-m⟩ antecedit (*v. Damon, Studies on the Text, 2015, 257 sqq.*). EPIST. imp. Aug. Sen. dial. 10, 4, 3 -rum laetitia (*opp.* ex verborum dulcedine). AETNA 145 occultam ... fidem manifestis abstrahe -bus (PHAEDR. 5, 5, 3 ad paenitendum -bus m. agi. *addas p. 1381, 68*). OV. epist. 20, 99 omina -e careant. LIV. 10, 8, 11 nihil est aliud in -e. VITR. 1, 1, 2 qui ... litteris solis confisi fuerunt, umbram, non -m persecuti videntur. CELS. 3, 3, 6 *non* de -e, sed de verbo controversiam movent, qui *eqs.* TAC. Agr. 10, 1 quae priores *scriptores de Britannia* ... percoluere, -rum fide tradentur. PAVL. dig. 40, 7, 41, 1 quam⟨quam⟩ ea promissio nullam -m habitura est (*i. non valebit, nullam vim habebit*). ARNOB. nat. 3, 16 p. 174, 17 id adoratis, quod fingitis, non quod in -e esse ipsaque in veritate censetis. VVLG. Ios. 21, 43 ne unum quidem verbum ..., sed -bus expleta sunt omnia. AVG. civ. 17, 5 p. 214, 13 vigilet fides, praesto sunt -es, cernuntur, tenentur *eqs.* SACR. Greg. 166, 8 ut, quae nunc specie gerimus, -rum veritate capiamus. *al.* *in locut.* ea (ita) -s est *sim. affirmatur veritas eorum, quae iam dicta sunt*: PLAVT. Amph. 569 profecto ut loquor, -s ita est (Asin. 490 scilicet, i. -s est. TER. Andr. 459 i. ... -s est, ut dixti ...: fidelem haud ferme mulieri invenias virum. *al.*). Asin. 55 estne hoc ut dico ...? :: rectam instas viam, ea -s est (TER. Andr. 693). Most. 1034 haec -s sic est, ut narro tibi (TER. Andr. 588 simulavi *nuptias futuras,* vos ut pertemptarem. :: quid ais?:: s. -s est [DON. quod Graeci dicunt *οὕτως ἔχει*]).

b *abl. respectus vel instr.* -e (*plur.* -bus *l. 58*): **α** *varia exempla selecta*: PLAVT. Amph. 632 utinam di faxint infectă dictă -e eveniant tuă. Curc. 155 -e spicio (respitio *trad.*), nihili meam vos, *pessuli,* gratiam facere. TER. Hec. 417 non ... dici potest tantum quam -e ipsa navigare incommodumst. Haut. 824 (*loq. servus et adulescens*) argentum ad eam *meretricem* deferes ... :: ludis fortasse me? :: ipsa -e experibere. Ad. 733 si non ipsa -e tibi istuc dolet, simulare certe est hominis (DON. -m nunc pro 'veritate' posuit). 955 et dictumst vere et -e ipsa fieri oportet. CE 959A, 4 (*aet. Sullae?*) vir *meus* conleibertus fuit, eidem ... -ee fuit ee vero plus superaque parens. LVCR. 2, 659 dum vera -e ... religione animum turpi contingere parcat. CIC. Deiot. 4 -e ... iniquum est, sed tua sapientia, *Caesar,* fit aequissimum. off. 1, 128 adulterare ⌊-e⌋ (*om. pars codd.*) turpe est, sed dicitur non obscene. SALL. Iug. 85, 12 gerere quam fieri (*sc. consulem*) tempore posterius, -e atque usu prius est (PANEG. 9, 16, 3). VITR. 1, 1, 12 id ... -e non expeditur. GELL. 13, 27, 3 *Vergilius* illi Homerico *versui* non sane -e parem nec similem fecit. CASSIAN. inst. 7, 16 p. 140, 14 professionem monachi -e atque opere ... experiri (*cf. l. 66 sq.*). VITAE patr. 5, 18, 3 p. 979[B] nisi -e ipsa cognovero, non mihi satisfacit responsio vestra (*gr. 18, 4 l. 22 ἀπὸ πράγματος*). *al.* **β** *opp. voces mera verba, speciem, opinionem sim. indicantes* (*sc. casu abl.; cf.* dicere *supra l. 26. 31*): CIC. Q. Rosc. 33 hanc decisionem Rosci oratione et opinione augere licet, -e et veritate mediocrem ... esse invenietis. Verr. II 5, 87 erat terrestre praesidium non -e, sed nomine (Tusc. 5, 7 off. 1, 105. *al.* LIV. 3, 9, 3 -e ipsa. *al.; cf. p. 1376, 42*). Cluent. 56 Oppianico -e et existimatione iam, lege et pronuntiatione nondum condemnato. Mur. 62 non -e ductus es, sed opinione (*al., cf. l. 39 et v. vol. IX 2, 714, 69 sqq.; addas e. g.* orat. 76 *orator Atticus* -e plus quam o. differens). p. red. ad Quir. 10 cum is inimicus ... spiritu dumtaxat viveret, -e quidem infra omnes mortuos amandatus esset. Sest. 71 nondum -e, sed spe rei publicae recuperandae (orat. 107 non tam -e et maturitate quam s. et expectatione. *al.*). Balb. 47 exsistat ... ille vir parumper cogitatione vestra, quoniam -e non potest (Tusc. 4, 24 haec quae dico, c. inter se differunt, -e quidem copulata sunt. MART. CAP. 4, 364). Phil. 2, 11 consulatus verbo meus, patres conscripti, -e vester fuit (off. 1, 40 iure iurando se solutum putabat, et erat verbis, -e non erat. *al.* SALL. Iug. 48, 1 verbis pax nuntiabatur, ceterum -e bellum ... erat. LIV. 7, 30, 12. TAC. ann. 1, 81, 4 *dixit Tiberius* posse et alios *candidatos* profiteri ...: speciosa verbis, -e inania aut subdola. *al.*). 7, 13 *milites* praesidio sunt specie consuli, -e et veritate nobis (LIV. 36, 8, 4 consilium s. amplum, -e inane. 39, 37, 13. perioch. 48, 4 [*coni. Hertz, v. app. crit.*]. SEN. epist. 120, 9. *al., e. g.* SALV. eccl. 4, 28 grandia s. polliceris et -bus nulla restituis. *sim.* LIV. 39, 35, 4 per speciem ..., -e ipsa). phil. frg. VI 14 (Macr. Sat. 6, 2, 33) ut maiora omnia -e quam fama viderentur (LIV. 21, 53, 8 *consulis* ingenium f. prius, deinde -e cognitum. AVG. civ. 18, 2 p. 257, 29. *cf. p. 1381, 72*). SEN. epist. 104, 24 egregie Vergilius (*Aen. 6, 277*)... *formas* non -e dixit terribiles esse, sed visu, id est videri, non esse. FRONTIN. aq. 33, 2 *id* cum ratione adprobetur, -e quoque ipsa manifestum est; nam *eqs.* RVFIN. Adamant. 1, 13 p. 29, 29 *id* ostendam in lege non solum praecepto, sed ⌊-e atque opere⌋ expletum (⌊⌋ *gr. δι' ἔργου. cf. l. 35 et* CASSIAN. conl. 13, 18, 4 qui perfectionem cordis non inani disputatione verborum, sed -e a. opere didicerunt. *vergunt ad p. 1376, 12 sqq.*). *al.* **γ** *locut. adv.* -e vera (*vel* revera): *v. p. 1413, 69.*

c -s *est testimonium, indicium sim., quo ostenditur aliquid ita (factum) esse* (*sc.* -s *fere pro subi. ponitur [aliter p. 1383, 2. 7. 12]; cf. Otto, Sprichw. n. 1522; exempla selecta inde a* CIC.): PLAVT. Aul. 421 etsi taceas, palam id quidem est: -s ipsa testist, ita fustibus sum mollior *eqs.* (CIC. Att. 7, 13, 1 quam ... sine consilio [*sc. sit dux*], -s t. FRONTO p. 166, 21. VEN. FORT. vita Germ. 3 quantā ... abstinentiā vixerit ..., illa -s una t.

[Ok.]

est, cum *eqs.*). Epid. 713 quid est negoti? :: iam ipsa -s dicet tibi. Trin. 107 id ita esse ut credas, -m tibi auctorem dabo. Ter. Eun. 469 -s indicabit (*al., v. vol. VII 1, 1153, 29sq. 36sq. 43sq. 80sqq. 1154, 39sqq.*). Ad. 964 *fratres* docui ..., quae potui omnia. :: -s apparet. Lvcil. 350 ne te -s ipsa ac ratio ipsa refellat (*sim.* Lvcr. 2, 245 ne ... id -s vera refutet. 3, 524 falsae rationi vera videtur -s occurrere. 4, 764 sensus *dormientis ... non* possunt falsum veris convincere -bus). Cic. Mil. 53 -s loquitur ipsa ..., quae semper valet plurimum (*al., cf. p. 1375, 42 et v. vol. VII 2, 1673, 25sqq.*). nat. deor. 2, 10 haruspicum disciplinam ... -s ipsa probavit (Ov. met. 3, 350). Aetna 191 -es ipsae credere cogent. Vitr. 9, 1, 14 si ... -s et ratio et testimonium poetae veteris id ostendit *eqs.* Phaedr. app. 24, 4 reticebo ..., sed -s clamabit ipsa, quid deliqueris. Plin. nat. 12, 37 apparet ... -rum argumentis asperitate aquarum illas *arbores* ali. Apvl. met. 4, 9, 3 -s ipsa ... fidem sermoni meo dabit. *al.*

d *iunctura* ab -e *ad ea spectat, quae falsa, absurda, inutilia sunt* (*negatur praeter l. 22*): **α** *c. verbo* esse *accedente (acc. c.) inf. vel enunt. secund.*: Arnob. nat. 7, 28 p. 377, 22 non est ab -e dicere *hoc.* Avg. civ. 15, 8 p. 73, 21 non ... ab -e est, ut ... diligeret eum *Enoch* pater ceteris *filiis* amplius. serm. 68$^{auct.}$, 3 l. 75 nihil ab -e est etiam istos *a Paulo* significatos accipere. Victric. 10 l. 35 si divisas esse reliquias a spiritu diceremus, merito omnis viscerum nexus ... quaereretur; at vero cum unitam advertamus esse substantiam, ab -e est totum in toto perquirere. Val. Cem. hom. 19, 1 si respiciamus ... causam praesentis solemnitatis ..., non ab -e est, si omnes hos in laetitia dies ducamus. Epiphan. Schol. Didym. in I Petr. 1, 12 p. 14, 29 non ab -e est intelligi etiam de sanctis angelis ... hoc dictum (*gr. οὐκ ἀπεμφαίνει*). *al.* **β** *c. verbo* habere: Avg. in psalm. 88, serm. 2, 3 *codices* emendatiores *hoc* non habent; tamen et qui hoc habent, nihil ab -e habent.

B *certae notiones vix discerni vel plures simul intellegi possunt* (*nonnulla etiam sub A poni possunt, siquidem aliqua notio certior sublucere vid.*): **1** *varia exempla; refertur ad ea:* **a** *quae sermone progrediente in contextu nota, memorata, exposita vel inde subaudienda sunt et de quibus nunc agitur* (*v. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. II 1153sqq.*): **α** *quaelibet exempla* (*pauca selecta*): Plavt. Curc. 600 parasitum ne amiseris: magna -s est. :: ⌞nulla est mihi⌟, nam quam habui, absumpsi (⌞ ⌟ *alluditur ad sensum sub IA1a illustratum*). Epid. 661 adfer ... auxilium mihi: magnast -s. Most. 385 perdis -m! (*aliter p. 1361, 49. 1372, 6*). Persa 593 percontari ..., quae ad -m referunt. Ter. Eun. 1047 quae *Fortuna* tot -es tantas tam opportune in unum conclusit diem (Don. eunuchum ..., commendationem virginis, absentiam meretricis *eqs.*). Cic. Verr. II 4, 64 (*antea p. 1253, 6sq.*) pervenit -s ad istius *Verris* auris nescioquomodo. Mur. 51 congemuit senatus frequens neque tamen satis severe pro -i indignitate decrevit. Sest. 68 -s erat et causa nostra eo iam loci, ut erigere oculos ... videretur. Att. 13, 2 gratior mihi celeritas tua quam ipsa -s (*v. Shackleton Bailey, 1966, 343 ad l.*). fam. 2, 6, 5 tibi omnem -m atque causam meque totum commendo. Lvcr. 5, 393 (*380sqq.* inter se cum maxima mundi pugnant membra) magnis ⟨inter se⟩ de -bus cernere certant *venti aquaeque. et saepe. accedit pron. demonstr. vel relat. pertinens generaliter ad ea, quae prius in contextu commemorata sunt* (*exempla paucissima selecta*): Plavt. Mil. 492 (*loq. servus*) metuo, illaec mihi -s ne malo magno fuat. Rud. 1132 faciam ego hanc -m ⟨... pla⟩nam tibi. 1180 *tua mater* ex te poterit argumentis hanc -m magis exquirere. Ter. Andr. 46 hoc primum in hac -e praedico tibi. Ad. 124 te plura in hac -e peccare ostendam (*cf.* Epist. praet. ad Tiburt. [CIL I^2 586] 11 de eieis -bus af vobeis peccatum non esse). 568 te esse huic -i caput. 592 in hac -e nihil reperio, quam ob -m lauder. 671 auctor his -bus quis est? Rhet. Her. 4, 13, 19 vobis istuc attribuendum est ..., vobis ista -s erit honori. Cic. Quinct. 54 quid est quod hac tandem de -e vobis possit videri? Att. 1, 17, 3 huiusce -i totius vitium ... exponam. *et saepe.*

β *respicitur narratio, expositio sim. eorum, quae facta, gesta, acta sim. sunt* (*exempla selecta; nonnulla fort. ad 2 pertinent*): Plavt. Amph. 1129 hanc -m, ut facta est, eloquar (*al., v. vol. V 2, 418, 74sqq. 419, 64sqq.*). Asin. 325 quin -m actutum edisseris? (*al., v. vol. V 2, 77, 30sqq.*). 821 palam hanc -m facere (Cas. 506 Truc. 851 Ter. Haut. 721). Merc. 609 ad ⌞capita -rum⌟ perveni (⌞ ⌟ *al., v. vol. III 423, 6sqq.*). Mil. 116 ubi amicam erilem Athenis avectam scio, ... inscendo, ut eam -m ... ad erum nuntiem (Ter. Phorm. 178 timeo ..., quam hic mihi nunc nuntiet -m. Cic. Tull. 22 hanc -m tam atrocem ... nuntiat M. Tullio Philinus. *al.; abl. absol., saepe in initio enuntiati*: Cic. Phil. 2, 107 bustum in foro evertit; qua -e tibi nuntiata *eqs.* [*sing. ut*: Brvt. Cic. fam. 11, 13, 4 Caes. civ. 3, 69, 1. *al.*]. Caes. Gall. 7, 6, 1 his -bus ... Caesari nuntiatis [*plur. ut*: civ. 1, 14, 1. 1, 75, 1. *al.*]). Poen. 719 narrabo tibi -es Spartiaticas (Trin. 729 ut mihi -m narras. *al.* Ter. Hec. 350 omnem -m. Haut. 706 ut ... ⌞-m narret⌟ ordine omnem [renarret *var. l.*]. Afran. com. 3 Cic. Verr. II 4, 41 div. 1, 77. *al.*). *al.* Enn. ann. 207 orator sine pace redit regique refert -m (Liv. 8, 18, 5 *aedilis* -m ad consules, consules ad senatum referunt. Argvm. Plaut. Aul. 2, 8. *al.*). Ter. Hec. 361 nequeo mearum -rum initium ullum invenire idoneum, unde exordiar narrare *eqs.* Eun. 982 oportuit -m praenarrasse me. Ad. 351 Hegioni ... -m enarrato omnem ordine (364 omnem -m). Verg. Aen. 3, 179 Anchisen facio certum -mque ordine pando (Homer. 132). Hor. sat. 2, 8, 83 dum ... ridetur fictis -rum. Liv. 1, 60, 1 harum -rum nuntiis in castra perlatis. *al.*

sine ambitu, circumitione, ita ut est sim.: Ter. Andr. 873 -m potius ipsam dic ac mitte male loqui (Phorm. 718 -m i. putasti. Ad. 796 mitto maledicta omnia, -m i. putemus).

γ *respicitur scientia, cognitio sim.* (*hic illic accedit respectus veritatis, ut conferre possis A6; saepe accedit* omnis; *exempla selecta*): Plavt. Amph. 110 ut -m teneatis ([*v. p. 826, 39*]. Aul. 782 *filiam* despondisti ... meo avunculo. :: ⌞omnem -m⌟ tenes [Persa 91 o. -m tenet. Truc. 411 ordine o. -m tenes. *al.*]. *al.* Ter. Andr. 349). 492 resciscet ... Amphitruo -m omnem (Aul. 770 ego te ... de alia -e rescivisse censui, quod ad me attinet. Cist. 102 *p. 1394, 5.* Men. 679 uxor rescivit -m omnem, ut factum est, ordine. Ter. Ad. 791 [*cf. 546* rescisco omnia]. *al.*). Aul. 807 ⌞ea -m⌟ novit ([eram *trad.*]. Most. 199 ex factis nosce -m. *al.* Ter. Andr. 789 novi omnem -m. Argvm. Plaut. Amph. 2, 9 omnem -m noscunt. Apvl. met. 7, 6, 1 -i noscendae carpo ordinem. 9, 23, 5. *cf. p. 1372, 63*). Bacch. 473 omnem -m scio, quem ad modumst (Merc. 477 omnia ... istaec auscultavi ..., omnem -m scio. Poen. 553 omnia istaec scimus; ... scimus -m omnem. *al.* Ter. Hec. 468 omnem -m scio, ut sit gesta. *cf. l. 31 et* Hirt. Gall. 8 praef. 5 ne scientia tantarum -rum scriptoribus deesset). Ter. Andr. 48 -m omnem a principio audies (Cic. Verr. II 5, 94 audit -m omnem ex Timarchide. leg. agr. 2, 58. Phil. 12, 9 Galliam quo tandem animo hanc -m audituram putatis? Brut. 86 -e audita [*abl. absol., ut vol. II 1284, 61sq., ubi corrigas* Att. 8, 8, 2]). 227 ne de hac -e pater inprudentem opprimat (*cf.* Eun. 136 imprudens harum -rum ignarusque omnium). *al., e. g.* Cic. inv. 2, 160 prudentia est -rum bonarum et malarum neutrarumque scientia. Verg. Aen. 2, 196 periuri ... arte Sinonis credită -s. *loco dubio*: Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 163, 33 -m cognoscimus (*gr. I 1, 2 p. 76, 6 τὸν λόγον, quae vox alibi in contextu* ratio *vertitur, e. g. p. 163, 32 [gr. ibid. p. 76, 4]; an* r⟨ation⟩em *legendum?*).

δ *per locut. interrog., qua exprimitur miratio vel indignatio*: Ⓘ quae (haec) -s (est)? *sim.* (*sing. praeter l. 41*): Plavt. Asin. 477 q. -s? tun libero homini male servos loquere? Aul. 423 quid tibi nos tactiost, mendice homo? :: q. -s? etiam rogitas? Mil. 1344 sed quid hoc? ⌞q. -s⌟? quid video? (⌞ ⌟ queris *trad.*). Most. 935 q. illaec -s est? Persa 360 quae hae -es sunt? 846 q. haec -s est? Poen. 1199 ingenium patris habet quod sapit. :: q. -s? iam diu edepol tuam sapientiam haec quidem abusast. Truc. 611 q. haec -s? *al. apud eundem.* Ⓘⓘ quid -i est? *sim.*: Plavt. Epid. 203 (= Merc. 964) q. -i est? Ter. Andr. 457 quidnam hoc est -i? Eun. 652 q. istuc est -i? Ad. 175 q. hoc -ist? (*sim. e. g.* Liv. 1, 48, 1 q. hoc ... -i est? 3, 17, 2 Cvrt. 10, 2, 17 Fronto p. 132, 4).

ε *in exclamatione* (*casu acc.*): Plavt. Epid. 72 eu edepol, -es turbulentas! *et saepe, v. p. 1394, 52sqq.*

b *quae in contextu non expresse indicantur* (*exempla paucissima selecta*): Plavt. Mil. 660 non invenies alterum lepidiorem ad omnis -es (662 apud o. comparebo tibi -es benefactis frequens. Poen. 238 modus o. -bus ... ⌞optimus⌟ est habitu [*239* nimia omnia; ⌞ ⌟ *Leo,* -mum *trad.*]. Pseud. 577 o. -es perinde sunt ut agas. Ter. Eun. 276 omnium -rum ... vicissitudost. *al.*). Stich. 104 ego ... imperitus -rum et morum mulierum. Ter. Hec. 601 quam fortunatus ceteris sum -bus, absque una hac foret (*cf. 604* cetera [*neutr. plur.*]). Lvcil. 9 (= Pers. 1, 1; *nisi ad p. 1368, 44sqq.*) o curas hominum, o quantum est in -bus inane! (*cf. p. 1369, 43; sunt qui locum Lucilio abiudicent; v. Kißel, comm. Pers., 1990, 109sqq.*). 1328 virtus *est* homini scire quod quaeque habeat -s. Rhet. Her. 4, 24, 33 multos aliqua ex honesta -e ... sibi auxilium petere. Cic. Quinct. 77 fore uti permultis in -bus timore prolaberer. Verr. I 5 fortasse aliqua in -e nos aliquando fefellisset. Pvblil. sent. R 10 -s quanto est maior, tanto est insidiosior (invidconi. Bothe). *al.*

2 *-s verbis profertur vel cogitatione tractatur (figuris sculptis repraesentatur p. 1386, 10), ita ut sit cuiuslibet generis argumentum, materia, quaestio* (*saepe accedit* causa, *v. vol. III 685, 69sqq.*): **a** *varia exempla*: **α** *in quolibet contextu*: Ⓘ *respiciuntur potius proposita, cogitata singula, distincta* (*exempla certiora; saepe in iunctura verbali c. praepos.* ad, de, super); *-es tractant*: Ⓐ *quilibet homines* (*personae scaenicae l. 71sqq. p. 1385, 4sqq.; exempla selecta inde a* Ter.): Plavt. Aul. 134 ut tuam -m ego tecum hic loquerer familiarem. Epid. 39 supersede istis -bus iam (*nugari desinendo ut*: Mil. 737 istis -bus desisti decet. Most. 898 abstine iam sermonem de istis -bus. Truc. 861 aufer nugas, nil ego nunc de istac -e ago). Persa 109 ecquid meministin ..., qua de -e ego ... mentionem feceram? :: memini: ut murena et conger ne ca-

[Ok.]

lefierent. Rud. 1060 qua de -e litigatis nunc inter vos? Truc. 451 cum … eam -m in corde agito. *al.* Enn. ann. 239 cui *amico* -es … magnas parvasque … eloqueretur (*nisi ad p. 1383, 60*). Ter. Haut. 319 mitte, ad -m redi **(***sim.* Ad. 185 [Don. ad negotium, de quo agitur]. *cf. p. 518, 33 sq. 37 sqq. 561, 20***)**. Eun. 513 ait … -m seriam velle agere mecum. 631 coepi … aliam -m ex alia cogitare et ea omnia in peiorem partem. Phorm. 861 omitto proloqui, nam nil ad hanc -m est **(***sim.* Cic. orat. 214 nihil … ad -m *eqs.* fin. 4, 73. *al.; cf.* quid [*vel* q. id] ad -m?: Cic. Quinct. 79 S. Rosc. 92. *al.* Hor. epist. 1, 6, 12. *al.***)**. Varro Men. 338 si de id genus -bus ad communem vitae usum pertinentibus confabulemur, de quibus in foro … loqui non est otium. rust. 3, 1, 10 recordatus de ea -e sermones, quos de villa perfecta habuissemus. Cic. Quinct. 20 aliqua de -e fore controversiam. Att. 2, 6, 2 sed ut ad -m: scripsi ad quaestores *eqs.* 6, 5, 4 nec erat -s, de qua scriberem, nec iocari prae cura poteram. 13, 21[a], 2 quam diu de nugis! de -e enim nihil habeo quod loquar. Verg. Aen. 11, 445 illi haec dubiis de -bus agebant certantes. Sen. dial. 8, 3, 2 duae maxime et in hac -e dissident sectae, Epicureorum et Stoicorum. *al.* Ⓑ *scriptores, oratores, recitatores sim.*: Cato orat. 169 mea oratio scripta erat de ea -e, quod sponsionem feceram cum M. Cornelio. Carm. Priami Varro ling. 7, 28 Casmenas cascam -m volo profari. Coel. hist. 24B in priore libro has -es ad te scriptas … misimus (*cf.* Cic. de orat. 2, 84 sunt … innumerabiles de his -bus libri. off. 2, 31 ea quoque de -e duo sunt nostri libri. Varro ling. 6, 97 de hisce -bus tri⟨s⟩ libros ad te mittere institui. *sim. al.*). Cic. de orat. 2, 58 *rhetor quidam* et -rum copia et sententiarum varietate abundantissimus (*cf.* Qvint. inst. 10, 5, 3 -rum copia Graeci auctores abundant). rep. 1, 38 omnibus in -bus disserendis. Tusc. 5, 11 *Socratis* multiplex ratio disputandi -rumque varietas. Lvcr. 1, 139 propter egestatem linguae et -rum novitatem. 5, 327 cur … non alias alii … -es cecinere poetae? Varro rust. 2, 2, 7 de alteris quattuor -bus deinceps dicam, de pastione, fetura *eqs.* Sall. Iug. 17, 1 -s postulare videtur Africae situm paucis exponere. Prop. 4, 6, 12 -s est, Calliope, digna favore tuo. Liv. 8, 11, 1 haec … ⌊haud ab -e⌋ duxi verbis quoque ipsis … referre **(**⌊ ⌋ *i. non remotius ab argumento ut*: Plin. nat. 27, 57 illud non ab -e est dixisse *eqs.* 27, 143 Frontin. aq. 112, 1. *al.; nisi intellegas 'non utile'* [*cf. p. 1377, 40 sqq.*]**)**. Manil. 1, 116 -rum *carmine tractandarum* tantas … moles. Vitr. 1, 1, 18 (*agitur de studio architecturae*) propter amplitudinem -i. Phaedr. 4 prol. 13 *ego* usus vetusto genere, sed -bus novis. Sen. benef. 1, 4, 1 omnia ista, quae ita extra -m sunt, ut nec circa -m quidem sint, relinquam (*cf.* Qvint. inst. 8, 5, 14 sensiculi … extra -m petiti). epist. 40, 3 agenti -m magnam ac seriam docentique. Plin. nat. 1, 2, 113 summa: -es et historiae et observationes *tot* (*sim. saepe in fine indicis singulorum librorum*). Qvint. inst. 1, 5, 20 qua de -e Catulli nobile epigramma est. Ivv. 7, 102 (*98 sq.* historiarum scriptores) ingens -rum numerus. *al.* *in locut.* illud in his -bus, *qua introducitur argumentum fere contrarium*: Lvcr. 1, 80 i. in h. -bus vereor, ne forte rearis *eqs.* (*v. Bailey, comm. 1947, ad l.*). 1, 370. 1, 1052 i. in h. -bus longe fuge credere *eqs.* *al. apud eundem.*

Ⓘⓘ *respicitur potius summa gestorum, eventuum sim.*: Ⓐ *quaelibet exempla* (*e prologis comoediarum l. 50 sq. 55 sqq.; c. respectu veritatis l. 52. 55, cf. A6; exempla selecta inde a* Ter.): Plavt. Amph. 118 veterem atque antiquam -m novam ad vos proferam (*al., v. vol. X 2, 1684, 27 sq.*). Asin. 14 inest lepos … in hac comoedia; ridicula -s est. Capt. 52 haec -s agetur nobis, vobis fabula **(**Cic. Tusc. 1, 8 sic eas *disputationes* exponam, quasi agatur -s [*sc. velut in scaena*], non quasi narretur. Hor. ars 179 aut agitur -s in scaenis aut acta refertur. *al., e. g.* Ivv. 4, 35 *tibi, Musa,* non est cantandum, -s vera agitur**)**. Vid. 1 (*loco lacunoso*) hanc -m vetere nomine. Ter. Andr. 24 (*vergit ad notionem sub A1 illustratam*) adeste aequo animo et -m cognoscite (Cic. de orat. 2, 104 cum -m penitus causamque cognovi *eqs.; cf. p. 1386, 52*). Cic. Cluent. 92 num alia -s, alia ratio illius iudicii, alia natura totius negotii nunc est ac tum fuit? 141 ut oratio ex -e et ex causa habita videretur. Hor. sat. 2, 6, 78 vicinus garrit anilis ex -e fabellas. epist. 1, 19, 25 ego … numeros … secutus Archilochi, non -es et agentia verba Lycamben. ars 148 in medias -es … auditorem rapit (*sc. Homerus ut*: Macr. Sat. 5, 2, 9 a -rum medio coepit). Ov. trist. 1, 1, 37 iudicis officium est, ut -es, ita tempora -rum quaerere. Gratt. 62 veterum … fabula -rum (*cf.* Sen. dial. 4, 2, 3 lectiones -rum vetustarum). Phaedr. 2 prol. 7 quicumque fuerit … ⌊narrandi iocus⌋ … -e commendatur, non auctoris nomine (⌊ ⌋ *Rittershausen, alii alia coni.*; n. locus *trad.*). *al.* *significatur id, quod est praecipuum*: Cic. Brut. 112 *huius oratoris dicendi genus* significabat … non prudentiam solum, sed quod maxume -m continebat, fidem (*al., v. vol. IV 707, 8 sqq.*). Liv. 34, 32, 14 (*loq. dux Romanus*) nolo pluribus, summam -m complectar: quibus igitur -bus (*ad A2*) amicitia violatur? Sen. apocol. 11, 4 (*loq. divus Augustus*) summa -i, p(atres) c(onscripti): si honeste inter vos gessi …, vindicate iniurias meas. Ⓑ *-es commemorant historiarum scriptores, tabulae publicae sim.* (*repraesentat artifex p. 1386, 10; saepe agitur de gestis militaribus, cf. A2 et 5; iuncturam q. e.* -s gesta *v. vol. VI 2, 1945, 14 sqq.; exempla selecta inde a* Cic.): Enn. ann. 3 -es atque poemata nostra. 213 scripsere alii -m versibus, quos olim Fauni vatesque canebant. Cic. Manil. 25 poetae …, qui -es Romanas scribunt **(**de orat. 2, 52. *al.* Liv. 31, 1, 2 *me* perscripturum -es omnes R. *al.; cf.* Liv. 1 praef. 1 -es populi Romani [Tac. hist. 1, 1, 1 ann. 4, 32, 1]**)**. Arch. 19 Cimbricas -es adulescens attigit *Archias.* de orat. 2, 54 non exornatores -rum, sed tantummodo narratores. fam. 5, 12, 6 hanc quasi fabulam -rum eventorumque nostrorum. Nep. Cato 3, 2 ut non facile reperiri possit neque de Graecis neque de Italicis -bus, quod ei fuerit incognitum. Verg. Aen. 8, 626 (*in clipeo*) illic -es Italas Romanorumque triumphos … fecerat *Vulcanus.* Ov. met. 15, 810 -rum tabularia *Parcarum.* Liv. 21, 1, 1 -rum scriptores. 45, 43, 8 (*antea*: auctor est Antias *hoc ita esse*) quod *hoc* … non apparebat, auctorem pro -e posui. Plin. nat. 7, 111 Thucydiden … -rum conditorem. Qvint. inst. 10, 1, 95 *Varro* peritissimus linguae Latinae et omnis antiquitatis et -rum Graecarum nostrarumque. Tac. ann. 3, 3, 2 apud auctores -rum. *al.*

β *in praeceptis, definitionibus sim. artis rhet.* (*saepius inter locos argumentorum, e. g. l. 41 sq. 44; v. Lausberg, Handb. der lit. Rhetorik § 377 sqq., Martin, Antike Rhetorik, 1974, 115 sqq.; exempla selecta; cf. l. 55 sqq. 63*): Rhet. Her. 1, 2, 3 dispositio est ordo et distributio -rum (*al., v. vol. IX 2, 954, 82 sqq.*). 1, 3, 4 ⌊narratio⌋ est -rum gestarum aut proinde ut gestarum expositio (⌊ ⌋ *sim. definitur vol. IX 1, 64, 12. 15; cf.* -m narrare: 1, 9, 14 breviter. *al., v. ibid. 72, 27 sq. 32*). *ibid.* divisio …, per quam exponimus, quibus de -bus simus acturi. 1, 4, 8 benivolos auditores facere quattuor modis poterimus: ab nostra, ab adversariorum nostrorum, ab auditorum persona et ab -bus ipsis. 1, 8, 13 (*antea*: in negotiorum expositione) fabula est, quae neque veras, neque veri similes continet -es. 1, 9, 15 ne quam in aliam -m transeamus. 1, 10, 16 de -rum inventione (*al., v. vol. VII 2, 155, 53 sqq.; cf.* -es invenire: 3, 1, 1 rationem -rum inveniendarum. *al., v. e. g. ibid. 150, 21. 27 sqq.*). 4, 1, 1 nihil neque ante -m neque praeter -m locuti sumus. 4, 55, 68 quae ante et post et in ipsa -e facta erunt **(***sim.* Cic. inv. 2, 39 quid sit ante -m factum. 2, 43 ante -m …, in -e …, post -m [*cf. e. g. 2, 45* in ipso negotio, … post negotium]. top. 51 ante -m …, cum -e …, post -m. Qvint. inst. 5, 10, 45 Mart. Cap. 5, 557. *al.***)**. *al.* Cic. de orat. 1, 21 ut omni de -e, quaecumque sit proposita, ornate ab eo *oratore* … dicatur. 3, 203 ab -e digressio …, reditus ad -m (Qvint. inst. 9, 2, 56. *cf. e. g.* Cic. orat. 65 a -e … discedunt. Qvint. inst. 9, 2, 4 digredi a -e et redire ad propositum). Qvint. inst. 3, 5, 2 qui totum opus *oratoris* in -es et in adfectus partiuntur. 3, 5, 4 de -e (*opp.* de iure, *v. p. 224, 3*). 3, 6, 28 quidam … *inter elementa quaestionis* subiciunt '-es', id est *πράγματα.* 5, 10, 23 ut omnia in haec duo partiamur, -es atque personas. 7, 1, 13 videndum est, … in -e quaestionem instituamus an in scripto. decl. 338, 1 prooemium -m praecedit et epilogus finita -e dicitur. Fortvn. rhet. 2, 2 in -e quid consideramus? ⌊thema⌋ (*restit. Calboli Montefusco coll. 1.4* post considerationem thematis; t(h)esi *codd.*).

b *agitur de ratione, quae intercedit inter verbum, sermonem et id, quod describitur* **(***cf. Eggs, Hist. Wörterb. der Rhetorik VII 1200 sqq.; disting.* sententiae, verba *saepius, ceterum e. g.* oratio *l. 74 [cf. vol. IX 2, 883, 63 sqq.]; exempla selecta inde a* Rhet. Her.**)**: Cato ad fil. frg. 15 -m tene, verba sequentur **(***inde pendet* Hor. ars 311 verba … provisam -m non invita sequentur [*cf.* Pollio frg. Porph. *ad l.* male … eveniat verbis, nisi -m sequuntur]. *sim.* Lvcil. 693 -m cognoscas simul et dictis animum attendas postulo. Sen. contr. 7 praef. 3 *Albucius rhetor* dicere solebat …: cum -m animus occupavit, verba ambiunt**)**. Rhet. Her. 1, 2, 3 memoria est firma animi -rum et verborum et dispositionis perceptio ([rec- *var. l.*]. *al., v. vol. X 1, 1204, 15 sqq., ubi addas* Mart. Cap. 5, 442). 4, 8, 11 si quae cuiusque -i poterunt ornatissima verba reperiri …, unam quamque in -m adcommodabuntur. 4, 13, 18 sententiarum exornatio est, quae non in verbis, sed in ipsis -bus quandam habet dignitatem. Cic. Sest. 73 iis verbis, -bus, sententiis. de orat. 2, 56 ut nescias, utrum -es oratione an verba sententiis inlustrentur (*sc. apud Thucydidem*). 2, 145 *materiam dicendi* instructam ornatamque … -bus … et sententiis. Brut. 29 *scriptores* grandes erant verbis, crebri sententiis, compressione -rum breves. Tusc. 5, 10 nec … Pythagoras nominis, *sc. 'philosophiae',* solum inventor, sed -rum etiam ipsarum amplificator fuit. Hor. sat. 1, 4, 47 acer spiritus ac vis nec verbis nec -bus inest (*sc. comoediae*). ars 40 cui lecta potenter erit -s, nec facundia deseret hunc nec lucidus ordo. 49 indiciis monstrare recentibus abdita -rum. 89 versibus exponi tragicis -s comica non vult. 322 versus inopes -rum. Ov. Pont. 1, 1, 17 -bus idem, titulo differt (*sc. hoc opus; alluditur ad trist.*). Manil. 1, 22 aestu carminis et -rum. Petron. 1, 2 -rum tumore et sententiarum vanissimo strepitu (*cf.* Apvl. apol. 25, 4 cur vestra oratio -bus flaccet, strepitu viget?). Qvint. inst. 3, 5, 1 omnis … oratio constat aut ex iis, quae significantur aut ex iis, quae significant, id est -bus et verbis. 10, 1, 84 *Stoici* -bus … acuti magis quam … orationem magnifici. 10, 1, 120 ut … saepius ad curam -rum ab elocutione respiceret *orator qui-*

[Ok.]

dam. al. *in veriloquiis sim. explicantur origines nominum, vocum e natura, proprietate, condicione, eventu*: LVCR. 6, 740 quod 'Averna' (*sc. loca*) vocantur nomine, id ab -e impositumst, quia sunt avibus contraria (*i. ἄορνα*). SALL. Iug. 78, 1 inter duas Syrtis, quibus nomen ex -e inditum (*cf. gr. σύρειν*). OV. am. 1, 8, 3 ex -e nomen habet *Dipsas.* 1, 12, 27 vos -bus duplices *esse* pro nomine sensi (*ad tabellas mendaces, v. vol. V 1, 2259, 79 sq.*). 3, 3, 23 sine -e nomen deus est frustraque timetur (*cf. gr. δέος*). met. 13, 569 (*Hecuba in canem mutata est*) locus ... ex -e nomen habet (*i. κυνὸς σῆμα*). fast. 5, 149 est moles nativa loco, -s nomina fecit, appellant Saxum. LIV. 1, 17, 6 annuum ... intervallum regni fuit; id ab -e ... interregnum appellatum. 37, 31, 10 Naustathmon ab -e appellant, quia ingentem vim navium capit. 38, 18, 4 *Axylon* ab -e nomen habet. COLVM. 6 praef. 3 (*si recte legitur*) iumenta ... ⌊nomen a -e⌋ traxere, quod nostrum laborem ... iuvarent (⌊ ⌋ nominare *var. l.,* nomina a -e *Lundström,* nomina *Corsetti*). *al.*

3 *-s ponitur pro causa vel pro fine agendi*: **a** *in locut. c. praepos. sim.* (*cf.* GLOSS. IV 558, 35 sq. quam ob -m: pro qua -e, aut idcirco. qua de -e: quod supra. *exempla selecta*): **α** ad -m, -es (*cf. p. 1374, 31*): PLAVT. Bacch. 143 an hoc ad eas -es opsonatumst *eqs.*? 673 occasio ad eam -m fuit ..., ut *eqs.* Epid. 276 quam ad -m istuc refert? :: rogas? ut *eqs.* (Truc. 70 quos *lenones* ... quam ad -m dicam in argentariis referre habere ..., nescio). Men. 686 quia commisi, ut me defrudes, ad eam -m adfectas viam. Mil. 220 arripe opem ... ad hanc -m. 613 magis non potest esse ad -m utibile. 771 mi anulum dari istunc tuom volo. :: quam ad re⟨m⟩ usui est? (*cf.* CAES. Gall. 4, 31, 2 [*sim.* 7, 11, 5] quae ad eas -es erant usui). Pseud. 420 eum velle amicam liberare et quaerere argentum ad eam -m. CATO agr. 161, 4 id *stercus* est optimum ad eam -m. VARRO Men. 532 ad quam -m nobis est confluvium, ad quam -m urnarium? rust. 1, 9, 1 terra ... refert ... ad quam -m bona aut non bona sit. 2, 10, 5 ad quam -m habent iumenta. CIC. Verr. II 5, 169 Italiae conspectus ad eam -m ... delectus est, ut *eqs.* LIV. 38, 51, 3 *Scipionem non* ad aliam -m eo profectum *esse,* quam ut *eqs.* *et saepe.* *in locut.* ad -m facit: APVL. met. 4, 8, 6 si quid ad -m f., ... auctiores remeavimus. apol. 31, 1 piscis ad quam -m f. captus, nisi ad epulas coctus? **β** -i, -rum causā (*cf. p. 1377, 36*): ENN. frg. var. 71 id eius -i c. fecit, uti *eqs.* *al., v. e. g. vol. III 682, 39 sq.* **γ** de -e, -bus: PLAVT. Mil. 1411 iura te non nociturum esse homini de hac -e nemini, quod tu ... verberatu's. Poen. 317 nimia nos socordia hodie tenuit. :: qua de -e ...? :: quia *eqs.* (*item interrog. e. g.* 733 leno errabit. :: q. de -e? :: ... quia *eqs.* TER. Andr. 184. *cf. var. lect. p. 1388, 19*). *al., v. vol. V 1, 65, 50 sqq., ubi non omnia huc pertinent.* **δ** -i, -rum ergo: CATO agr. 132, 1 eius -i e. (*al.* LIV. 40, 52, 7. *al.*). 141, 2 cuius -i e. (LIV. 41, 28, 9). *sim. al., v. vol. V 2, 759, 59 sqq.* **ε** ex -e: TER. Andr. 385 dic te ducturum. ... :: numquam faciam. :: ne nega ..., ex ea -e quid fiat, vide. Eun. 873 saepe ex huiusmodi -e ... magna familiaritas conflatast. *al.* RHET. Her. 4, 50, 63 veniunt hospites homini, quos iste ... invit⟨ar⟩at; ex ea -e homo ... conturbatur. CIC. inv. 2, 33 si *aliquem* ... avarum ... demonstrare non possis, aliis adfinem vitiis esse doceas, et ex ea -e non esse mirandum *eqs.* *al.* **ζ** -i, -rum gratiā: CIC. part. 28 *principia orationis* sumuntur ... trium -rum g., ut amice, ut intellegenter, ut attente audiamur. DECRET. decur. Pis. (CIL XI 1420) 29 eius -i g. LIV. 29, 17, 3 duarum -rum g., unius, ut ..., alterius, quod *eqs.* QVINT. decl. 277, 7 interrogo vos, cuius -i g. *eqs.* *al., e. g.* VET. LAT. I Ioh. 3, 12 (Aug. civ. 15, 7) cuius -i g. occidit *Cain fratrem*? quia *eqs.* (*gr. χάριν τίνος, Vulg.* propter quid). **η** in -m, -es: R. GEST. div. Aug. 16 quam in -m *tot* seste⟨rtium⟩ ... impendi. *al., v. vol. VII 1, 766, 58 sqq.* **θ** ob -m, -es (*iuncturam frequentissimam sub illa voce fuse tractavimus, v. vol. IX 2, 23, 19 sqq. 28, 55 sqq. 29, 36 sqq. 74 sqq. 30, 57 sqq. 31, 31 sqq.; ideo hic exempla invenias antiqua paucissima inde selecta, quibus illustrentur usus varii*): NAEV. com. 39 ultro meretur, quam ob -m ametur. 128 ⌊causam, quam ob -m⌋ perdas mulierem (⌊ ⌋ *cf. vol. III 676, 79 sqq.*). PLAVT. Amph. 113 *Iuppiter* cum illa cubat, et haec ob eam -m nox est facta longior. 990 *Iovis* iussu nunc huc me adfero, quam ob -m ... par est via decedere. Aul. 416 ad trisviros ... deferam nomen tuom. :: quam ob -m? 736 quid ego ... demerui ... mali, quam ob -m ita faceres *eqs.*? Bacch. 58 *p. 1393, 17.* Mil. 319 non tu ... iubes? :: quam ob -m iubeam? Pseud. 795 ob eam -m Orcus recipere ad se hunc noluit, ut *eqs.* TER. Eun. 148 habeo hic neminem ...; quam ob -m ... cupio *eqs.* Phorm. 526 non pudet vanitatis? :: minime, dum ob -m. CATO orig. 95[d] ecquis est ..., qui ... aequum censeat poenas dare ob eam -m, quod *eqs.*? *et saepissime.* **ι** pro -e, -bus: TER. Andr. 918 ni metuam patrem, habeo p. illa -e quod moneam probe. *al., v. vol. X 2, 1435, 14 sqq.* **κ** propter -m: PLAVT. Cas. 278 subolet hoc iam uxori quod ego machinor; p. eam -m magis armigero dat operam. *al., v. e. g. vol. X 2, 2120, 45 sqq. 2126, 68 sqq.* **λ** super -e: PACVV. trag. 237 qua s. -e interfectum esse dixisti Hippotem? (*locum affert* Fest. p. 305 *'super'* ponitur etiam pro 'de'; *de sensu v. Schierl, comm. Pacuv., 2006, 373*).

b -e, -bus *abl. causae vel instr.* (*semper c. pron. demonstr. vel relat.; exempla selecta tantum*): **α** ea -e: PLAVT. Aul. 799 ea -e repudium remisit avonculus causa mea. CATO agr. 158, 2 ea -e tot -es (*ad p. 1366, 52*) sunt, uti bene deicias, *sc. alvum* (CIC. fam. 13, 46 ea -e utrumque scripsi, ut *eqs. al.*). RHET. Her. 2, 17, 26 ea -e ..., quod *eqs.* (*al., v. vol. VII 2, 478, 8 sq.* [*addas e. g.* CIC. Att. 11, 12, 1 BRVT. Cic. ad Brut. 25, 4]; *cf.* CIC. Verr. II 4, 45 quod ..., ea -e). 4, 20, 28 ea -e, qui his *generibus* bene utuntur, plerumque simul ea conlocant *eqs.* 4, 28, 39 ea -e ..., quia *eqs.* (CIC. off. 3, 53 Att. 12, 18[a], 2). *ibid.* si stultus es, ea -e taces; non tamen si taces, ea -e stultus es (*v. app. crit.*). CIC. Att. 8, 8, 1 *p. 1394, 63.* fam. 9, 2, 3 metuit et ea -e fugit. TERT. adv. Marc. 1, 7, 2 deus *est* nemo ea -e, qua deus dicitur. *al.* **β** hac -e, his -bus (*cf. l. 60*): *v. vol. VI 3, 2746, 36 sqq., quibus addere possis e. g.* TER. Haut. 669 CAEL. Cic. fam. 8, 11, 2 VAL. MAX. 3, 6, 1. SEN. epist. 9, 9 (*bis*). HYG. astr. 2, 4, 3. 4, 14, 4 hac ... -e, quod. **γ** qua -e (nescioqua -e *l. 18*), *sc. fere i. q. quapropter* (*v. Hofmann-Szantyr 458; ceterum cf. l. 47 et vocem* quare): PLAVT. Epid. 597 q. -e filiam credidisti nostram? :: servos ... dixit mihi. Merc. 365 sollicitus mihi nescioqua -e videtur. TER. Andr. 909 itane huc paratus advenis? :: q. -e? :: rogas? (qua de -e *var. l.*). Haut. 26 q. -e omnes vos oratos volo, ne *eqs.* (*inducit enunt. primar. ut*: Eun. 42 q. -e aequom est vos cognoscere *eqs.* ELOG. Scip. [CE 8] 6). RHET. Her. 1, 4, 6 si ... id oportebit ostendere, q. -e causa sit honesta (*inducit interrog. obl. ut*: 1, 17, 27 in ea *constitutione* nec ratio, q. -e fecerit, quaeritur, ... nec *eqs. al.*). CIC. Verr. II 3, 71 VARRO ling. 9, 11. *al.* **δ** quibus -bus (*sc. pron. sive relat. sive interrog.; cf. l. 64*): CIC. inv. 1, 4 q. -bus tantum odii ... suscepit eloquentia, ut *eqs.* div. in Caec. 10 q. -bus adductus ad causam accesserim, demonstravi. Verr. I 4 expectatio accusationis meae concursusque tantae multitudinis, q. ego -bus ... perturbor. CAES. civ. 3, 59, 4 q. illi -bus permoti. NEP. Milt. 2, 3 q. -bus fiebat, ut *eqs.* *et saepe.*

c *dat. fin.* (*exempla selecta*): PLAVT. Asin. 589 vellem habere perticam. :: quoi -i? :: qui verberarem asinos (*sim. in interrog.*: Poen. 479 praesternebant folia farferi. :: quoi -i? :: ad fundas viscus ne adhaeresceret. Truc. 394 cui -i te adsimulare retulit? :: ut esset *eqs.* [*v. p. 633, 1 sqq.*]. TERT. resurr. 38, 1 cui -i istud? *al.*). Mil. 802 *p. 1390, 22.* Poen. 49 (*in ioco*) *argumenti* limites, confinia determinabo: ei -i ego finitor factus sum. TER. Ad. 854 *p. 1392, 48.* TRAG. inc. 85 (= ENN. scaen. 312, *sed v. Jocelyn, 1967, 394*) ego cum genui *filios,* tum morituros scivi et ei -i sustuli. *al., e. g.* SEN. epist. 47, 6 huic uni -i vivit, ut altilia decenter secet.

d *cetera exempla* (*selecta*): PACVV. trag. 222 quae -s te ab stabulis abiugat? CIC. top. 58 locus -rum efficientium, quae causae appellantur. fam. 5, 4, 1 *p. 1392, 16.* PLANC. Cic. fam. 10, 7, 1 breviorem me duae -s faciunt: una, quod *eqs.* CAES. civ. 3, 84, 2 quae -s ... confirmatiorem eius exercitum efficiebat. SEN. epist. 83, 25 haec illum -s hostem ... reddidit, haec crudelem fecit. ARNOB. nat. 2, 1 p. 65, 6 ⌊quid -i, quid causae est⌋, quod *eqs.*? (⌊ ⌋ = 7, 10 p. 354, 4). *al.*

4 *-s ponitur pro modo, quo aliquid fieri, agi, esse dicitur* (*passim abl. modi vel instr., maxime c. pron.*): **a** qua -e (*certiora selecta, quibus addas exempla p. 1391, 33 sqq. allata; cf. l. 15 et vocem* quare): TER. Eun. 11 causam dicere prius unde petitur, aurum q. -e sit suom, quam *eqs.* 369 quid si nunc tute fortunatus fias? :: q. -e, Parmeno? responde. Ad. 327 alienus est ab nostra familia. :: ... q. -e? :: amare occepit aliam. ACC. trag. 1 q. -e alia ex crimine inimicorum effugere possis, delica. RHET. Her. 2, 4, 7 q. -e scire poterit, utrum *eqs.* CIC. S. Rosc. 94 permulta sunt, quae dici possunt, q. -e intellegatur summam tibi facultatem fuisse maleficii suscipiendi. p. red. ad Quir. 20 ille, q. -e plurimum potuit, ea ipsa -e inimicos suos ultus est, armis. LVCR. 2, 960 q. -e potius leti iam limine ab ipso ad vitam possint ... reverti? HOR. epist. 2, 2, 96 audi, ... q. -e sibi nectat uterque *poeta* coronam (*v. Brink, comm. 1982, ad l.*). *al.* **b** *cetera exempla* (*selecta inde a* CIC.): TER. Hec. 702 tot nunc me -bus miserum conclusit pater. Eun. 172 illam cupio abducere atque hac -e arbitror id fieri posse maxume (245 neque ridiculus esse neque plagas pati possum. :: quid? tu h. -bus credis fieri? 723 h. -e, *sc. tacendo,* ... te omni turba evolves. RHET. Her. 1, 6, 10 *p. 1393, 3.* VAL. MAX. 2, 7, 8. *al.; cf. l. 12*). CIC. Quinct. 55 non quid habeam, sed quibus -bus invenerim quaerant (Cluent. 49 eum, q. -bus possent, defendere. de orat. 1, 88 *Demosthenem* non fuisse ignarum, q. ⌊ea⌋ -bus consequeretur [⌊ ⌋ *sc. animos permovere*]. *al.* NEP. Att. 11, 1. *al.; cf. l. 24*). Mil. 34 usitatis ... -bus enitendum est Miloni, ut tueatur dignitatem suam. Att. 8, 3, 2 etsi multis -bus significat se nobis esse amicum, ... tamen *eqs.* fam. 2, 4, 2 quam *exspectationem* tu una -e facillime vinces, si *eqs.* LIV. 30, 12, 16 si nulla -e alia potes, morte me ut vindices ab Romanorum arbitrio oro. TERT. praescr. 9, 1 hic expetit sensus ⌊certa -e⌋ cum interpretationis gubernaculo (⌊ ⌋ *D'Alès,* certare *codd.*). *al.*

5 *accedit adi., quo pressius definitur, de quo agatur* (*respici possunt omnia cuiuslibet generis, quae ad id spectant, quod per adi. indicatur; exempla pauca selecta post* PLAVT.): **a** *varia*: PLAVT. Cas. 101 ur-

[Ok.]

banis -bus (POMPON. Atell. 102 CIC. Mur. 22 Phil. 12, 24 CAES. Gall. 7, 6, 1. VARRO rust. 2 praef. 1 ut *maiores nostri* nonis modo diebus u. -es usurparent. *al.*). Epid. 158 ego de -e argentaria iam senatum convocabo in corde consiliarium. *al.* CATO agr. 5, 7 -s rustica sic est: si *eqs.* (CIC. de orat. 2, 38 si de r. -bus agricola ... diserte scripserit. VARRO rust. 1, 17, 4 periti ... -rum r. *al.*). orig. 34 -m militarem (*al., v. e. g. vol. VIII 953, 2 sqq.*). CIC. Verr. II 5, 43 -m navalem primum ita dico esse administratam (*ceterum v. vol. IX 1, 208, 20 sqq.; cf. p. 1373, 72*). 5, 70 (*v. p. 1071, 67*) -bus ... maritimis (*al., v. vol. VIII 400, 20 sqq.; cf. p. 1366, 58. 73. 1367, 39*). 5, 186 vos ... omnium -rum forensium ... arbitri et testes ..., Castor et Pollux (*al., v. vol. VI 1, 1052, 69 sqq.*). Sest. 39 -m frumentariam (*al., v. e. g. vol. VI 1, 1406, 73 sqq.*). 97 de -bus domesticis (*al., v. l. 14 et vol. V 1, 1869, 41 sqq.*). Planc. 30 omnibus ... -bus ..., tam externis quam domesticis (*al., v. vol. V 2, 2023, 13 sq.*). de orat. 2, 66 de mathematicis, de musicis -bus (VITR. 9 praef. 13). 2, 152 plus ... operae Graecis dedisse -bus (2, 153. rep. 1, 36 expertem G. -rum). VARRO ling. 5, 155 curiae duorum generum: nam et ubi curarent sacerdotes -es divinas ... et ubi senatus humanas (*al., v. vol. VI 3, 3089, 40 sqq.*). *al.*

b -(e)s nova(e) **(***aliter e. g. p. 1371, 69. 1373, 1; in veriloquio* VARRO ling. 6, 58 nuntius ... est a ⌞novis⌟ [quis *trad.*] -bus nominatus; *notatur* r n PROB. litt. sing. 6, 75. *cf. p. 1379, 73 sqq.***)**: PLAVT. Cist. 505 inter n. -m verbum usurpabo vetus. Most. 466 quam subito -m mihi adportas n.? 1003 quid tu otiosus -es n. requiritas? Pseud. 601[a] n. -s subito mi haec obiecta est. TER. Hec. 298 em n. -s ortast. CIC. Verr. II 1, 19 quis *fuit* tam n. -rum iudiciorum iudicumque cupidus, qui non ... commoveretur? Catil. 1, 3 Sp. Maelium n. -bus studentem (*sc. fere seditioni ut*: Sest. 104 neque n. -rum est cupidus *populus.* Mil. 34 sine maximo -rum n. metu. *al.* CAES. Gall. 1, 9, 3 SALL. Catil. 37, 1 HOR. epod. 16, 6. *al., v. e. g. vol. IV 1425, 62 sqq.*). LVCR. 5, 97 nec me animi fallit, quam -s n. miraque menti accidat exitium caeli terraeque futurum. CAES. Gall. 6, 37, 3 nostri -e n. perturbantur. LIV. 2, 2, 8 tam n. -i ac subitae admiratio. 31, 29, 3 in nulla n. -e. CELS. 1, 3, 1 quasdam ... observationes desiderant et n. -es et corporum genera *eqs.* SEN. nat. 3, 28, 7 (*in imag.*) quandoque *deo* placuere -es n. mundo, ... in nos mare emittitur desuper. PETRON. 27, 3 notavimus ... -es n. TAC. Agr. 34, 3 novissimae -es et extremo metu torpor (corpora *trad.*) defixere aciem *hostium* in his vestigiis. *al.*

CAPVT ALTERVM *syntactica et stilistica illustrans*: **I** *illustratur ratio intercedens inter vocem q. e.* -s *et neutra* (*cf. IIIA 7*): **A** -s *cum altera voce ibi ponitur, ubi neutra poni possunt* (*fort. ad vim augendam e. g. p. 1390, 12 sq. 51*): **1** *respondet pronomini demonstr., interrog., relat.* (*saepe casu gen. vel dat., ne fiat confusio cum animanti; rarius occurrunt pron. neutr. his casibus, e. g.* eius, ei *vol. VII 2, 482, 23 sqq.*): **a** ea (illa, ista, haec) -s *pro* id (illud, istud, hoc): PLAVT. Amph. 1068 ea -s **(**[*v. p. 1380, 61*]. Cas. 278 propter eam -m. Epid. 297 in ea -e. Merc. 926 eam -m ... exquirit. *al.* TER. Andr. 445 [*444* id]. Haut. 851 ea -s nunc agitur ipsa. *al.* CATO agr. 157, 14 ea -s sanum faciet cito. *al.* RHET. Her. 3, 22, 37 [*antea p. 1390, 4*] nam ea -s quoque faciet, ut facilius meminisse valeamus. 4, 17, 24. *al.; variant* ea -s *et* id *in fontibus* LEGIS Aquiliae *vol. VII 2, 472, 23***)**. Asin. 182 illi -i **(**[*v. p. 1392, 72*]. Bacch. 770 illaec -s. *al., e. g. p. 1393, 34. 36; cf. neutr.* illud *vol. VII 1, 363, 59 sqq.***)**. Bacch. 164 (*163* istaec) nimio es tu ad istas -es discipulus docilior quam ad illa, quae te docui **(**Cist. 721 [*720* istuc ago] inter -m agendam i. Poen. 680. *al.* TER. Phorm. 588 istaec ... -s. *al.***)**. Capt. 790 age hanc -m **(**Most. 1173 quiesce h. -m modo petere. Stich. 18 [*11* hoc ... crucior] h. -es vitae me ... saturant, haec mihi ... senio sunt. *al.* TER. Andr. 46 hoc primum in h. -e praedico tibi. Haut. 564 acta h. -s est, perii. *al.* CATO agr. 157, 10 *hominem debilem* h. -s sanum facere potest: brassicam edit *eqs.* RHET. Her. 2, 18, 27 h. ... -s facit, ut *eqs. al.***)**.

b quae -s *pro* quid, quod: **α** *usu interrog.*: PLAVT. Amph. 50 q. -m oratum huc veni, ... proloquar (*cf. 64* hoc me orare). 270 *p. 1375, 68.* Asin. 477 *p. 1384, 38.* 881 aucupemus ... clanculum, q. -m gerant. Bacch. 110 te sequor exspectans, q. tu -es ... geras. Curc. 92 q. te -es agitant? Men. 812 deos ... do testes. :: qua de -e aut cuius -i -rum omnium? *al.* TER. Andr. 8 q. -m vitio dent, ... animum advortite. Haut. 251 q. -s te sollicitat autem? :: rogitas, quid siet? *al.* **β** *usu relat.* (*exempla pauca selecta*): PLAVT. Aul. 218 q. -s recte vortat *eqs.* (*v. p. 1395, 30*). TER. Eun. 57 (*agitur de amore*) q. -s in se ... modum *non* habet ullum, eam consilio regere non potes. LVCIL. 971 q. ... populi ⌞risu -s⌟ pectora rumpit (⌞ ⌟ *Madvig,* oris aures *sim. trad.*). 1227 ut, q. -s me impendet, agatur. RHET. Her. 1, 10, 17 suspicionem ... artificii, q. -s fidem abrogat orationi. VARRO rust. 2, 1, 24 ut quosdam *natos matri* subducas, q. -s facere solet, ut reliqui melius crescant. *et saepe.*

2 *respondet pronomini indef.*: **a** (ali)qua -s *pro* (ali)quid (*accedit adi. attrib. e. g. p. 1390, 1. 2*): PLAVT. Epid. 151 a. -s reperibitur. Persa 449 si quam -m accures. TER. Ad. 358 *p. 1377, 50.* LVCIL. 545 *filiam nobilem* a. -m insignem habuisse, verrucam, naevum *eqs.* RHET. Her. 1, 6, 10 ab a. -e, quae risum movere possit. 2, 21, 33 a. -m idoneam praeterimus. 3, 4, 7 si qua -s ... placeat. 3, 22, 35 si quas -es ... videmus parvas (*postea*: si quid videmus ... inhonestum). 3, 22, 37 si ... ridiculas -es a. imaginibus adtribuamus (*postea p. 1389, 47*). *al.* CIC. Mur. 63 errasti a. in -e. *al.* **b** quaedam -s *pro* quoddam (*accedit adi. l. 8*): PLAVT. Persa 493 est -s q., quam occultabam tibi dicere. Trin. 324 RHET. Her. 2, 17, 26. 4, 34, 45. CIC. Tusc. 3, 3 est ... gloria solida q. -s et expressa.

3 nulla -s *pro* nihil **(***sim.* ulla -s *c. negativis sub 4; et hic et illic saepius accedit* alia, *sequitur* nisi, quam [*usu compar.*], quin; *c. adi. attrib. l. 26; exempla selecta***)**: **a** *casu nom. vel acc.*: PLAVT. Amph. 728 atra bili percitus est; n. -s tam delirantis homines concinnat cito. Most. 1094 n. -m sapis. frg. inc. 7 n. ego -m citiorem ... esse quam famam reor. TER. Hec. 800 ob -m n. (SEN. dial. 3, 11, 4 ob n. aliam -m). Haut. 805 nullast tam facilis -s, quin difficilis siet, quam invitus facias. CATO agr. 157, 7 n. -s tam purgat quam brassica (*sim.* 157, 12. *cf. 157, 5* salubrius nihil est). PACVV. trag. 388. RHET. Her. 2, 7, 11 n. -m esse, quam *eqs.* 3, 5, 8 n. -m utiliorem esse incolumitate. CIC. Verr. II 3, 53 quod *edictum* n. ad aliam -m nisi ad huius modi quaestus pertinebat. Phil. 5, 20 n. -s ... nisi *eqs.* Tusc. 1, 47 cum ... nihil erit praeter animum, n. -s obiecta impediet, quo minus *eqs. al.* **b** *ceteris casibus* (*adde p. 1377, 46 sqq.*): PLAVT. Mil. 802 *miles* nisi adulterio studiosus -i nulli aliaest improbus. TER. Andr. 425 nullane in -e esse ... homini fidem! (CIC. Verr. II 5, 122 *testis* eadem dicit, n. in -e discrepat. Tull. 4. *al., e. g. l. 30*). Haut. 109 n. ... ex -e ... nisi ex nimio otio **(**CIC. rep. 6, 27 [= Tusc. 1, 54] *principium* n. ex -e alia nasci potest [*Plato Phaedr. 245*^{D} *μηδ' ἐξ ἑνός*]**)**. RHET. Her. 3, 3, 5 ab n. -e honesta. 4, 9, 13 n. ... -e inducti, n. spe freti. 4, 49, 62 nullius -i nisi dignitatis causa. CIC. Verr. II 3, 1 n. -e commoti alia nisi *eqs.* 3, 3 cum se nullius -i tam paenitere diceret, quam quod *eqs.* 5, 53 ut n. -e umquam terreamur. Mur. 61 sapientem nihil opinari, nullius -i paenitere, nulla in -e falli. har. resp. 61 hunc statum ... n. alia -e nisi concordia retinere possumus. *al.*

4 ulla -s (*exempla selecta; v. quae ad 3 adnotavimus; loco dubio supra p. 1368, 2*): TER. Hec. 239 mage quam u. aliam -m. Ad. 349 neque pretium neque -m u. RHET. Her. 4, 9, 13 cum sibi ... non pecuniam ... praesto esse viderent, non denique u. -m, quae -s pertinet ad bellum administrandum. CIC. div. in Caec. 67 neque ... magis animos ... -s umquam u. commovit, quam *eqs.* Verr. II 1, 82 Lampsacenos ... numquam u. -s mitigasset, nisi *eqs.* Cluent. 92 non opinor ... -m u. potuisse mutari. Catil. 1, 22 quid loquor? te ut u. -s frangat. Planc. 36 u. in -e nisi in *eqs.* rep. 2, 7 nec ... u. -s magis ... Corinthum pervertit ..., quam *eqs.* (off. 2, 84. *al.* LVCR. 1, 513. *al., e. g.* BELL. Afr. 47, 3 NEP. Timol. 3, 5 OV. met. 12, 185. LIV. 32, 8, 4 neque u. alia -s *eqs.*). off. 3, 82 est ... u. -s tanti ..., ut viri boni ... nomen amittas? ad Q. fr. 1, 2, 13 numquam u. in -e. *al., e. g. l. 48.*

5 *varia* (*sc.* una -s *pro* unum *sim.*): PLAVT. Asin. 421 cui numquam unam -m me licet semel praecipere **(**Capt. 488 pergo ad alios, venio ad alios ...: u. -s! TER. Phorm. 831 *p. 1393, 39.* Ad. 258 u. hanc -m. RHET. Her. 4, 27, 37 [*antea*: unum quodque] u. quamque -m certo verbo concludi videmus. *al., e. g.* SEN. epist. 31, 3 fieri ... non potest, ut u. ulla -s modo mala sit, modo bona**)**. Bacch. 268 adulterare -bus ceteris (*al., e. g. p. 1364, 34. 71. 1371, 63. 1384, 55. 1392, 62 et vol. III 966, 81 sqq.*). 473 omnem -m scio **(***al., e. g. p. 1367, 66 sqq. 1384, 12 et* Poen. 238 o. -bus [*239* omnia]. TER. Phorm. 908 o. posthabui mihi -es. CIC. div. in Caec. 61 cum o. -bus inferior sis. LVCR. 1, 159 ex o. -bus omne genus nasci posset [*cf. 172* nequeunt ex omnibus omnia gigni]. VET. LAT. II par. 23, 19 [cod. 109. *al.* = VVLG.] inmundus in o. -e [*gr. εἰς πᾶν πρᾶγμα*]**)**. Rud. 983 ausu's ... comparare vidulum cum piscibus? eadem tandem -s videtur? (RHET. Her. 4, 22, 37. *al., v. e. g. vol. VII 1, 183, 36 sq. 197, 43 sq.*). TER. Eun. 631 coepi ... aliam -m ex alia cogitare et ea omnia in peiorem partem (*al., v. vol. I 1626, 69 sqq.; cf.* (n)ulla a. -s *saepius sub 3 et 4 supra*). *al.*

B *in contextu iuxta ponuntur vox q. e.* -s *et neutra* (*locos, ubi gen. partit.* -i, -rum *e pron. neutro pendet, v. p. 1396, 13 sqq.*): **1** *variationis causa* (*exempla pauca probabiliora*): PLAVT. Bacch. 164 istaec ..., ad istas -es ..., ad illa (*v. p. 1389, 51*). Men. 752 pariter hoc atque alias -es soles, *sc. agere.* Stich. 473 *p. 1397, 9.* TER. Andr. 445 amavit, tum id clam; cavit, ne umquam infamiae ea -s sibi esset. Hec. 601 *p. 1384, 55.* CIC. Mur. 61 nihil ..., nullius -i ..., nulla in -e (*v. l. 30*). Phil. 2, 54 si non intellegis hoc litteris mandari, hoc memoriae prodi, huius -i ne posteritatem quidem ... umquam immemorem fore *eqs.* LVCR. 1, 150 nullam -m e nihilo gigni. 4, 1039 alias aliud -es commovet. SEN. contr. 7, 5, 8 bellas -es dixerunt ...; illa, quae belle dicta sunt. *al.*

2 *cum incongruentia quadam* (*v. Hofmann-Szantyr 431 sq.; discordant etiam numeri sing. et plur. e. g. l. 74. p. 1391, 11. 21*): **a** *excipitur vox q. e.* -s *per neutrum* (*exempla selecta tantum*): PLAVT. Amph. 966 -m divinam ... faciam, vota quae sunt. Capt. 227 tanta incepta -s est: ... hoc

[Ok.]

agendum est. Curc. 353 omnis -s parata est; et nos, quibus paratum est, adsumus. 671 hoc prius volo, meam -m agere. :: quid id est? Trin. 594 ea -e …, id (*v. p. 1392, 27*). Ter. Haut. 876 *p. 1394, 28.* Cato agr. 158, 2 ex iis tot -bus quod scriptum est unum, quod eorum vis *eqs.* Cic. p. red. in sen. 27 decrevistis, nequis … -m impediret; qui id impedisset *eqs.* ac. 2, 62 cum -es occultissimas aperueris … *et* dixeris ea te comperisse. nat. deor. 2, 15 quarum -rum …, ea. div. 2, 117 -rum futurarum …, ut ea *eqs.* Lael. 103 ex omnibus -bus … nihil (*sim.* Sen. dial. 1, 6, 7). Lvcr. 1, 56 unde omnis natura creet -es …, quove eadem … natura perempta resolvat. 1, 450 his … duabus -bus …, ⌊horum⌋ eventa (harum *Bernays praeter necess., v. Deufert, Krit. Komm., 2018, 16*). 3, 184 -s … ulla …, quorum. Varro rust. 1, 1, 11 circumcisis -bus, quae non arbitror pertinere ad agri culturam. Sall. Iug. 41, 1 otio atque abundantia ⌊earum⌋ -rum, quae prima mortales ducunt (⌊ ⌋ *del. Reeve*). Liv. 32, 29, 5 -bus … divinis …, quae … agenda erant. Tab. Albertini 4, 22 de s(upra)s(cri)p(tam) -m, de quo agitur (*sim.* 11, 13. *al. ibid.*). *al.* **b** *excipitur neutrum per vocem q. e.* -s (*exempla selecta*): Plavt. Curc. 172 hoc … est, quam ob -m cupiam vivere (*al., e. g. vol. IX 2, 31, 48 sqq.; cf. e. g.* nihil, q. ob -m *ibid. 31, 62 sqq.*). Merc. 337 quidquid …, quam -m. Poen. 815 id …, quoi -i operam dedimus. *al.* Ter. Haut. 99 haec clam me omnia; ubi -m rescivi *eqs.* Eun. 621 illa, quae cupiebat de sorore eius indicare, ad eam -m tempus non erat. Tvrpil. com. 202 coronam, mensam …, haec huiusmodi, quibus -bus vita amantum invitari solet. Lvcil. 812 omnia alia, in quibus ecferimur -bus. Carm. cil i^2 2662, 2 *p. 1372, 62.* Lex Atinia (Gell. 17, 7, 1) quod subruptum erit, eius -i aeterna auctoritas esto. Rhet. Her. 2, 12, 17 qui ea tollit, ex quibus -bus civitatis amplitudo constat. 3, 3, 4 aliquid, cuius -i. 3, 11, 19 unum (unam *var. l.*) de quinque -bus. Lex vic. Furf. (cil i^2 756) 13 quod emptum erit, eis -bus eadem lex esto, quasei sei *eqs.* Lvcr. 4, 885 id, quod *mens* providet, illius -i constat imago. Cic. Att. 6, 6, 4 hoc melius et huius -i plura exempla. Varro ling. 6, 41 cum cogitamus quid et eam -m agitamus in mente. Liv. 21, 13, 8 haec …, haec …, aliquid ex his ⌊-bus⌋ (*del. Wölfflin*). Gell. 14, 2, 14 si … id sciat, super qua -e *eqs. al. neutr. plur. sequitur iunctura* qua -e (*abl. instr.*): Cic. S. Rosc. 41 quaeramus, quae tanta vitia fuerint in … filio, q. -e is patri displiceret. 94 *p. 1388, 53.* Planc. Cic. fam. 10, 21, 1 omnia feci, q. -e … perditis resisterem. Caes. Gall. 5, 31, 5 omnia excogitantur, q. -e nec sine periculo maneatur et *eqs. al.*

II -s *refertur ad aliquid in contextu propiore commemoratum* **(***accedunt pron. demonstr. vel relat. saepissime, numeri sim. p. 1393, 5 sqq. 38 sqq. 63. 73 sqq. 1394, 30 sqq. et saepius; c. adi. vel nude ponitur e. g. l. 65. p. 1393, 56. 1394, 18. 24 et sub C1; exempla, ubi contextu latiore memorata excipiuntur, hic fere negleximus, cf. p. 1383, 31 sqq.***)**: **A** *spectat ad antecedentia*: **1** *usu q. d. anaphorico* (*plur.* -es *hic illic ad singula antea commemorata refertur, e. g. l. 54. 61 et vol. VI 3, 2727, 83, vice versa sing.* -s *ad plura, e. g. p. 1392, 38 sq.*): **a** *refertur ad enuntiata vel partes eorum* (*ad acc. c. inf. e. g. l. 57. 71, imperat. l. 56, inf. l. 51, gerund. p. 1392, 21; saepe laxius ad enunt. praecedentia, e. g. l. 49. 52*): **α** *vario usu*: ① *quaelibet exempla* (*paucissima selecta*): Plavt. Amph. 80 sat habet favitorum semper qui recte facit, si illis fides est, quibus est ea -s, *sc. favere,* in manu. Asin. 844 (*843* istaec est tecum) ea -s me male habet. Bacch. 297 (*antea*: aurum … auferre; *v. p. 1375, 61*). Men. 453 (*452* contionem habere) ad eam -m otiosos homines decuit deligi. Rud. 519 (*in lusu verborum*) quin tu hinc is a me in maxumam malam crucem? :: eas; easque -es agebam commodum. Ter. Hec. 625 factumst abs te turpiter, etsi tibi causast de hac -e. Eun. 621 *l. 21.* Cato agr. 25 vinaceos … succernito …, cribrum illi[us] -i parato. Rhet. Her. 2, 26, 41 eum esse hominem … fraudulentem; ei -i testimonium esse, quod *eqs.* Cic. de orat. 2, 315 hisce omnibus -bus consideratis **(***item in abl. absol.*: Caes. Gall. 1, 30, 5 *hoc* petierunt …; ea -e permissa *eqs.* 1, 31, 2 ea -e impetrata *eqs.* 6, 9, 3 duabus de causis Rhenum transire constituit …; his constitutis -bus *eqs.* civ. 3, 1, 2 *in comitiis* consules creantur …; his -bus confectis *eqs.* Nep. Dat. 11, 1 tempus esse … bellum cum ipso rege suscipi …; probata -e *eqs.* Ham. 3, 1 -bus his … peractis. *al.; cf. p. 1392, 13***)**. fam. 9, 2, 3 *p. 1388, 11.* Caes. Gall. 1, 2, 4 undique loci natura Helvetii continentur …; his -bus fiebat *eqs.* Ov. fast. 4, 815 *Romulus dixit* 'experiamur aves!': -s placet. *et saepe.* ② *refertur ad enunt. secund.* (*exempla selecta*): Plavt. Capt. 376 sq. qui *nuntius* me ⌊quid -rum⌋ hic agitem … patri meo ordine omnem -m … perferat (⌊ ⌋ *cf. p. 1396, 14*). Men. 686 quia commisi, ut me defrudes, ad eam -m adfectas viam. Mil. 1115 istuc quod (*coniunct.*) das consilium mihi, te cum illa verba facere de ista -e volo (Ter. Hec. 581 teque ante q. me amare rebar, ei -i firmasti fidem. Cic. Verr. II 2, 169 q. …, in ea -e. 4, 45 q. …, ea -e. fam. 3, 5, 3 q. …, ea -s se sic habet. Lvcr. 5, 1150 q. …, hanc ob -m. *al.*). Truc. 467 bene si facere incepit *meretrix,* eius ⌊-i nimis cito⌋ odium percipit **(**[⌊ ⌋ enim (s)cito *codd., em. Spengel*]. Ter. Andr. 458 si hic malist quicquam, em illic est huic -i caput. Cato agr. 14, 3 si de caelo villa tacta siet, de ea -e v(iri) b(oni) a(rbitratu) uti fiat. Cic. Att. 4, 17, 1 *non* sunt epistulae nostrae, quae si perlatae non sint, nihil ea -s nos offensura sit**)**. Carm. cil i^2 2662, 2 *p. 1372, 62.* Lvcr. 6, 572 quia …, hanc ob -m (*cf. vol. IX 2, 23, 25 sq.*). *al.*

β *cum pron. relat., sc. vi copulativa in conexu duorum enunt.* (quae -s *saepe pron. neutri locum obtinet, cf. p. 1389, 59 sqq.; saepe vix distinguas usum p. 1395, 27 sqq. illustratum; exempla selecta*): Plavt. Capt. 264 sunt ex te quae solo scitari volo; quarum -rum te falsiloquom mi esse nolo. Trin. 572 nunc tuam sororem filio posco meo; quae -s bene vortat! Ter. Ad. 191 minis viginti tu illam emisti; quae -s tibi vortat male. Cic. inv. 2, 174 (*antea*: utri potissimum consulendum sit, *sc. honestati an incolumitati*) cuius -i … praescriptum videtur … dari posse. Sest. 25 qua -e patefacta (*abl. absol. in narratione continuanda, ut e. g.* Scaur. 22 quibus -bus explicatis. Caes. Gall. 5, 7, 1 haec … ad Caesarem deferebantur; qua -e cognita *eqs.; cf. p. 1391, 58*). fam. 5, 4, 1 sermones … animum tuum immutatum significabant; quae -s fecit, ut … non auderem. 16, 22, 1 spero … tibi melius esse …; cui … -i omni ratione cura ut inservias. Lvcr. 4, 866 rarescit corpus et omnis subruitur natura; dolor quam consequitur -m. Caes. Gall. 2, 5, 5 ibi, *sc. iuxta flumen,* castra posuit; quae -s … latus unum castrorum ripis fluminis muniebat. 7, 20, 5 summam imperii seconsulto nulli … tradidisse, ne [h]is multitudinis studio ad dimicandum impelleretur; cui -i … studere omnes videret. *al.; saepe in formula* quam ob -m, *v. sub p. 1387, 55 sqq.*

b -s *praecedentis subst. locum obtinet* **(***passim accedit pron. relat. vel demonstr.* [utraque *l. 35 et* Rhet. Her. 2, 21, 34]; *exempla paucissima selecta***)**: Plavt. Trin. 594 (*593* si quidem ager nobis salvos est) etsi admodum in ambiguo est …, quid ea -e fuat; sed id si alienatur *eqs.* (*nisi 'eo negotio' sim. intellegas*). Ter. Hec. 593 tuas amicas te et cognatas deserere et festos dies mea causa nolo. :: nil … istaec mihi -es voluptatis ferunt. Haut. 442 vehemens … es nimis, aut largitate nimia aut parsimonia; in eandem fraudem ex hac -e atque ex illa incides. Phorm. 667 emunda ancillulast …, supellectile opus est, opus est sumptu ad nuptias; his -bus … pone … decem minas. Rhet. Her. 3, 11, 19 inventiones …, elocutiones …, dispositiones …, memoria …; sine his -bus *eqs.* Cic. inv. 2, 35 cum magno … labore aut periculo aut utraque -e. Verr. II 2, 176 stragulam …, supellectilem … vasa …; his pro -bus quod portorium non esset datum *eqs.* Sest. 99 socii, imperi laus, …, aerarium: harum -rum tot atque tantarum esse defensorem *eqs.* Caes. Gall. 3, 12, 3 magno numero navium adpulso, cuius -i summam facultatem habebant. 3, 18, 6 inopia cibariorum, cui -i parum diligenter … erat provisum. civ. 3, 47, 6 pecus …, cuius -i summa erat … copia. Varro ling. 10, 3 de similitudine et dissimilitudine … dicendum, quod ea -s est fundamentum *eqs.* rust. 1, 17, 1 homines et adminicula hominum, sine quibus -bus colere non possunt. 3, 2, 14 *p. 1367, 51. et saepe, v. e. g. vol. VI 3, 2711, 16 sqq.*

c *in iteratione refertur ad vocem q. e.* -s *in enuntiato praecedenti* (*v. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. II 528 sqq.*): **α** *forma* (quae) -s …, ea -s: Ter. Haut. 1006 sq. nullamne ego -m umquam … volui, quin tu in ea -e mi fueris advorsatrix. Ad. 854 quoi -i est, ei -i hunc sumamus diem. Lex repetund. (cil i^2 583) 39 quam -m pr(aetor) … egerit, sei eam -m proferet. Rhet. Her. 4, 3, 5. 4, 7, 10 quae … -es apud nostros non erant, earum -rum *eqs.* Cic. inv. 1, 5 qua -e …, ea in -e. *al.* **β** *forma* (ea) -s …, quae -s: Lex repetund. (cil i^2 583) 32 quom ea (ei *aes*) -s agetur, quam in -m quisque testis er⟨it⟩ *eqs.* Rhet. Her. 1, 4, 7 si numero exponemus -es, quibus de -bus dicturi sumus. 4, 9, 13 *p. 1390, 35. al.* Cic. inv. 1, 53 simile eis -bus …, quas -es *eqs.* Quinct. 70 eam -m commemorando renovare, cuius … -i memoriam *eqs. al.* Caes. Gall. 4, 19, 4 omnibus iis -bus confectis, quarum -rum causa *eqs.* Lex Rubr. (cil i^2 592) 1, 14 ex ea -e aut ob e(am) r(em) eove nomine erit, quam ob -m *eqs.* 2, 28. Vrson. (cil ii^2 5, 1022) 130, 41 d(e) e(a) r(e), q(ua) d(e) r(e) a(getur). *al.*

2 -s *in fine enumerationis ponitur* (*exempla selecta*): Plavt. Poen. 1401 *p. 1366, 45.* Cato agr. capp. 144 quem ad modum tunicas cetera sque -es et ubi emas (Rhet. Her. 2, 29, 46. 3, 2, 3. Varro Men. 262 *p. 1366, 59.* Cic. Verr. II 5, 60 frumento, stipendio c. que -bus. *al.*). 2, 1 *p. 1366, 52.* Rhet. Her. 3, 3, 5 si nimias libidines honoris, pecuniae, similium -rum vituperabimus (Cic. inv. 1, 101 ex oraculis …, prodigiis, responsis, s. -bus. *al.; cf.* Lvcr. 4, 90 odor, fumus, vapor atque aliae -es consimiles). Cic. de orat. 2, 88 voce et forma et motu corporis et reliquis -bus (*al., e. g.* Caes. Gall. 7, 24, 4 Bell. Alex. 18, 1 Vitr. 8, 3, 5). *al.*

B *spectat ad sequentia, sc. usu praeparativo* (*ante enumerationem e. g. p. 1393, 73 sqq. 1394, 27 sqq.*): **1** *refertur ad enunt. primaria (exempla pauca selecta); ad vocem q. e.* -s *accedit*: **a** *pron.*: Plavt. Asin. 182 illi -i studet: volt placere sese amicae (*si ita interpungendum*). Ter. Hec. 774 haec -s hic agitur: Pamphilo me facere ut redeat uxor oportet. Eun. 233 hoc … ex hac -e venit in mentem mihi: conveni hodie … quendam *eqs.* 439 id ut ne fiat, haec -s solast remedio: ubi nominabit

[Ok.]

Phaedriam, tu Pamphilam continuo. Ad. 36 quibus nunc sollicitor -bus! ne … ille alserit aut *eqs.* CATO agr. 157, 10 *p. 1389, 57.* RHET. Her. 1, 6, 10 his -bus nos insinuabimus ad causam: de eo … nos dicturos pollicebimur *eqs.* CIC. Att. 10, 8, 5 fefellit ea m⟨e⟩ -s, quae fortasse non debuit …: pacem putavi fore. *al.* **b** *numerus* (quot *l. 10*): PLAVT. Merc. 1 duas -es simul nunc agere decretumst mihi: et argumentum et meos amores eloquar. 118 tres … -es agendae sunt, quando unam occeperis: et currendum et pugnandum et autem iurigandum est in via. Trin. 1053 duarum -rum exoritur optio: vel illud … perdas, vel illum amicum amiseris. TER. Phorm. 705 quot -es … monstra evenerunt mihi: intro iit … ater alienus canis, anguis … decidit de tegulis *eqs.* VARRO Men. 335 convivium constat … ex -bus quattuor …: si belli homunculi conlecti sunt, si electus locus, si *eqs. al.*

2 *refertur ad struct. verbales varias* (*non distinximus enunt. necessaria et ea, quae laxius conexa sunt*): **a** *quaelibet enunt. secund.* (*fere a coniunct. incipientia; enunt. participiale l. 52*): **α** *ad vocem q. e.* -s *accedit pron.*: PLAVT. Bacch. 58 ego apud me te esse ⌊ob eam -m⌋ … volo, quia *eqs.* (⌊⌋ *al., v. vol. IX 2, 29, 36 sqq.; ceterum*: CIC. fam. 6, 22, 1 non ea -s me deterruit …, quod …, sed q. *eqs.* CANON. Turner I 2, 1 p. 334, 112 an haec -s te erigit, q. *eqs.*?). Capt. 217 propter hanc -m, quom *eqs.* Cas. 773 coqui … ei -i dant operam, ne cenet senex (*sim.* Persa 372 ei -i operam do, ne alii dicant *eqs.*]. 1005 propter eam -m …, ne faciamus *eqs.* CAES. Gall. 6, 11, 4 id … eius -i causa antiquitus institutum videtur, ne quis *eqs.; cf. l. 2*). Cist. 184 ei -i … operam … dat, si possiet meretricem … invenire (Trin. 119 ei -i operam dare …, si qui *adulescentem* probiorem facere posses, non uti *eqs. al., v. e. g. vol. VI 3, 2731, 64*). Merc. 629 de istac -e argutus es, ut *eqs.* (Rud. 717 non … isti -i auspicavi, ut *eqs. al.* ENN. frg. var. 71 *p. 1387, 35.* TER. Hec. 6 ob eam -m …, ut *eqs.* CATO agr. 158, 2 ea -e …, uti *eqs.* [*v. p. 1388, 3*]. CIC. div. in Caec. 62 quaestura ad eam -m valet, ut *eqs.* Verr. II 5, 169 *p. 1387, 30.* de orat. 2, 121 ad eas tris -es, … ut *eqs.* fam. 5, 16, 4 sin illa te -s cruciat …, ut *eqs. al., e. g. vol. VI 3, 2731, 73 sq. VII 2, 478, 57 sq. IX 2, 29, 74 sqq.*). Mil. 1411 de hac -e …, quod *eqs.* (CATO orat. 169 *p. 1385, 18.* orig. 95[d] *p. 1387, 68.* CIC. div. in Caec. 5 [= Cluent. 3] illa me -s … consolatur, q. *eqs.* [*cf.* Vatin. 28 hac una -e miseriam suam consolatur, q. *eqs.*]. Att. 9, 10, 2 me una haec -s torquet, q. *eqs. al.* LVCR. 3, 208. CAES. civ. 1, 61, 3 illa -s, q. *al., e. g. vol. VI 3, 2731, 48 sq. IX 2, 28, 55 sqq.*). *al.*

β *sine pron.*: ① *accedit numerus sim.* (altera *l. 46,* multae *l. 50,* utraque *l. 54; cf. e. g. l. 30. 35; exempla selecta*): TER. Phorm. 831 nunc una mihi -s … restat, quae est conficiunda, otium … ad potandum ut habeam (RHET. Her. 1, 9, 14 tres -es convenit habere narrationem: ut brevis, ut dilucida, ut veri similis sit. CIC. part. 28 *p. 1387, 49.* LIV. 23, 3, 5 duae -es simul agendae vobis sunt, ut et … et *eqs. al., e. g.* AVG. civ. 7, 11 p. 289, 3 unam -m infimam, id est ut *eqs.; cf.* SEN. epist. 108, 27 in -m unam laboremus, ne *eqs.*). CIC. Verr. II 3, 153 una -s …, cum *eqs.* (*v. p. 1394, 11*). off. 1, 66 (*antea*: duabus -bus …, quarum una *eqs.*) altera est -s, ut … ⌊-es geras magnas *eqs.*⌋ (*ad p. 1372, 39 sqq.*). fam. 2, 4, 2 una -e …, si *eqs.* (*v. p. 1388, 69*). PLANC. Cic. fam. 10, 7, 1 breviorem me duae -es faciunt: una, quod publicis litteris omnia sum persecutus, altera, quod *eqs.* (CAES. Gall. 1, 33, 2 multae -es eum hortabantur …, imprimis q. *eqs.* civ. 1, 39, 4 duas -es consecutus est, q. … devinxit et … redemit. LIV. 35, 27, 16 duae -es … perculerunt eum: una praeoccupatus quem petebat locus, altera, q. *eqs. al.; addas* CIC. Mur. 37 *p. 1394, 33*). CAES. Gall. 7, 89, 2 ad utramque -m se illis offerre, seu morte sua Romanis satisfacere seu vivum tradere velint. *al.* ② *cetera exempla* (*selecta*): CAES. Gall. 1, 19, 1 cum ad has suspiciones certissimae -es accederent, quod … Helvetios traduxisset, quod obsides … dandos curasset *eqs.* 4, 13, 4 opportunissime -s accidit, quod *eqs.* 5, 28, 4 -m esse testimonio, quod … impetum … sustinuerint. HOR. epist. 2, 1, 164 *p. 1375, 38.* FLOR. epit. 2, 6, 47 parva -s dictu …, quod *eqs. al.*

b *interrog. obliquas*: PLAVT. Amph. 1015 ex uxore hanc -m pergam exquirere, quis fuerit *eqs.* (*al., v. vol. VI 3, 2732, 16 sq.*). Epid. 312 me una turbat -s ratioque, Apoecidi quam ostendam fidicinam *eqs.* Most. 87 (*locum del. Ritschl*) eam -m volutavi …, hominem cuius -i, quando natus est, similem esse arbitrarer. CIC. Quinct. 92 ea -s … in discrimine versatur, utrum possitne …, an *eqs.* LIV. 1, 57, 3 temptata -s est, si primo impetu capi Ardea posset.

c *inf.*: PLAVT. Aul. 201 hic eam -m volt …, mecum adire ad pactionem ([*si huc; de struct. v. enim vol. X 1, 25, 59 sqq.*]. AVR. Fronto p. 44, 24 [*simul ad praecedentia spectat*] verum dicere ex te disco; ea -s, verum dicere, prorsum diis hominibusque ardua). SEN. contr. 10, 2, 13 hanc -m imperabas difficilem forti viro, vinci (MART. 11, 5, 3). *accedit numerus* (*exempla pauca selecta*): CATO orig. 34 pleraque Gallia duas -es industriosissime persequitur, ⌊-m militarem⌋ et argute loqui (⌊⌋ *ad 1*). CIC. S. Rosc. 80 mihi videris … una mercede duas -es assequi velle, nos iudicio perfundere, accusare autem eos. Att. 7, 11, 2 una -s est ea miserior, adipisci quod ita volueris. *al.*

d *acc. c. inf.*: PLAVT. Bacch. 770 illaec -s est magnae dividiae mihi, supterfugisse … mihi … Chrysalum. Cist. 102 postquam hanc -m resciverim, eum uxorem ducturum esse aliam. Men. 37 de ea -e rediit nuntius …, puerum surruptum … esse. Trin. 1145 *ne filius tuus* -m ipsam posset intellegere, [et] thensaurum tuom me esse penes. TER. Ad. 258 unam hanc -m me habere … arbitror, fratrem homini nemini esse primarum artium magis principem (*nisi* -m *refertur ad* fratrem; *cf.* DON. *ad 259, 1* nove dixit 'unam -m' 'fratrem'). CIC. Verr. II 1, 64 -m istam defert, Philodamum esse quendam *eqs.* 3, 153 una -s (*ad p. 1393, 45*) utrique -i est argumento, et aratores … coactos Apronio multo plus quam debuerint dedisse, et Apronium istius -m (*ad p. 1372, 39 sqq.*) suo nomine egisse, cum L. Metellus statuerit non posse Apronium condemnari, quin *eqs.* Phil. 1, 14 qua … ex -e magnum accipio dolorem, homines … Pisonem ducem optimae sententiae non secutos. *al.* *sine pron.*: CIC. Tusc. 4, 65 una -s videtur causam continere, omnis eas *perturbationes* esse in nostra potestate. COMM. instr. 1, 9, 3 -m video miram, deum ⟨cum⟩ sacello volare.

e *gerund.* (*cf. p. 1393, 7; exempla selecta*): TER. Ad. 545 me credo huic esse natum -i, ferundis miseriis. CIC. Verr. II 3, 13 duabus in -bus … una opera consumitur, in laudando atque repetendo. de orat. 2, 310 tribus -bus homines … perducimus, aut docendo aut conciliando aut permovendo *eqs.* fin. 2, 40 hominem ad duas -es …, ad intellegendum et agendum, esse natum. LIV. 21, 4, 3 nunquam ingenium idem ad -es diversissimas, parendum atque imperandum, habilius fuit. *al.*

3 *refertur ad substantiva* (*exempla pauca selecta*): PLAVT. Merc. 847 -es … pessumas pessum dedi: iram, inimicitiam *eqs.* TER. Haut. 876 in me quidvis harum -rum convenit, quae sunt dicta in stulto: caudex, stipes *eqs.* Ad. 302 *p. 1367, 74.* LVCIL. 545 *p. 1389, 75.* RHET. Her. 1, 2, 3 haec omnia tribus -bus assequi poterimus, arte, imitatione, exercitatione (*item accedit numerus*: 2, 21, 34 duae -es sunt …, luxuries et avaritia. *al.* [*v. e. g. p. 1368, 3*]. CIC. S. Rosc. 112 duas -es sanctissimas violat, amicitiam et fidem. Mur. 37 duae -es … in praetura desideratae sunt …, una exspectatio muneris …, altera ⌊quod *eqs.*⌋ [*ad p. 1393, 49 sqq.*]. orat. 163 duae sunt … -es, quae permulceant aures, sonus et numerus. *al., e. g. p. 1385, 29*). 3, 12, 22 de utraque -e …, de firmitudine …, de suavitudine. CIC. inv. 1, 34 personis has -es adtributas putamus: nomen, naturam *eqs.* CAES. Gall. 3, 18, 6 multae -es … Gallos adhortabantur: superiorum dierum Sabini cunctatio, perfugae confirmatio *eqs.* HOR. sat. 1, 2, 97. VITR. 5, 5, 7 ex solidis -bus …, id est ex … lapide, marmore *eqs.* (AVG. civ. 13, 2 p. 557, 20 utriusque -i, *sc. animae corporisque,* id est totius hominis, mors est, cum *eqs.*). SEN. contr. exc. 6, 4, 1 persuasit -s blandior, uxoris hereditas. VELL. 2, 78, 2 ne -s disciplinae inimicissima, otium, corrumperet militem. *al.*

C *structurae quaedam appositivae* (*ubique exempla pauca selecta; tales struct. etiam sub B inveniri apparet, ita ut* -s, *vox notionis generalis, per appositionem artius definiatur, v. e. g. l. 3. 20. 27; hic exempla dedimus, ubi ad vocem q. e.* -s, *sive appositioni praecedit sive in appositione sequitur, accedit adi. vel gen. qual. iudicium de natura, qualitate sim. vel effectu eius exprimens, cui adiungitur; cf. e. g. l. 3. 42. p. 1393, 44*): **1** *vario contextu; iunguntur*: **a** -s *et enuntiatum* (*v. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. I 1070 sqq.*): **α** *in exclamatione* (*casu acc.*): -s *sequitur*: PLAVT. Epid. 72 patrem prius convenire se non volt …, quam id argentum … dinumeraverit. :: eu edepol, -es turbulentas! Mil. 1056 *mulier vult* te compellare et complecti et contrectare … :: eu hercle odiosas -es! (CIC. Att. 6, 4, 1 o -m totam o.! 15, 4[a] o -m o. et inexplicabilem!). Stich. 356 ego hinc araneas de foribus deiciam … :: edepol -m negotiossam! CIC. Quinct. 80 biduo post … DCC milia passuum conficiuntur: o -m incredibilem! (*cf. l. 63*). S. Rosc. 141 o -m miseram atque acerbam! (*cf. l. 62. 64*). Phil. 2, 63 in populi Romani conspectu *vomuisti* …: o -m non modo visu foedam, sed etiam auditu! *al.* -s *praecedit*: CIC. Att. 1, 16, 5 iam vero – o di boni, -m perditam! – etiam noctes certarum mulierum … iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. 7, 21, 1 Gnaeus … noster – o -m miseram et incredibilem – ut totus iacet! 8, 8, 1 o -m turpem et ⌊ea -e⌋ (*ad p. 1388, 2 sqq.*) miseram …! *Pompeius* aluit Caesarem, eundem … timere coeperat *eqs.* (*sim. in initio*: CATVLL. 56, 1 o -m ridiculam … et iocosam! [*postea p. 1380, 68*]). *al.* **β** *cetera exempla* (*casu nom. vel acc.*): -s *sequitur vel in parenthesi ponitur*: CIC. Sest. 103 frumentariam legem C. Gracchus ferebat, iucunda -s plebei (*appositionem esse negat Pinkster, l. cit.*). de orat. 2, 79 quinque faciunt quasi membra eloquentiae, invenire quid dicas, inventa disponere, … ornare verbis …: -m sane non reconditam. orat. 52 id mihi quaerere videbare, quod genus … orationis optimum iudicarem: -m difficilem, di immortales, atque omnium difficillimam (fin. 2, 75 -m … d. et obscuram. Tusc. 1, 102 -m non d. LIV. 4, 34, 6 -m aeque d. atque incredibilem). LIV. 8, 13, 9 additus triumpho honos, ut statuae equestres eis, rara illa aetate -s, in foro ponerentur. VELL. 2, 69, 6

[Ok.]

acri … bello Cassius Rhodum, -m immanis operis, ceperat. QVINT. inst. 1, 1, 10 si cui multa videor exigere, cogitet oratorem institui, -m arduam. decl. 326, 2 *quidam,* qui −-m nescio indignatione magis dolendam an vanitate ridendam – obiciant homini pestilentiam. TAC. hist. 1, 46, 4 Otho … fiscum suum vacationes annuas exsoluturum promisit, -m haud dubie utilem *eqs.* IVV. 6, 230 sic fiunt octo mariti quinque per autumnos, titulo -s digna sepulcri. *al.* -s *praecedit*: OV. met. 4, 394 *p. 1380, 70.* 13, 893 mira … -s, subito … exstitit alvo … iuvenis. 15, 298 *locus* quondam … area, nunc tumulus; nam, -s horrenda relatu, vis fera ventorum *eqs.* LIV. 31, 23, 11 magna -s principio … belli, Chalcis et Euripus adempta regi forent. MANIL. 3, 203 forsitan … quaeras, agili -m corde notandam, qua ratione *eqs. al.*

b -s *et subst.*: -s *sequitur*: CIC. Flacc. 6 praeturae iurisdictio, -s varia et multiplex. rep. 3, 3 numerus, -s cum ad vitam necessaria, tum una inmutabilis et aeterna. Tusc. 4, 55 aegritudinem …, unam -m maxime detestabilem. VARRO rust. 2, 1, 21 quarta pars est de sanitate, -s multiplex ac necessaria. LIV. 21, 29, 7 iter immensum Alpesque, -m fama utique inexpertis horrendam, metuebat. SEN. benef. 6, 33, 3 amicum, -m … saeculis raram. 7, 21, 1 Pythagoricus quidam emerat a sutore phaecasia, -m magnam (*nisi ad aβ*). epist. 58, 24 mundus …, aeterna -s et invicta. *al.* -s *praecedit*: OV. trist. 2, 484 -m caram, tempora nostra. LIV. 1, 19, 4 omnium primum, -m ad multitudinem imperitam … efficacissimam, deorum metum iniciendum ratus est. 6, 9, 1 animus ducis -i maiori, Antio, imminebat. 6, 11, 9 erat aeris alieni magna vis ⌊-e⌋ damnosissima etiam divitibus, aedificando, contracta (⌊ ⌋ -s *codd. plerique*). SEN. benef. 7, 26, 5 -m quietissimam, fidem, quaeris. *al.*

2 -s *in enunt. relat. ponitur* (*v. Pinkster, Oxf. Lat. Synt. II 551 sqq.; saepe vix distinguas usum p. 1392, 5 sqq. illustratum*; -s *praecedit l. 30. 34*): PLAVT. Aul. 218 quoniam tu me et ego te qualis sis scio, quae -s recte vortat mihi, … filiam tuam mi uxorem posco. CIC. Verr. II 2, 109 quod is non absens reus factus esset, quae -s iniquissima atque acerbissima est, sed *eqs.* Cluent. 91 quod in legem non iurasset, quae -s nemini umquam fraudi fuit. CATVLL. 83, 5 *Lesbia* non solum meminit, sed, quae multo acrior est -s, irata est. CAES. Gall. 7, 67, 4 si qua in parte nostri laborare … videbantur, eo signa inferri Caesar aciemque constitui iubebat, quae -s … hostes ad insequendum tardabat. COLVM. 2, 2, 26 *bubulcus* numquam stimulo lacessat iuvencum, quae -s … calcitrosum … eum reddit. QVINT. decl. 269, 11 *cuidam* pauperi … et duorum liberorum patri, quae -s acerbiorem paupertatem facit. *al.*

III *varia*: **A** *ad syntaxin pertinentia*: **1** -s *ponitur pro subi. verbi activi vel deponentis: v. praesertim p. 1378, 39 sqq. 1380, 15 sqq. 1381, 10 sqq. 1382, 71 sqq. (verbum* esse *hic negleximus), quibus addere possis e. g.* CIC. Verr. II 3, 140 venerat -s in iudicium atque [in] discrimen (Planc. 54 quasi -s in contentionem aut in discrimen aliquod posset venire. CAES. Gall. 6, 19, 3 de morte si -s in suspicionem venit. PANEG. 2, 35, 4 -s venit ad capulos. *al.*). Att. 2, 25, 2 ipsa -s et tempus poscit (*al., v. vol. X 2, 79, 6 sqq.*).

2 -s *ponitur pro obi. acc. (dat. l. 51): notanda sunt inter plurima* -m agere *p. 1375, 68 sqq. et e. g. p. 1371, 29 sqq. 1376, 70 sqq. 1393, 6 sq.,* -m gerere *p. 1375, 72 sqq. 1386, 1 et e. g. p. 1372, 57. 1374, 52 sq. 1375, 53. 1376, 74,* -i operam dare *p. 1374, 18 sq. 1389, 15. 1391, 19. 1393, 21. 24 sq.*

3 *e voce q. e.* -s *pendet gen. alterius vocis* (*exempla pauca selecta; gen. indicat, qualis vel cuius generis -s sit, unde consistat, quo pertineat sim., cf. praepos.* de *l. 45. p. 1371, 65; hic negleximus gen. poss., v. e. g. p. 1361, 29. 1363, 14. 1378, 47, et partit., e. g.* PLAVT. Amph. 633 satin parva -s est voluptatum in vita *eqs.*?): **a** *varia exempla*: CIC. inv. 1, 3 in -bus pacis et belli (*al., v. vol. II 1844, 82 sqq.*). Att. 7, 10 si *Pompeius* in Italia consistet, erimus una; si cedet, consili -s est (CAES. Gall. 7, 38, 6 LIV. 22, 53, 6. *cf. l. 68*). VITR. 8, 3, 28 qualibet ex his … -bus escarum utendo. PHAEDR. 4, 8, 4 *vipera* cum temptaret, si qua -s esset cibi. TERT. Scorp. 9, 9 lucis -m (*v. p. 1368, 25*). DIDYM. theophan. l. 23 *Iesus* filius -m divinae dispensationis implebat (*ed. confert Didym. apud Migne gr. 39, 1317*^{A} *τὸ κατὰ τὴν οἰκονομίαν*). CONC.^{S} I 5 p. 164, 12 -m commixtionis … occultare (*gr. I 1, 6 p. 143, 19 τὸ τῆς κράσεως … χρῆμα*). SIDON. epist. 5, 20, 4 *domus tuae* actorem, vineam … inspicere -s commodi est. ENNOD. epist. 4, 32, 1 -m obsequii. CASSIOD. var. 9, 6, 6 Baianis remediis consequere -m salutis. *al., e. g. inter exempla p. 1396, 62 sqq. allata.* **b** *ad gen. pendentem accedit adi.*: CIC. Att. 2, 3, 3 est -s … magni consili. VELL. 2, 69, 6 -m immanis operis (*v. l. 1*). PLIN. nat. 6, 171 -s ingentis exempli (*al., v. vol. V 2, 1335, 20 sqq. et infra p. 1396, 59*). *al., e. g. p. 1396, 56 sqq.*

4 *pendet gen.* -i, -rum *ex alia voce, sc. usu partitivo* (*de quo usu apud* PLAVT. *et* TER. *v. Bennett, Syntax of Early Latin II, 1914, 26 sqq.; ceterum v. e. g. p. 1364, 31 sqq. 1366, 36 sqq. 1369, 6 sqq. 67. 1370, 7 sqq. 1379, 21 sqq. 1381, 25 sqq.; pendet ex adv. p. 1379, 43. 1381, 40; exempla pauca selecta*): **a** *e substantivis vel ex adi. pro subst. positis* (*saepius in periphrasi, ubi* -s *cum adi. substitui possit*): **α** *respicitur quantitas*: TER. Phorm. 317 summa … -rum (*al., v. p. 1369, 70 sqq. 1372, 2. 1373, 32 sqq. 1379, 39. 1385, 72 et cf. p. 1397, 37*). PROP. 3, 9, 7 omnia … -rum (*al., v. vol. IX 2, 619, 20 sqq.*). OV. epist. 2, 75 de tanta -rum turba (*al., v. p. 1367, 9. 1368, 29. 1381, 38 sq.*). PLIN. nat. 2, 10 per cuncta -rum (STAT. Theb. 3, 548 APVL. met. 4, 12, 3. 4, 18, 7). APVL. met. 4, 10, 3 singula -rum (4, 12, 2). **β** *cetera exempla*: VERG. georg. 4, 441 in miracula -rum (*al., v. vol. VIII 1057, 5 sqq.*). HOR. sat. 2, 2, 25 corruptus vanis -rum. 2, 8, 83 *p. 1384, 7.* epist. 1, 17, 21 poscis vilia -rum (verum *var. l.*). ars 49 abdita -rum. LVCAN. 3, 337 pondera -rum (*al., v. vol. X 1, 2626, 50 sqq.*). PLIN. nat. 24, 3 *p. 1367, 7.* SIL. 16, 161 talia -rum. CLAVD. 26, 174 *p. 1369, 5. al.*

b *e pronominibus sim.*: PLAVT. Aul. 54 me observare …, quid -rum geram (68 q. … malae -i [*v. p. 1377, 59*]. Capt. 376. *al.* TER. Haut. 247 *p. 1366, 46. al.* CORP. epist. lat. 10, 6 [*aet. Aug.*] ipse tibei demostrabit qu⟨i⟩t -i sit, qum illum ad te vocareis. *al., v. p. 1375, 26. 1378, 62 sq. 1384, 43 sqq.; cf. pron. indef.*: PLAVT. Rud. 487 si quis cum eo *Neptuno* quid -i commiscuit). TER. Hec. 865 harum -rum numquid dixti iam patri? (CIC. Flacc. 73 n. harum -rum a me fingitur *eqs.*?). Haut. 55 nec -i … amplius quicquam fuit ([*v. p. 1375, 27*]. LIV. 3, 27, 2. 5, 24, 9 q. earum -rum. *al.* [*v. p. 1376, 4*]. SVET. Aug. 92, 2 q. -i seriae. APVL. met. 4, 7, 3 nil q. -i quam *eqs.* 6, 21, 1 nec q. ibi -rum nec formonsitas ulla. *al.*). 267 nihil -rum omniumst quod malim (CIC. inv. 1, 59 n. … omnium -rum. Verr. II 2, 88 n. eius modi -rum. *al.* LVCR. 2, 897 quarum n. -rum. CAES. Gall. 1, 32, 2 n. earum -rum. 3, 4, 4 quarum -rum a nostris propter paucitatem fieri n. poterat. *al.* LIV. 28, 12, 1 *p. 1376, 2. al.*). RHET. Her. 2, 30, 49 earum -rum aliquid, quarum -rum causā *eqs.* (CIC. fam. 6, 3, 2 etsi cottidie a. audimus earum -rum. *al.*). PLIN. nat. 16, 248 unum … hoc -rum (*al., v. vol. VI 3, 2742, 77 sq.*).

5 *occurrit* -s *in locut. c. praepos. selectis*: ab(s) -e *v. vol. I 24, 65 sqq. et supra imprimis p. 1377, 40 sq. 1383, 15 sqq. 1385, 32 sqq.* ad -m *v. p. 1387, 18 sqq.; cf.* ni(hi)l (quid) ad -m *p. 1385, 7 sqq.* de -e *v. e. g. p. 1372, 31. 1387, 35.* ex -e *v. p. 1377, 31. 1387, 42.* in -m *v. p. 1366, 21 sqq. 1377, 19. 1387, 54.* ob -m *v. p. 1377, 37. 1387, 55.* pro -e *v. p. 1377, 38. 1387, 69. ceterum cf. praepos.* adversus, contra *p. 1377, 42 sq.,* propter, super *p. 1387, 71 sqq., et* -i (-rum) causā, ergo, gratiā *p. 1387, 34. 40. 48.*

6 *forma* '-s (est) *talis*' *sim., cui pro subi. accedit struct. verbalis* (*aliter sub 7a*): **a** (*acc. c.*) *inf.; ad vocem q. e.* -s *accedit*: **α** *adi.* (una *l. 44, gerund. l. 51. 52*): PLAVT. Amph. 705 certa -s hanc est obiurgare (Merc. 857 Mil. 267. 398 Most. 706; *in var. l. etiam* Trin. 270 [*cod. A*, certunst *cett.*]. *cf. p. 1397, 7*). Most. 1101 nescis quam metuculosa -s sit ire ad iudicem? CIC. Balb. 37 absurda -s est caveri foedere, ut *eqs.* HOR. epist. 1, 6, 1 nil admirari prope -s est una …, quae possit facere … beatum. ELEG. in Maecen. 1, 32 maior -s magnis abstinuisse fuit. OV. am. 1, 8, 62 crede mihi, -s est ingeniosa dare. Pont. 2, 9, 11 regia … -s est succurrere lapsis. LIV. 26, 13, 9 vetus atque usitata -s est … pericula pati. 45, 19, 14 si utraque gloriosa -s esset, et servasse fratri regnum et eripuisse. SEN. contr. 10 praef. 5 -s nova et inusitata supplicium de studiis sumi (*i. comburi declamatoris libros*). SEN. apocol. 9, 3 magna -s erat deum fieri. benef. 4, 15, 1 iniuriam facere … fugienda -s est (4, 18, 1 f. -s est ingratum esse). epist. 69, 6 bella -s est mori sua morte. PLIN. nat. 28, 56 pudenda -e (*abl. absol.*; -s *var. l.*) servo suo facilius parere quam sibi (*v. vol. X 2, 2481, 42 sq.*). 34, 18 *p. 1375, 44. al., e. g.* ORIG. in Matth. 12, 19 p. 111, 27 necessaria … -s est … praedicari … Iesum crucifixum (*gr. ἀναγκαῖον*). **β** *gen. qualitatis*: CAES. Gall. 5, 49, 6 erat magni periculi -s … iniquo loco dimicare (HIL. in Matth. 5, 12 ut tanto maioris p. -s sit ambigere, quanto *eqs.* in psalm. 13, 1 l. 25 maximi … p. -s est. *cf. l. 67*). LIV. 26, 2, 2 -m mali exempli esse imperatores legi ab exercitibus (34, 61, 12. *cf. p. 1395, 69*). SEN. nat. 6, 5, 2 magni animi ⌊-s⌋ fuit -rum naturae latebras dimovere (⌊ ⌋ *om. pars codd.*). *al.*

b *enunt. secund.*: TRACT. de indur. cord. Phar. 14 non malitiae -s est, ut minor dominatur maiori (AVG. in psalm. 41, 2 magni … sacramenti -s est, ut christiani *eqs.* SIDON. epist. 7, 6, 4 ordinis -s est, ut *eqs.* PS. MAX. TAVR. hom. 10 p. 243^{B} amentiae -s est, ut *eqs.* [*antea*: perabsurdum est …, ut *eqs.*]. *al.*). RVFIN. Greg. Naz. orat. 1, 34, 1 in quamcumque quis partem … declinaverit, … ultimi periculi -s est (*gr. Migne 35, 441*^{C} *κίνδυνος οὐχ ὁ τυχών*).

7 *ita accedit adi. attrib., ut omissa voce q. e.* -s *eandem fere vim habeat vel adi. neutrum pro subst. positum (v. Hofmann-Szantyr 444 sq.) vel adi. cum altero subst. congruens* (*e. g. l. 75* 'amor credulus est'; *exempla pauca selecta*): **a** *forma* '(*aliquid*) -s est *talis*' (*cf. 6 supra*): PLAVT. Asin. 14 inest lepos … in hac comoedia, ridicula -s est. CIC. Tusc. 3, 3 *p. 1390, 8.* OV. epist. 1, 12 -s est solliciti plena timoris amor. 6, 21 (= met. 7, 826) credula -s amor est. ars 3, 315 -s est blanda canor, discant

[Ok.]

cantare puellae. fast. 6, 595 *v. p. 764, 40.* Pont. 4, 15, 31 -s immoderata cupido est. Liv. 2, 3, 4 leges -m surdam, inexorabilem esse. Sen. contr. 1, 8, 10 quam periculosa -s esset invidia. Sen. Phaedr. 773 -s est forma fugax. epist. 36, 1 -s est inquieta felicitas. *et saepe.* **b** *cetera exempla*: Plavt. Amph. 33 iustam -m et facilem oratam a vobis volo (Ter. Haut. 704 bonam atque i. -m ... imperas et factu facilem. Cic. Att. 14, 12, 1). Capt. 778 certa -s est: ... coniciam in collum pallium *eqs.* **(**Persa 223 abi iam, quando ita c. -st [*cf. 221* certum⟨ne⟩ est celare *eqs.*?]. Stich. 473 promitte. :: certumst. :: sic face inquam. :: c. ⌊-s⌋ [-s est *var. l.*]. *cf. p. 1396, 40*)**.** Varro Men. 153 *p. 1366, 58.* ling. 7, 97 *p. 1366, 61.* Cic. Verr. II 5, 82 excogitat -m singularem: navis ... Cleomeni tradit *eqs. al., e. g.* Sen. epist. 41, 8 *ratio ab homine exigit* -m facillimam, secundum naturam suam vivere. Vet. Lat. deut. 24, 1 (cod. 100) quia invenit in ea[m] *uxore* -m turpem (*gr. ἄσχημον πρᾶγμα, Vulg.* aliquam foeditatem).

B *iuxta posita selecta*: **1** *subst.*: causa *v. e. g. p. 1371, 16. 1383, 43. 45. 1384, 66. 1388, 44.* fama *v. p. 1361, 51. 1382, 60 sqq. (opp., ut p. 1390, 13), quibus addas e. g.* Ter. Phorm. 271 Cic. Quinct. 62 Att. 5, 8, 3 Liv. 22, 26, 2. 33, 46, 2 Tac. hist. 3, 8, 1. fides *v. vol. VI 1, 673, 82 sqq., quibus addas e. g. p. 1363, 31; cf. Otto, Sprichw. n. 1523 atque* -rum f. *p. 1376, 30. 1382, 5.* fortuna *v. vol. VI 1, 1180, 53 sqq. 74 sq., quibus addas p. 1379, 24. 48 sq. 54. 61 sqq.; cf.* -rum f. *p. 1379, 54.* gloria *v. p. 1361, 57. 1367, 28. 1378, 23.* locus *v. e. g. p. 1379, 60. 66. 1380, 2. 25. 26.* opes *v. p. 1361, 49. 1362, 63. 1363, 1. 1379, 61 et e. g.* Fest. p. 310 suis -bus opibusque. ratio *saepe: opp. vel disting. p. 1376, 54. 1380, 69. 1382, 64, ceterum v. e. g. p. 1362, 41. 1368, 21. 26. 1374, 44. 47. 1377, 1. 1379, 53. 1383, 5. 1385, 59. 1393, 63 et cf. p. 157, 49. 158, 10 sqq.; cf.* -rum r.: Rhet. Her. 3, 1, 1 Cic. rep. 1, 33 div. 1, 13. *al.* spes *v. e. g. p. 1382, 47 sq. 1390, 27; cf. Otto, Sprichw. n. 1524.* tempus *v. e. g. p. 1379, 65 sqq. 1380, 22. 25. 1381, 31. 1385, 64; opp. p. 1382, 32.* verbum *opp. p. 1361, 55. 1376, 14 sqq. 1381, 74. 1382, 4. 51 sqq. et saepius sub p. 1386, 46 sqq.*

2 *adi.* (*v. etiam e. g. p. 1361, 18 sqq. 30. 1367, 20 sqq. 1372, 11 sqq. 1380, 74 sqq. 1388, 73 sqq. 1394, 48. 1396, 39 sqq. 69 sqq.*): **a** *notabiliora*: magna (maior, maxima) *saepe, v. e. g. p. 1371, 29. 31. 1372, 57. 1373, 37 sqq. 1384, 62. 1395, 23 atque vol. VIII 132, 75 sqq. 134, 26 sq. 135, 38 sqq. al.* nova *v. p. 1389, 19 sqq.* omnis *saepissime, v. e. g. p. 1374, 36. 46. 1384, 12. 50 sqq. 1390, 51 sqq.* publica *v. l. 47 sqq.* Romana *v. l. 41 sq. p. 1363, 34 sqq. 1373, 40 sqq. 1378, 33 sq. 1386, 4 sqq.* summa *v. e. g. p. 1363, 28 sqq. 1372, 58. 1373, 22 sqq. 1375, 64. 1378, 9 sqq. 70. 1385, 71; cf. p. 1396, 2.* uxoria *v. e. g. p. 1359, 14. 1362, 1. 1367, 46. 1374, 26 sq.* **b** *in titulis librorum* (*cf. p. 1361, 40. 1375, 74; aliter p. 1369, 69*): Liv. 29, 22, 10 Clodius Licinus in libro tertio -rum Romanarum (Prisc. gramm. II 304, 20 Albinus -rum R. *libro* I. *al.*). Gell. 13, 17, 3 verba ... Varronis e libro -rum humanarum primo (*cf. vol. V 1, 1622, 48 sqq.*). Char. gramm. p. 170, 19 Varro de -bus urbanis III. Non. p. 228, 29 Varro -rum rusticarum lib. I (*cf.* p. 414, 25 Varro ... de -e rustica lib. I). *al.* *Ok.*

iunctura ※**rēs pūblica** (rēspūb-, reī pūblicae (reīpūb-) *f. de compositione: nomen e duabus vocibus compositum et sub uno accentu prolatum esse testatur* Prisc. gramm. II 177, 18, *ex utraque parte declinatum ibid.* 180, 13 (*v. etiam vol. VII 2, 702, 27 sqq. 32 sqq.*); *locis antiquioribus* res *et* publica *saepe separantur (e. g. apud* Plavt. *p. 1399, 61. 1407, 43. 45. al.,* Enn. *p. 1405, 71,* Catonem *p. 1409, 75,* Scip. min. *p. 1400, 33,* Acc. *p. 1400, 6 et in* Tab. cens. *p. 1403, 10) vel ordine inverso ponuntur (e. g. apud* Plavt. *p. 1412, 17. 1413, 29,* Cic. *p. 1413, 30), aetate recentiore multo rarius, sc. imprimis formis* resque publica, res privata et publica *vel sim. et in capite altero; prorsus coaluisse vid. e. g.* CIL XIV 3006 (= VI 29726; *saec. II*) 8 ab · eadem · republica. III 14215, 12 (*in tegula*) d(e) A(quis) r(epublica) D(iana) **(***item* Inscr. Année Épigr. 1912 n. 80. *cf.* CIL III 14215, 11 d(e) r(e) p(ublica) A(quis)**)**. XI 5829, 5 (*si recte solvitur*) re(spublica) Igu(vinorum), *fort. etiam declinatione partium incongruenti (nisi errori imputes) e. g. nom.* rep- Cato orat. 169 (= Fronto p. 91, 5; *cod. A*[1], res p. *A*[2]). Sidon. epist. 3, 8, 1 (*bis in cod. C*), *gen.* rep- Bell. Alex. 65, 1. Liv. 42, 10, 15 (*cod. V*), *acc.* rep- Sidon. epist. 3, 8, 2, reip- CIL X 1128 (*a. 409*). *scribitur* rei pop- Epist. praet. ad Tiburt. (CIL I[2] 586) 8 **(***cf.* pup-, *quod traditur l. 72. 75,* Gracch. or. frg. Char. gramm. p. 256, 2 reipūp. *atque hic illic in var. l., e. g.* Plavt. Amph. 196. 524 [*cod. D*]**)**; *c. apice vel* I *longa*: reI publicae CIL X 3917 (*saec. I ex. a. Chr.*). R. Gest. div. Aug. 1, rés p(ublica) *ibid.* Orat. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 7, reI p(ublicae) *ibid.* 1, 27, reí publicáe CIL XII 1357 (*saec. I*). *al.* *notatur* r p Lex agr. (CIL I[2] 585) 36 (*restit.*). CIL I[2] 3118 S.C. de Pisone 14. 115. 130. 154. *et passim* **(***in compendiis amplioribus e. g.* r(ei) p(ublicae) c(ausa) *v. p. 1412, 36 et* Prob. litt. sing. 6, 68 r p c s(e) d(olo) m(alo) [res puplice causa se damno malo *cod.*]; i(ta) u(tei) e(is) e r(e) p(ublica) f(ideque) s(ua) *sim. v. vol. VI 1, 679, 15 sqq.*; r(ei) p(ublicae) c(onstituendae) *v. p. 1408, 39 sqq.***)**, *cf.* Not. laterc. gramm. IV 280 r(es) p(uplica); res p (resp) *sim. l. 67 sq. p. 1403, 17. 1404, 8. 1408, 1 sq. 1409, 24 et passim in titulis, in codd. ant. e. g.* Cato orat. 169 (= Fronto p. 90, 17. 91, 5; *cod. A* [*cf. ed. van den Hout p. XXVIII*]). Sall. Catil. 6, 6 (Pap. Corp. 32, 18). Liv. 45, 14, 4. 45, 41, 8 (*V*), *saepe in recc.*; res publ (respubl) *p. 1404, 14. 35. 51. 53. al.; aliis modis e. g. l. 20 sq. p. 1397, 57. 59. 1403, 35. 65. 1404, 22. 1409, 26.* Not. Tir. 5, 63 sqq. -ā. -a. -ae. -a(m). reque publica. resque publica. ... in -a. de -a. 36, 74 triumvir -ae constituendi (*pro* -ndae). 39, 76 obtime de -a meritus (77 pessime. 78 optime de -a populi Romani m. [79 pessime]). 59, 97 -arum. *genus masc. fort.* CIL IV 3685 -ae Pompeiani (*si voces iungendae sunt*). Inscr. Hisp. Epigr. 1995 n. 723 Constantino ... bono rei publico nato. *de formis: gen. sing.* -ai Plavt. Mil. 103 (*v. p. 1413, 24*), -e *p. 1403, 65. 67. 1404, 48; plur. occurrit inde a* Plavt. Trin. 1057 frg. inc. 41 Gracch. or. frg. Fest. p. 286 Cic. inv. 1, 4, *imprimis in capite altero.* *de mensura (cf. p. 1397, 66 sqq.): gen. sing.* rēī pūblicāi *metitur p. 1413, 24* (*cf. p. 1359, 54 sq.*), rĕī pūblĭcæ *testatur* Rvfin. gramm. VI 566, 12. *de notione* (*v. etiam l. 31*): Synon. Cic. p. 413, 19 ad -am accessit; ad honores; ... ad consulatus. p. 442, 16 -a. urbs. patria. civitas. ... populus. Quirites *eqs.* Gloss. -a: cynidom (*anglosax.*). II 412, 8 *πολιτεία*: civile imperium, -a, civilitas. 451, 10 *τὰ δημόσια πράγματα*: -a. III 274, 43 *περὶ πολιτείας*: de civilitate vel re pu(blica). 274, 44 *ἡ πολιτεία*: civilitas, respu(blica). 274, 60 *ὁ δῆμος καὶ λαός*: populus, vulgus, respu(blica). Gloss.[L] I Ansil. RE 1033 sqq. (cod. Paris.) -am ministrat: publicam rem ministrat. rem populi regit *eqs.* 1038 (*pendet e* Cic. rep. 1, 39). *legitur fort. primum in formulis priscis p. 1403, 10. 37, certe inde a* Naev., Plavto, Enn., Catone *per totam latinitatem.* **[***confunditur in codd. imprimis* r(es) p(ublica) *cum* p(opulus) r(omanus), *v. p. 1399, 72. 1400, 37. 1401, 63. 1403, 39 et* Caes. Gall. 4, 16, 6. *al. (falso trad. vel in var. l. falsa e. g.* Cic. leg. agr. 3, 15 Phil. 2, 36. 11, 3. 13, 23; *cf. p. 1400, 70), ceterum c.* res Liv. 34, 2, 11. *al.* (*restit.* Cic. fam. 1, 1, 3 Liv. 24, 22, 17 Sen. contr. 2, 6, 4. *al.; edebatur olim* Liv. 7, 3, 9).**]**

significatur quod est populi **(***cf.* Cic. rep. 1, 39 est ... -a res populi; populus autem non omnis hominum coetus *eqs. [sim. saepius, e. g. l. 22. p. 1405, 13. 31]; enucleate de notione disputaverunt imprimis Stark, Res publica, diss. Göttingen 1937, Drexler, Maia 9, 1957, 245 sqq., Suerbaum, Vom antiken zum frühmittelalterl. Staatsbegriff, [2]1970; gr. resp. δημόσια πράγματα l. 19. p. 1403, 58. 1407, 65. 1408, 47. 49., πόλις p. 1405, 17. 19. 1406, 41, πολιτεία l. 18. 19 sq. p. 1399, 54. 58. 1405, 42. 1408, 32, πολιτικά p. 1405, 49***)**.

exempla sic digerenda esse putavimus:

capvt privs: *-a est universitas quaedam*:
I *proprie respicitur civitas legibus moribus institutis consociata*:
A *in contextu quolibet*:
1 *spectat ad civitates exteras: p. 1399, 16.*
2 *spectat ad civitatem Romanorum*:
a *ad totam eorum civitatem*: **α** *exempla varia: p. 1399, 60* (*iuxta posita et opposita p. 1400, 31*). **β** *illustrantur certae eius qualitates, sc. institutio legitima, ordinata p. 1400, 71, magnitudo, amplitudo p. 1401, 34, aetas, tempus p. 1401, 61.* **γ** *in imag. vel compar. -a repraesentatur ut animans p. 1402, 1, navis p. 1402, 55, aedificium aut quaevis res p. 1402, 65.* **δ** *in formulis locutionibusque quibusdam, sc. in precationibus faustis p. 1403, 8, in evocatione p. 1403, 22, in voto vel devotione p. 1403, 37, in S.C. ultimo p. 1403, 54, pro attributo imperatorum p. 1403, 60.*
b *ad civitatis eorum partes, sc.*: **α** *colonias, municipia sim., quae iure Romano ordinantur: p. 1403, 68.* **β** *dioeceses orientalem et occidentalem: p. 1404, 57.*
3 *spectat generaliter ad civitatem quamlibet: p. 1404, 72* (*in titulo vel designatione operis p. 1405, 34*).
B *in contextibus peculiaribus vergit in notionem q. e. civitatis*:
1 *administratio, gubernatio*:
a *strictius de opera, quam navant fungentes munere publico*: **α** *quolibet, sc. potius de administratione gerenda p. 1405, 55, deliberanda, disputanda p. 1406, 35* (*fere in senatu; extra senatum p. 1406, 65*). **β** *superiore, ut vergat in vim summae potestatis publicae: p. 1407, 1.*
b *laxius*: **α** *de condicione, qualitate sim. administrationis: p. 1407, 16.* **β** *de occupatione, vita sim. publica: p. 1407, 33.*
2 *utilitas, salus publica: p. 1407, 42* (*in locut.* e(x) -a *p. 1407, 57*).
3 *facultates, opes, patrimonium: p. 1407, 69.*
4 *forma, constitutio: p. 1408, 8.*
5 *condicio, status: p. 1408, 57.*

[Gitner]

II *transfertur ad quamlibet congregationem*: **A** *universarum rerum, i. ad mundum sim.: p. 1408, 72.* **B** *animantium: p. 1409, 17.*
III *iuncturae potiores ad I et II*: **A** *verbales: p. 1409, 54.* **B** *nominales, sc. pendet gen.* -ae *e subst. p. 1410, 70, gen. subst. p. 1411, 53, adi. p. 1411, 57.* **C** *praepositionales: p. 1412, 16.*
CAPVT ALTERVM: *-ae sunt res singulae pluresve populum respicientes*: **I** *de negotiis pro civitate agendis: p. 1413, 22* (*disting.* res privatae *p. 1413, 45*). **II** *de civitatis bonis, possessionibus: p. 1413, 53.*

CAPVT PRIVS: *-a est universitas quaedam* (*acuitur accedente adi.* omnis *p. 1400, 58. 1402, 12. 31. al.,* tota *p. 1412, 5 sqq.,* universa *p. 1412, 13 sqq.*): **I** *proprie respicitur civitas legibus moribus institutis consociata* **(***cf. definitiones vocis q. e.* populus *vol. X 1, 2714, 53 sqq.; plur. de pluribus civitatibus inde a* GRACCHO *l. 40* [*cf.* FEST. p. 286 'resp(ublica)' multarum civitatum pluraliter dixit C. Gracchus], CIC. *l. 25*)**:** **A** *in contextu quolibet*: **1** *spectat ad civitates exteras*: **a** *Graecas* (*fabulas Plautinas et declamationes, quippe potius res Romanas respicientes, ad 2 traximus*): NAEV. praetext. 7 ('in Naevi poetae ludo' [libro *var. l.*], *fort. e comoedia*) ⌊qui vestram -am tantam amisistis tam cito?⌋ :: proveniebant oratores novei, stulti adulescentuli (⌊ ⌋ *ordinem verborum mutaverunt Ribbeck aliique praeter necess.; locum introducit* CIC. Cato 20 *si* audire voletis externa, maximas -as ab adulescentibus labefactatas, a senibus sustentatas et restitutas reperietis). ACC. trag. 357 qui -am ⌊animo certo⌋ (c. a. *trad.*) adiuverit, statuerit, steterit cum Achivis. CIC. Mur. 74 neque … Lacedaemonii … neque vero Cretes … -as suas retinuerunt, *sc. a Romanis subiecti* **(***item spectat ad Spartam*: div. 1, 96 Lacedaemoniorum -am [VAL. MAX. 7, 2 ext. 15]. GELL. 18, 3, 5 urbem hanc et hanc -am salvam inexpugnabilemque esse. *al.*)**.** Flacc. 16 Graecorum … totae -ae sedentis contionis temeritate administrantur (*nisi ad p. 1413, 22 sqq.*). opt. gen. 20 *causa, quam Demosthenes et Aeschines de corona egerunt,* habet … meritorum in -am contentionem sane gravem **(***spectat ad Athenas ut*: nat. deor. 2, 74 Atheniensium -am [NEP. Att. 4, 3 *opp.* rei familiari. *al.*]. SALL. Catil. 51, 28 Lacedaemonii devictis Atheniensibus triginta viros inposuere, qui -am eorum tractarent. NEP. Alc. 4, 6. Thras. 3, 1 -ae procuratio populo redderetur. *al.; cf. p. 1407, 41*)**.** Tusc. 2, 36 illi, qui Graeciae formam -arum dederunt. *al.* NEP. Epam. 10, 4 quamdiu ille praefuerit -ae (*spectat ad Thebas, ut* IVST. 6, 8, 1. *al.; cf. p. 1412, 21*). LIV. 34, 25, 9 *Argivus quidam* clamitans, ut, qui salvam -am vellent, auctorem … se libertatis sequerentur (*cf. p. 1403, 22 sqq.*). *al.* **b** *varias*: GRACCH. or. frg. Fest. p. 286 eae nationes … per avaritiam atque stultitiam -as suas amiserunt. SISENNA hist. 77 quid ⟨in⟩ -am suam maxume conducere videretur (*nisi ad 2*). CAES. Gall. 6, 20, 1 quae civitates *Gallicae* commodius suam -am administrare existimantur, habent legibus sanctum, siquis quid de -a … famā acceperit, uti ad magistratum deferat (*item spectat ad Gallos e. g. p. 1406, 67 sq.*). NEP. Ham. 2, 1 ut Karthaginem venit, multo aliter, ac sperarat, -am se habentem cognovit **(***item spectat ad Carthaginem*: LIV. 30, 42, 13 *Hasdrubali* belli culpam in paucorum cupiditatem ab -a transferenti. SEN. dial. 8, 8, 2 ad Carthaginiensium … -am sapiens accedet? IVST. 31, 4, 6 pacem … non tam cum -a eius *Hannibalis* quam cum eo factam. *al.; cf. p. 1407, 13*)**.** TAC. Germ. 13, 1 *Germani armis nondum receptis* domūs pars videntur, mox -ae (*aliter, ut vid., p. 1413, 51*). IVST. 2, 4, 6 *Amazones* ausae -am ⌊augere⌋ sine viris (⌊ ⌋ gerere *Watt, Philologus 145, 2001, 104*). HEGES. 1, 21, 1 compositis ad arbitrium Antipatris -ae (-is *var. l.*) Hierosolymitanae negotiis **(***gr. 1, 178 κατεστήσατο τὴν πολιτείαν. item spectat ad Iudaeos*: AVG. civ. 7, 32 p. 315, 9 populus Hebraeus in unam quandam -am … congregatus. 10, 32 p. 458, 10 *Hebraeorum* erat ipsa quodam modo sacrata -a in … praenuntiationem civitatis dei. CASSIOD. Ios. antiq. 4, 302 [*gr. πολιτείαν*]. *al.; cf. p. 1408, 27*)**.** *al.*

2 *spectat ad civitatem Romanorum* (*cf. quod supra l. 17 sq. adnotavimus*): **a** *ad totam eorum civitatem*: **α** *exempla varia* (*paucissima selecta*): PLAVT. Merc. 986 si istuc ius est … scortari senes, ubi locist res summa nostra publica? **(**CIC. inv. 1, 1 *p. 1400, 47.* Verr. II 2, 5 M. Cato … cellam penariam -ae n. … Siciliam nominabat. Balb. 6 pietas in -am n. rep. 1, 64. *al., e. g. p. 1400, 50 et* SALL. Catil. 51, 17 RVT. LVP. 2, 14 SEN. suas. 7, 8. ORAT. imp. Claud. [CIL XIII 1668] 1, 7. *al.*)**.** CATO orat. 5 (*de consulatu suo*) arbitror -am curare industrie summum periculum esse. 169 vide sis, quo loco -a siet, uti, quod -ae bene fecissem, unde gratiam capiebam, nunc idem illud memorare non audeo, ne invidiae siet. DECRET. trib. pl. Gell. 6, 19, 7 (*5* ex annalium monumentis; *a. 187/4 a. Chr.*) alienum videtur esse dignitate -ae in eum locum imperatorem populi Romani duci, in quem locum ab eo coniecti sunt duces hostium **(***huc spectat etiam* VAL. MAX. 4, 1, 8 indignum et alienum maiestate ⌊-ae⌋ [populi Romani *var. l.*]**)**. LAEL. or. frg. Schol. Cic. Bob. p. 118, 17 *Scipio* in eodem tempore periit, cum et vobis et omnibus, qui hanc -am ⌊salvam⌋ (*add. corr.*) volunt, maxime vivo opus est, Quirites **(**CIC. S. Rosc. 154 hanc *crudelitatem* tollite ex civitate, … hanc pati nolite diutius in h. -a versari. Verr. II 5, 94 *quidam* hac -a dignissimus. Rab. perd. 27 *Marium,* patrem patriae, parentem … vestrae libertatis atque h. ce -ae. dom. 94. *et saepius*)**.** CORNELIA epist. frg. 1 *inimicos ulcisci pulchrum* mihi esse videtur, sed si liceat -a salva ea persequi. ACC. praetext. 38 pulcherrume auguratum est rem Romanam publicam summam fore **(**LIV. 7, 6, 3 -am R. perpetuam esse. VELL. 2, 16, 4 Pompeio Sullaque et Mario fluentem procumbentemque -am R. restituentibus [rem P. R. *trad.,* -am populi Romani *Heinsius*]. FLOR. 1, 8, 6 *p. 1402, 28.* DECL. in Catil. 93. *al.; cf.* -a populi (Romani) *l. 38 sqq.*)**.** COM. pall. inc. 76 onus est honos, qui sustinet -am. CIC. Flacc. 25 regibus exterminatis libertas in -a constituta est. Phil. 1, 13 *L. Brutus* dominatu regio -am liberavit. rep. 2, 16 *Romulus,* quod principium -ae fuit, urbem condidit auspicato. 2, 23 *cum senatus* temptaret post Romuli excessum, ut ipse regeret (gereret *cod. ante corr.*) sine rege -am, populus id non tulit. 5, 2 nostris … vitiis … -am verbo retinemus, re ipsa vero iam pridem amisimus **(***cf.* TAC. hist. 1, 30, 2 si -a et senatus et populus vacua nomina sunt. SVET. Iul. 77, 1 [*verba Caesaris*] nihil esse -am, appellationem modo sine corpore ac specie**)**. Tusc. 1, 2 res … domesticas ac familiaris nos … melius tuemur *quam Graeci* …, rem vero publicam nostri maiores … melioribus temperaverunt et institutis et legibus. PS. SALL. rep. 1 tit. (*sec. cod. unicum saec. IX/X*) ad Caesarem senem: de -a (*item in titulo*: SVLPICIA sat. conquestio de statu -ae et temporibus Domitiani). ORAT. imp. Claud. (CIL XIII 1668) 1, 27 *regibus expulsis* ad consules … administratio rei p(ublicae) translata est. SEN. clem. 1, 4, 1 ille *imperator* est … vinculum, per quod -a cohaeret **(***cf.* HIST. AVG. Hadr. 6, 2 *Hadrianus* salutatus … praepropere a militibus imperator, quod esse -a [P^2, -(a)e P^1] sine imperatore non posset**)**. CIL VI 31245 (*in arcu Constantini*) iustis -am ultus est armis. SIDON. carm. 2, 28 melius -a vestra, *Leo,* nunc erit una magis, quae sic est facta duorum, *sc. participata cum Anthemio.* CORIPP. Ioh. 4, 408 *Romana* res … super (semper *cod.*) totum regnavit publica mundum. *et saepe. iuxta posita et opposita notabiliora*: PLAVT. Amph. 40 (*loq. Mercurius*) meruimus et ego et pater de vobis et -a **(**v., *sc. civibus; sim.* SCIP. min. or. frg. Paul. Fest. p. 151 vobis reique publicae praesidio erit is. GRACCH. or. frg. Char. gramm. p. 256, 2 qui et v. et -ae et sibi communiter prospiciat. CIC. Cluent. 155 populum Romanum … vobis -am et fortunas suas commisisse. *al.; cf.* nobis: CIC. S. Rosc. 11 et n. et ⌊-ae⌋ [*Arus.,* populo Romano *codd. Cic.*]. *al.; sim. saepe*)**.** TAB. cens. Varro ling. 6, 86 rei … publicae populi Romani **(***v. p. 1403, 8, ceterum l. 16 et vol. X 1, 2725, 71 sqq.; addere possis e. g.* CIC. p. red. in sen. 38 nulla ad -am defendendam p. Romani convocatio. Sest. 103 populi commodum ab utilitate -ae discrepabat. LIV. 34, 34, 9 e -a p. Romani sociorumque. 45, 14, 4. *cf. p. 1399, 34. 1405, 5*)**.** RHET. Her. 4, 22, 31 *occisio C. Gracchum* virum -ae amantissimum subito de sinu civitatis eripuit (*saepe, e. g. l. 1. 46. 48 et* LIV. 2, 24, 4 deliberationi de … parte civitatis metum pro universa -a intervenisse. *cf. etiam vol. III 1238, 21 sqq.*). 4, 43, 55 pro salute patriae, pro incolumitate civitatis, pro -ae fortunis *pericula suscipere* (*ceterum v. vol. X 1, 764, 20 sqq.*). CIC. inv. 1, 1 et nostrae -ae detrimenta … et maximarum civitatum veteres … calamitates **(***item opp. nationes, regna sim. externa e. g.* CIC. rep. 6, 9 ego *Scipio* illum *Masinissam* de suo regno, ille me de nostra -a percontatus est. SIDON. epist. 3, 1, 5 [*ad Alc. Avit.*] vobis inter eos *Gothos* et -am mediis. EPIST. Austras. 42, 5 vestrae gentis unitas atque felicissimae nostrae -ae. GREG. M. epist. 13, 5 l. 26 inter vos *Francos* et -am. ISID. vir. ill. 22 l. 12 Iustinianus in -a et Athanagildus in Hispaniis *imperantes*)**.** S. Rosc. 50 -am atque hoc imperium (*v. p. 1401, 37, ceterum vol. VII 1, 579, 20 sq. et e. g.* OPTAT. 3, 3, 5 non … -a est in ecclesia, sed ecclesia in -a, id est in imperio Romano). 131 cum solus -am regeret orbemque terrarum gubernaret *Sulla.* Cluent. 129 habebit … populus Romanus iudicem, -a civem sine ignominia quemquam? (dom. 1 omnis -ae dignitas, omnium civium salus. Mil. 63 c. optime de -a meritos. *al., v. l. 62 et vol. III 1229, 29 sqq.*). Catil. 1, 12 -am universam petis, … Italiam totam ad exitium … vocas (1, 27 *p. 1402, 12.* Sull. 33 incensione urbem, internicione civis, vastitate I., interitu -am liberavi. Lig. 32 florem Italiae ac robur -ae. *al.*). p. red. ad Quir. 16 *Pompeius* mihi unus uni privato (*'an* privatus?' *Klotz*) amico eadem omnia dedit, quae universae -ae: salutem *eqs.* (p. *adi. ut*: Mil. 76 totam -am resque p. omnium. rep. 4, 7 et in p. familiis et in -a. SEN. contr. 10, 4, 14; *subst. v. l. 64. vol. X 2, 1392, 28 sqq. et passim*). HYG. grom. p. 79, 5 vectigales … agri sunt obligati, quidam r(ei) p(ublicae) p(opuli) R(omani), quidam coloniarum aut municipiorum aut civitatium aliquarum (VLP. dig. 45, 3, 3 si servus ⌊-ae⌋ [populi Romani *Mommsen*] vel municipii vel coloniae stipuletur).

β *illustrantur certae eius qualitates*: Ⓘ *institutio legitima, ordinata et fere libera* (*exempla potiora*): RHET. Her. 4, 13, 19 ex quo tempore concordia de civitate sublata est, libertas sublata est, fides sublata est, … -a sublata est. CIC. S. Rosc. 141 *aetate Sullae* nobilitas armis atque ferro -am recuperavit (har. resp. 54 *Sulla dictator* habuit regalem po-

[Gitner]

testatem, quamquam -am reciperarat. Att. 14, 4, 1 una cum libertate -am recuperatam. *al., v. p. 444, 40 sqq.*). Catil. 3, 1 -am, Quirites, vitamque omnium vestrum … vobis conservatam ac restitutam videtis (dom. 145 meum caput ea condicione devovi, ut … mihi -a aliquando restituta liceret frui. *al.* Ps. Sall. rep. 2, 13, 6. Liv. 3, 20, 1 moverat plebem oratio consulis; … patres restitutam credebant -am. Vell. 2, 16, 4. *al.; cf. l. 18 sqq.*). p. red. ad Quir. 14 cum privati parietum ⟨se⟩ praesidio, non legum, tuerentur, … -am esse nullam putavi. fam. 13, 68, 2 *spero Caesari* fore curae et esse, ut habeamus aliquam -am. Bell. Alex. 68, 1 quod *Deiotarus* … scire potuisset, quis urbem Italiamque teneret, ubi senatus populusque Romanus, ubi -a esset. Sen. contr. 9, 4, 6 *non* imputare idem et -ae et tyranno. Vell. 2, 32, 1 esse quidem praeclarum virum Cn. Pompeium, sed nimium iam ⌊liberae⌋ -ae (liber aere(t) *codd.*). 2, 48, 4 pro Pompei partibus, id est, ut tunc habebatur, pro -a (*cf.* Qvint. inst. 12, 1, 16 optimis … partibus, id est -ae). Tac. hist. 1, 16, 1 (*loq. Galba*) si immensum imperii corpus stare … sine rectore posset, dignus eram, a quo -a inciperet. ann. 1, 9, 5 non regno … neque dictatura, sed principis nomine constitutam -am, *sc. sub Augusto.* CIL VI 983 ⟨Hadriano …⟩ r⟨estitutori -ae⟩ **(**[*si recte suppl. Mommsen*]. 1146 fundatori pacis et r. -ae … Constantino. Inscr. numm. imp. Const. VII p. 331 r. rei p(ublicae). Paneg. 5, 4, 3. CIL XI 6643 liberatori orbis Romani, r. libertatis et r(ei) p(ublicae) … Magnentio. XVII 2, 565 [= XIII 9141] res⟨t⟩i⟨tu⟩tores rei pu(blicae), li⟨b⟩eratores patr⟨iae⟩ Valentinianus ⟨et⟩ Valens. *al., saepe in nummis et inscr. usque ad saec. IV ex.***)**. *al. tempore principatus lugetur libera -a amissa* (*temporis prioris exempla v. e. g. p. 1402, 18 sqq.*): Sen. dial. 2, 2, 2 *Cato Vticensis* cadentem -am, quantum modo una retrahi manu poterat, tenuit (*postea*: neque … Cato post libertatem vixit nec libertas post Catonem. *cf.* 9, 16, 1 *Cato cogebatur* simul de se ac de -a palam facere). Tac. hist. 1, 50, 3 (*vox populi*) mansisse Caesare Augusto victore imperium; mansuram fuisse sub Pompeio Brutoque -am. ann. 1, 3, 7 iuniores post Actiacam victoriam, etiam senes plerique inter bella civium nati; quotus quisque reliquus, qui -am vidisset? 4, 19, 3 multa adseveratione, quasi … illud (*sc. principatus*) -a esset, coguntur patres. 13, 28, 1 manebat … quaedam imago -ae.

Ⅱ *magnitudo, amplitudo* (*fere capax augmenti vel deminutionis*): Cic. S. Rosc. 50 maiores nostri … ex minima tenuissimaque -a (-am *Pluygers*) maximam et florentissimam nobis reliquerunt. *ibid.* agris et urbibus et nationibus -am atque hoc imperium et populi Romani nomen auxerunt **(**Sest. 143 eos, qui hanc tantam -am … aut auxerint aut defenderint aut servarint. *al.* Lex Gabin. Calp. [CIL I^2 2500] 5 quom -a pop⟨ulei Romanei deorum inmortalium opib⟩us ac consilieis sit aucta [pop⟨ulei *eqs.*⟩ *Nicolet,* pot⟨issimum*? eqs.*⟩ *CIL*]. Sall. Catil. 6, 7 *regium imperium* initio … augendae -ae fuerat. *al.; cf. p. 1399, 52***)**. Verr. II 3, 14 cum *maiores* Siciliam … ad -am adiunxissent. rep. 5, 1 (*ad Enn. ann. 500, v. p. 1363, 34*) tantam et tam fuse lateque imperantem -am. *al.* Sall. Catil. 10, 1 labore atque iustitia -a crevit, reges magni bello domiti, … populi ingentes vi subacti *eqs.* 52, 19 maiores nostros … -am ex parva magnam fecisse. Iug. 42, 1 maiores *Gracchorum* Punico atque aliis bellis multum -ae addiderant (Ps. Sall. rep. 1, 5, 8 magnitudinem animi in addendo, non demendo -ae ostendere. Hist. Avg. Claud. 9, 1). Sen. contr. 10, 6, 2 non est tam angusta -a, ut ab uno opprimi possit. *al. potius localis, sc. finibus circumscripta*: Cic. fam. 6, 6, 2 cum me ex -a expulissent ii, qui illam cadere posse stante me non putarunt. Liv. 5, 2, 4 remotam … et ablegatam ab urbe et ab -a iuventutem, *sc. in hibernaculis versatam.* Gell. 13, 14, 2 pomerium pro incrementis -ae aliquotiens prolatum est. Pompon. dig. 1, 2, 2, 33 haec omnia, quotiens in -a sunt magistratus, observantur; quotiens autem proficiscuntur *eqs.* Oros. hist. 7, 9, 10 *multis regionibus in provincias redactis* in inmensum -a Romana provehitur. Iord. Get. 169 (*167* rex Vandalorum … a Bonifatio in Africam invitatus) -am praecibus Bonifatii … invitatus intravit. Isid. chron. II p. 479, 414^b *Heraclius* a -a Romana multas in Oriente deficientes patrias … dicioni priscae restaurat.

Ⅲ *aetas, tempus* (*cf. p. 1411, 57*): Cic. leg. agr. 2, 90 multae in ⌊hac -a⌋, *i. memoriā huius -ae,* seditiones domesticae …, bella cum sociis **(**[⌊ ⌋ hoc p(opulo) R(omano) *var. l.*]. Catil. 4, 7 hoc genus poenae saepe in improbos civis in h. -a esse usurpatum. Vatin. 33 *facere,* quod in h. -a factum antea numquam est. *al.***)**. Pis. 26 numerandus est ille annus … in -a, cum obmutuisset senatus, iudicia conticuissent *eqs.*? Phil. 1, 19 quae lex melior … optima etiam -a saepius flagitata *est,* quam ne praetoriae provinciae plus quam annum … obtinerentur? (de orat. 1, 1 illi …, qui in o. -a *sine periculo vivere potuerunt.* ac. 2, 15 in o. -a Tib. Gracchus *exortus est,* qui otium perturbaret). off. 3, 47 plena exemplorum *honestatis* est nostra -a, cum saepe tum maxume bello Punico secundo. *al.* Caes. civ. 1, 7, 2 novum in -a introductum exemplum, *sc. tribuniciae intercessionis oppressae.* Tac. ann. 1, 7, 3 Tiberius cuncta per consules incipiebat, tamquam vetere -a (11, 23, 2. 16, 22, 4 Tuberones et Favonios, v. quoque -ae ingrata nomina).

γ *in imagine vel comparatione -a repraesentatur*: Ⅰ *ut animans*: Ⓐ *qui capax est agendi, loquendi vel patiendi, sentiendi* (*exempla pauca selecta*): Qvadrig. hist. 7 *Manlii Capitolini* operam … cumprime fortem atque exsuperabilem -a sensit (Liv. 45, 41, 8 optavi, ut … mutationem eius *fortunae* domus mea potius quam -a sentiret. Tac. Agr. 6, 5. *al.*). Cic. S. Rosc. 149 quod si omnes … facerent, et -a ex illis et ipsi ex invidia minus laborarent (*al., v. vol. VII 2, 806, 29 sqq.*). div. in Caec. 70 hoc remedium est aegrotanti (aegrotae *var. l.*) ac prope desperatae -ae (*cf. l. 35 nec non* aegra -a: Val. Max. 9, 11, 2 a. -ae gemitu. Flor. 3, 23, 4 quasi a. sauciaeque -ae). Catil. 1, 27 tantum profeci …, ut exsul potius temptare quam consul vexare -am posses. *ibid.* si cuncta Italia, si omnis -a loquatur: '…' (Planc. 92 res … ipsa publica, si loqui posset, ageret mecum *eqs.*). Sull. 32 tu -am reprehendis, quae domesticos hostis, ne ab eis ipsa necaretur, necavit? Flacc. 3 si umquam -a … sapientiam iudicum imploravit (*al., v. vol. VII 1, 647, 21 sqq.*). Phil. 13, 9 qua pace Cn. Pompei filium -a aspiciet suoque sinu complexuque recipiet (*cf.* Tac. ann. 4, 8, 3 *Tiberium* solacia e complexu -ae petivisse). de orat. 3, 10 ut ille *Strabo* … et vixisse cum -a pariter et cum illa simul exstinctus esse videatur **(***cf.* Svlp. Sev. Cic. fam. 4, 5, 5 illam *Tulliam,* quam diu ei opus fuerit, vixisse, una cum -a fuisse [floruisse *dett.*] …; cum -a occideret, vita excessisse**)**. Ps. Cic. epist. ad Oct. 7 mortua -a (*cf. e. g.* Val. Max. 5, 3, 2^b -am … paene iam exsanguem atque morientem). Sall. Catil. 51, 40 postquam -a adolevit et multitudine civium factiones valuere. Nep. frg. 58 Marsh. dubito, interitu eius *Ciceronis* utrum -a an historia magis doleat. Sen. contr. 1, 8, 2 possum cum -a queri: '…'. Plin. epist. 4, 15, 9 *in eligendis quaestoribus* tales quasi liberos a -a accipere, quales a natura solemus optare. Flor. epit. 1, 8, 6 actus a Servio census quid effecit, nisi ut ipsa se nosset Romana -a? Evtr. 9, 8, 1 *Gallienus* tenendae -ae habenas … laxavit **(**Clavd. Don. Aen. 7, 600 p. 90, 6 ['rerum … relinquit h.'] casibus relinquens h. -ae**)**. Prvd. c. Symm. 2, 427 *a. 449 a. Chr.* se geminis reddit ductoribus omnis publica res et consulibus dat condere fastos. Coripp. Iust. 2, 204 publica res domuit gentes et regna subegit. *et saepe.* Ⓑ *qui membris et intestinis compactus est*: Cic. div. in Caec. 9 me … ad eam partem accessisse -ae sublevandae, quae maxime laboraret (Mil. 68 omnis … -ae p. aegras et labantis. *al., v. vol. X 1, 470, 30 sqq.*). Catil. 1, 31 periculum … erit inclusum penitus in venis atque in visceribus -ae **(**Pis. 28. Liv. 22, 38, 6 [7] *bellum* mansurum … in v. -ae. Qvint. decl. 255, 8 in mediis -ae v.**)**. Mur. 51 duo corpora esse -ae, unum debile infirmo capite, alterum firmum sine capite (Pis. 25. *al., v. vol. IV 1006, 66 sqq.*). fam. 5, 13, 3 membra -ae (*al., v. vol. VIII 638, 57 sqq. 642, 20 sq. 643, 52*). *al.* Vell. 2, 52, 3 duo -ae capita, *sc. Caesar et Pompeius* (*sim. al., v. vol. III 422, 46 sqq.*). Val. Max. 2, 2, 1 fidum erat et altum -ae pectus curia. *al.* Ⓒ *qui appellatur, imploratur sim.*: Cic. Catil. 2, 7 o fortunatam -am, si quidem hanc sentinam urbis eiecerit! Sen. contr. 1, 4, 1 te, -a, invoco, quae manus meas possides. 1, 7, 2 o felicem rem ⟨publicam⟩, quod sub isto inimico non ante tyrannidem navigavi! *ibid.* has manus si per te redimere non potes, -am appella (Qvint. decl. 306, 14 appella -am, a. magistratus. 345, 3 -am hic … verbis legis appellat). *al.* Val. Max. 4, 1, 12 o -am … Africani morte miseram! Qvint. decl. 249, 7 ad te venio, -a: accusare adulterum volo (*totum locum secl. Shackleton Bailey*). 315, 15 renuntio, -a[e], non utor honore constituto. 341, 5 dic istud -ae, dic senatui, dic magistratui: '…'. Tac. Agr. 34, 3 *milites,* adprobate -ae numquam exercitui imputari potuisse aut moras belli aut causas rebellandi *al.*

Ⅱ *ut navis tempestatibus obnoxia* (*de allegoria cf. l. 61 et vol. IX 1, 239, 39 sqq.*): Cic. inv. 1, 4 cum ad gubernacula -ae temerarii … homines accesserant, … miserrima naufragia fiebant (*al., v. vol. VI 2, 2343, 6 sqq. 11*). dom. 129 in illo -ae naufragio (*al., v. vol. IX 1, 214, 74 sq.*). Sest. 46 hanc -ae navem ereptis senatui gubernaculis fluitantem in alto tempestatibus seditionum (*al., v. vol. IX 1, 239, 35 sqq.; cf.* Schol. Hor. carm. 1, 14, 17 navis sive -a). Sen. dial. 10, 5, 1 dum fluctuatur cum -a et illam pessum euntem tenet *Cicero.* Flor. epit. 3, 12, 8 opes atque divitiae *orientales* … mersam … vitiis suis quasi sentina -am pessum dedere. Paneg. 7, 9, 4 -ae vela contrahere. *al.*

Ⅲ *ut aedificium aut quaevis res* (*inclusimus imaginem -am repraesentantem p. 1403, 2*): Cic. Att. 1, 18, 3 ille annus duo firmamenta -ae per me unum constituta evertit, *sc. senatus auctoritatem et ordinum concordiam* (Planc. 23 f. -ae publicanorum ordine continetur). rep. 2, 17 *cum Romulus* haec egregia duo fundamenta -ae peperisset, auspicia et senatum (Phil. 5, 30 ieci sententia mea … f. -ae. Edict. imp. Aug. Suet. Aug. 28, 2 *esse* mansura in vestigio suo f. -ae, quae iecero). 5, 2 nostra … aetas, cum -am sicut picturam accepisset … iam evanescentem vetustate, … ne id quidem curavit, ut … extrema tamquam lineamenta servaret. fam. 2, 8, 1 exspecto, ut, ex tuis litteris cum formam -ae viderim, quale aedificium futurum sit, scire possim. Sen. clem. 1, 4, 3 ita se induit -ae Caesar,

[Gitner]

ut seduci alterum non posset sine utriusque pernicie. SVET. Aug. 94, 8 *Q. Catulus somniavit* Iovem … in eius *Octavii* sinum ⌊signum -ae⌋, quod manu gestaret, reposuisse (⌊ ⌋ *cf. Cass. Dio 45, 2, 3 εἰκόνα τινὰ τῆς Ῥώμης*). HIST. AVG. Prob. 7, 3 (*imp. Tacitus Probo*) ⟨t⟩uis nunc umeris magis incubuisse -am. AVG. civ. 3, 21 p. 133, 27 *Augustum* quasi morbida vetustate conlapsam veluti instaurasse ac renovasse -am. *al.*

δ *in formulis locutionibusque quibusdam* (*addere possis p. 1407, 63 sqq.*): Ⓘ *in precationibus faustis*: TAB. cens. Varro ling. 6, 86 quod bonum fortunatum felix salutareque sie[ri]t populo Romano ⌊Quiritibus⌋ (*gen. trad.*) reique publicae populi Romani Quiritium *eqs.* PS. SALL. rep. 2, 13, 8 deos inmortales optestor, ut, quocumque modo ages, *Caesar,* ea res tibi reique publicae prospere eveniat. LIV. 3, 26, 9 quod bene verteret ipsi *L. Quinctio* reique publicae. 3, 34, 2 quod bonum faustum felixque -ae ipsis liberisque eorum esset (3, 54, 8 q. b. f. f. que sit vobis reique publicae. 10, 8, 12. 24, 16, 9. HIST. AVG. Tac. 18, 2 q. b. f. f. salutareque sit -ae orbique Romano). ACT. lud. saec. Aug. (CIL VI 32323) 96 *Moerae, vos precor, uti* ⟨faveatis populo Romano Quiritium⟩ … remque p(ublicam) populi R⟨omani Quiritium salvam servetis⟩ **(***sim. restit. ibid.* 129 [*ad Iunonem*] *sec.* ACT. lud. saec. Sept. Sev. [CIL VI 32329] 12**)**. PLIN. paneg. 72, 1 ut illa ipsa ordinatio comitiorum bene ac feliciter eveniret nobis -ae tibi. *al.* *in porta basilicae Salonitanae*: CIL III 9626 (*saec. V²/VI*) deus noster propitius es⟨to⟩ -ae Romanae. Ⓘⓘ *in evocatione (v. l. 34 sq.), qua consul, dux exhortatur cives militesve, qui* -am salvam esse volunt *sim.* (*quae formula subest etiam p. 1399, 38. 74*): DICTVM Scip. Nasicae Val. Max. 3, 2, 17 *senatores,* qui -am s. e. v., me sequantur (*sim. de eodem* CIC. Tusc. 4, 51 VELL. 2, 3, 1. *al.*). CIC. Rab. perd. 20 qui -am s. e. vellent, arma capere et se sequi iubent *consules.* 34 *intestinis* m⟨alis mag⟩num praesid⟨ium vo⟩bis maiores ve⟨stri re⟩liquerunt, vo⟨cem⟩ illam consulis: 'qui ⟨-am⟩ s. e. ⟨volunt⟩' **(**or. frg. A 7, 46 v. i. …, qui rem ⟨p.⟩ s. e. vellent, ut ad legem accipiendam adessent**)**. dom. 73 *senatus* decrevit, ut omnes, qui -am s. e. vellent, ad me unum defendendum venirent. Pis. 34. *al.* LIV. 4, 38, 2 *cum decurio equitum* exclamasset, ut equites, qui s. -am vellent e., ex equis desilirent *et pedites impetum hostium sisterent. al.* DON. Ter. Eun. 772, 5 dicitur evocatio (rev- *var. l.*), ubi dux alloquitur cives: 'qui rem pu(blicam) s. vultis e., sequimini!' (*sim.* SERV. Aen. 7, 614. 8, 1 ISID. orig. 9, 3, 54). Ⓘⓘⓘ *in voto vel devotione*: LIV. 8, 9, 8 sicut verbis nuncupavi, ita pro ⌊-a⌋ ⟨populi Romani⟩ Quiritium … legiones auxiliaque hostium mecum deis Manibus … devoveo **(**[⌊ ⌋ p(opulo) R(omano) *cod. unus*]. *verba certa facta a P. Decio Mure a. 340 a. Chr., cf. devotionis descriptiones*: CIC. Cato 43 pro -a [nat. deor. 2, 10 SEN. epist. 67, 9 FRONTIN. strat. 4, 5, 15]. VAL. MAX. 5, 6, 5 pro salute -ae**)**. 21, 62, 10 C. Atilius Serranus praetor vota suscipere iussus, si in decem annos -a eodem stetisset statu. 22, 9, 10 ver sacrum vovendum *esse,* si bellatum prospere esset resque publica in eodem, quo ante bellum fuisset, statu permansisset. 22, 10, 2 si -a populi Romani Quiritium ad quinquennium proximum … servata erit hisce duellis …, tum donum duit populus Romanus Quiritium: *eqs.* 30, 2, 8 quos *ludos magnos* T. Manlius Torquatus dictator in quintum annum vovisset, si eodem statu -a staret. 30, 27, 11 si per quinquennium -a eodem statu fuisset. INSCR. numm. imp. Aug. I² p. 68 n. 358 v(ota) s(uscepta) pr(o) s(alute) imp(eratoris) Cae(saris), quod per eu(m) r(es) p(ublica) in amp(liore) atq(ue) tran(quilliore) s(tatu) e(st) (*cf. Küter, Zwischen Republik und Kaiserzeit, 2004, 197 sqq.*). SVET. Aug. 23, 2 vovit … magnos ludos Iovi Optimo Maximo, si -a in meliorem statum vertisset. Ⓘⓥ *in S. C. ultimo (et locis inde pendentibus), quo consulibus aliisve magistratibus cura mandatur,* ne -a quid detrimenti capiat *sim. (cf. e. g. Lintott, Constitution of the Roman Rep., 1999, 89 sqq.): v. vol. V 1, 840, 40 sqq. 51 sqq. (l. 45 pro '32' legas '37'); addere possis* R. GEST. div. Aug. 1 (*restituitur sec. gr.* ⟨*περ*ο⟩*ὶ τὰ δημόσια πράγματα μή τι βλαβῇ*). ASCON. Pis. p. 14, 12 (*sec. S. C. a. 63 a. Chr. factum*). *al.* Ⓥ *pro attributo imperatorum, sc.* bono -ae natus (*de re v. Maligorne, Rev. archéol. de l'Ouest 25, 2008, 291 sqq.; v. etiam vol. IX 1, 79, 55 sqq.*): INSCR. Année Épigr. 1942/43 n. 73 (*a. 275/6*) imp(eratori) Caes(ari) M. Claudio Tacito … bono rei p(ublicae) nato. CIL XVII 2, 120ᵇ (*a. 293*) ⟨imp.⟩ Caes. Fl. ⟨Val. Cons⟩tant⟨i⟩no P⟨io Fel(ici)⟩ … bono r(ei) pub(li)c(a)e nato. INSCR. Hisp. Epigr. 1995 n. 723 (*v. p. 1398, 10*). *et saepe in aliis miliariis saec. IV, raro etiam in nummis, e. g.* INSCR. numm. imp. IX p. 26 (*a. 387/8*) bono reipublic(a)e nati.

b *ad civitatis eorum partes, sc.*: **α** *colonias, municipia sim., quae iure Romano ordinantur*: Ⓘ *vario respectu* (*exempla selecta*): EPIST. praet. ad Tiburt. (CIL I² 586) 8 neque vos dignos esse, quei ea faceretis, neque id vobeis neque -ae vostrae oitile esse facere. CIL I² 3031a, 40 sqq. (*Ostiae; saec. I med. a. Chr.*) *statua cuidam posita est,* ⟨propt⟩erea quod, cum -a ⟨p⟩raedia sua venderet ob pol⟨l⟩icitationem belli navalis (*i. naumachiae*), (43) (sestertia) *tot* … -ae donav⟨it⟩. 3118, 6 (*Calibus; eiusdem fere aet.*) *quidam honoratus,* quod is de r(e) p(ublica) saepe numero bene meritus esset. LABEO dig. 32, 30, 1 *quidam* hortos publicos a -a conductos habebat. FEST. p. 142 initio fuisse, qui ea *municipali* condicione cives fuissent, ut semper -am separatim a populo Romano haberent. p. 233 erat quaedam earum *praefecturarum* r(es) p(ublica), neque tamen magistratus suos habebant. p. 371 ex vic[t]is partim habent -am, et ius dicitur, partim nihil eorum *eqs.* DECRET. decur. Castrimoen. (CIL XIV 2466; *a. 31*) 8 *quidam* et utilis -ae et amator municipi (*cf.* 24 cum … ita amet municipium et rei p(ublicae) sit utilis). CIL IX 3308 (*saec. I in.*) -a populusq(ue) Corfiniensis formam aquaeductus vetustate corruptam d(ecreto) d(ecurionum) refecit (*sim.* 3162 [*saec. II*]). X 3750, 9 (*saec. I med.*) si qui … monumentum … vendere volent, tunc ad -am coloniae Puteolanae pertinebit **(**TAB. cer. Vind. Speidel 65 [*saec. I²*] r(ei) p(ublicae) c(oloniae) C(laudiae) A(rae) A(grippinensium).SIC. FLACC. grom. p. 127, 7. *al.***)**. IV 121 *quendam* IIvir(um) i(ure) d(icundo), dig(num) rei publ(icae). V 4059 (*Mantuae; saec. I*) hic rei p(ublicae) suae (sestertia) *tot* … leg(avit). LEX Irnit. 9 A 15 si quas pecunias mutuas in usus -ae municipi Flavi Irnitani sumendas esse decuriones … decreverint **(**CIL III 1581 [*a. 145*] -a munic(ipii) Hadriani Dobret(ensium). INSCR. Année Épigr. 1980 n. 771 [*aet. Ant. Pii*]. *al.***)**. PLIN. epist. 7, 18, 1 numeres -ae *Comensi* summam: verendum est, ne dilabatur. CIL III 11889 (*saec. II in./med.*) temp⟨l⟩um vetustate conla⟨psu⟩m r(es) p(ublica) civit(atis) Ae⟨liae Aug(ustae) res⟩tituit **(**TEST. [CIL XIII 5708] 2, 6 ⟨rei⟩ public(ae) c. Ling(onum). CIL VIII 15205 re⟨s⟩ publica … c⟨ivita⟩tis Thign⟨icens⟩sis. *al.; cf. l. 36 sqq.***)**. INSCR. Alger. II 7577, 16 (*a. 198/9*) res publ(ica) gent(is) Sub(urburum) Col(onorum?) (*item fere* 7578, 17). *al.*

CAPVT ALTERVM: *-ae sunt res singulae pluresve populum respicientes*: **I** *de negotiis pro civitate agendis* (*saepe plur.; fort. huc p. 1399, 28 et loci aliquot p. 1405, 56sqq. 1412, 27sqq. allati, ubi v.*): PLAVT. Mil. 103 *erus meus* publice legatus Naupactum fuit ⌊magnai -ai gratia⌋ (*varie corruptum in codd., corr. Lambinus*]. CIC. Lael. 42 ne *boni* existiment ita se alligatos, ut ab amicis in m. aliqua ⌊-a⌋ peccantibus non discedant [publica *fere delent edd., sed def. Seyffert-Müller, 1904, ad l.*]). Trin. 1057 ego sum insipientior, qui rebus curem publicis potius quam ... meo tergo tutelam geram. frg. inc. 41 neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo. CIC. inv. 1, 4 quodam tempore neque in publicis rebus infantes ... homines solitos esse versari nec vero ad privatas causas ... dissertos homines accedere. dom. 21 quemquam u1li -ae extra ordinem praefici ([negotio -ae *cod. unus post corr.,* -ae parti *Ernesti*]. LIV. 26, 19, 5 *l. 50.* 40, 44, 8 consul priusquam u. -am ageret, liberare se et ⌊-am⌋ religione votis solvendis dixit [⌊⌋ *ad p. 1399, 60sqq.*]). part. 76 illa prudentia in suis rebus domestica, in publicis civilis appellari solet (*item disting.*: fam. 6, 1, 1 acerbitas ex interitu rerum et publicarum et s. LIV. 24, 22, 14 *ducem* non separantem s. res a publicis). rep. 2, 16 *Romulus* omnibus publicis rebus instituendis ... cooptavit augures. *al.* SALL. Iug. 3, 1 magistratus et imperia, postremo omnis cura -arum minume mihi ... cupiunda videntur. HOR. carm. 2, 1, 10 (*Pollioni*) ubi publicas res ordinaris (*cf.* SCHOL. dum occuparis historia actus publicos referendo). VITR. 6 praef. 2 neque publicarum rerum mutatio neque belli vastatio. HEGES. 1, 1, 10 *Hyrcanus rex* uxori summae rei commisit negotia, ipsam consultius ratus -is moderaturam. *al. disting.* res privatae (*cf. supra l. 31. 36sqq.*): CIC. inv. 1, 5 quod *studium eloquentiae* ad omnes r. et p. et publicas maxime pertineat. Verr. II 2, 7 summus labor in publicis p. que rebus. nat. deor. 2, 162 *divinatio* multis locis, r., temporibus apparet, cum in p. tum maxime publicis. *al.* NEP. Timol. 4, 1 p. publicisque r. *interesse.* LIV. 26, 19, 5 *Scipio* nullo die prius ullam publicam p. que r. egit, quam *eqs.* (*cf. p. 1406, 3 et* TAC. Germ. 13, 1 nihil ... neque publicae neque p. r. nisi armati agunt). VITR. 5 praef. 5 et publicarum et p. rerum rationes.

al. **II** *de civitatis (omnium hominum l. 66) bonis, possessionibus* (*cf. p. 1407, 69sqq.*): CIC. Sest. 91 tum res ad communem utilitatem, quas publicas appellamus, tum conventicula hominum, quae postea civitates nominatae sunt, ... moenibus saepserunt. OV. trist. 4, 4, 15 res est publica Caesar, et de communi pars quoque nostra bono est. PLIN. nat. 35, 10 *Pollio* primus bibliothecam ... ⌊-am⌋ fecit (*v. app. crit.; cf. 7, 115* prima ... publicata Romae est). GAIVS dig. 41, 3, 9 usucapionem recipiunt ... res corporales exceptis rebus sacris, sanctis, publicis populi Romani. inst. 2, 10 sq. (*suppl. e* dig. 1, 8, 1 pr.) hae ... res, quae humani iuris sunt, aut publicae sunt aut privatae; (11) quae publicae sunt, nullius videntur in bonis esse. VLP. dig. 47, 2, 31, 1 (*antea p. 1408, 4*) idem ... scribit *Labeo* et de ceteris -is deque societatibus. PRVD. c. Symm. 2, 803 adsunt homini *cuique* data munera *naturae*: ... influit imber, aura volat tenuis ..., et res naturae fit publica promptaque cunctis. GREG. M. epist. 11, 4 l. 16 hoc bene ... novi, quia, etsi quam -is fraudem fecit *Libertinus ex praetore*, substantia eius caedi debuit, non libertas. *al.* *Gitner.*

iunctura abl. sing. ※**rē vērā** (rēvērā) *pro adv. adhibita. in edd. voces saepe seiunguntur, interdum coniunguntur; formam aliis vocibus seiunctam* -e ... v. *notavimus, alibi* -a *scripsimus; arcuimus ordinem inversum p. 1382, 28. voces seiunguntur quibusdam particulis interiectis, sc.* -e quidem v.: CIC. Verr. II 3, 33. *al.* NEP. Con. 2, 2 AVG. catech. rud. 4, 12; -e autem v.: CIC. fam. 1, 4, 2 NEP. Ages. 2, 3 PS. APVL. Ascl. 17. VET. LAT. II Macc. 3, 8 (rec. V). RVFIN. Clement. 2, 16, 2. *al.*; -e enim v.: RVFIN. Orig. in num. 12, 2 p. 101, 3. *al. apud eundem.* ACT. Archel. 53, 3 GENNAD. vir. ill. 85 FACVND. defens. 9, 3, 7; -e tamen v.: CLAVD. DON. 1, 245 p. 56, 30. GLOSS. -a: *ὄντως.* utique. GLOSS.^{L} Corp. R 165 -a: sine dubio. *legitur in orat. soluta inde a* RHET. Her., CIC., VARRONE, *in versibus non nisi apud* CIC. *l. 42,* LVCR. *et* HOR. *l. 21 sq.* [*falso trad. pro* vera QVINT. inst. 5, 7, 13 (*restit. l. 66 et* MAXIMIN. c. Ambr. fol. 308^{v}, 41).]

fere i. q. re ipsa, vero, ἀληθῶς, τῷ ὄντι (*accedunt particulae* autem *l. 37sqq. 52. p. 1413, 74. 1415, 71. al.,* enim *p. 1413, 75. 1415, 35. 1416, 24. 34. al.* [etenim *p. 1415, 41. 1416, 45*], et *l. 20. p. 1415, 44sqq.,* quidem *l. 19. p. 1413, 72* [*arcuimus p. 1376, 24*], tamen *l. 2. 24. p. 1415, 1; pertinet ad totum enuntiatum sive ad singulas voces, e. g. l. 41. p. 1415, 43* [*in responso l. 54*]): **I** *in oppositione* (*opposita sive commemorantur sive e contextu intelleguntur*): **A** *vi communi*: **1** *exempla quaelibet*: RHET. Her. 2, 7, 11 *signa et argumenta* eo modo exponi, quo modo -a sint gesta; testes corrumpi posse *eqs.* CIC. Verr. II 4, 115 quae sacra, ut erant -a, sic appellari graeca voluerunt (*cf.* Rab. Post. 44 *utinam* sint sane illa *gesta* magna, quae -a magna sunt. div. 2, 110 putabatur eum, quem -a regem habebamus, appellandum quoque esse regem). div. 1, 82 quam *divinationem* quidem esse -a hac Stoicorum ratione concluditur: *eqs.* Att. 3, 23, 3 hoc cum et -a ita sit et cum semper ita habitum observatumque sit *eqs.* LVCR. 2, 48 si ... -a ... metus hominum *non fugantur armis eqs.* (*item in enunt. secund. condic.*: HOR. sat. 2, 7, 99 miror proelia ... picta, velut si -a pugnent ... viri. QVINT. inst. 2, 15, 4 haec opinio originem ab Isocrate, si tamen -a ars, quae circumfertur, eius est, duxit. *al.*). TERT. bapt. 11, 1 (*spectat ad Matth. 3, 11*) quasi -a ipsum *Iesum* suis manibus tincturum Iohannes praedicasset! (uxor. 2, 8, 1 ad hoc quaeramus, an iure, q. -a dispectores divinarum sententiarum. CLAVD. DON. Aen. 1, 360 p. 79, 31 quae sic dolitura esset, q. -a proprium fuisset amissum. *al.; cf. l. 22 et* AVG. retract. 2, 42 verba quaedam, quae velut Xysti ... martyris Pelagius posuit, ita defendi, tamquam -a eiusdem Xysti essent). AVG. civ. 13, 11 p. 569, 16 utinam in paradiso bene vivendo egissemus, ut -a nulla mors esset! nunc autem ... est. c. Petil. 3, 53, 65 utrum -a ita sit accipiendum, tamquam dixerit ..., an sit alius verior et congruentior intellectus (*sim. in interrog. disiunctiva p. 1415, 9*). *al.* **2** *opponuntur dicta, scripta*: CIC. Verr. II 1, 11 M. Marcelli et P. Africani monumenta, quae nomine illorum, -a populi Romani et erant et habebantur (3, 21. 5, 63. fam. 1, 4, 2 nunc populi n., -e autem v. sceleratissimo tribunorum latrocinio si quae conabuntur agere *eqs.* VARRO rust. 3, 5, 6 PLIN. epist. 10, 98, 1 PANEG. 2, 29, 3). 1, 155 qui adductus est in iudicium, verbo quod ... intercessisset contra legem Corneliam, -a quod *eqs.* ([-a *om. codd. Cic., trad.* Prisc. gramm. III 259, 9]. leg. agr. 2, 32 dat ... potestatem v. praetoriam, -a regiam. carm. frg. 11, 9 quae *stellae* v. et falsis Graiorum vocibus errant, -a certo lapsu spatioque feruntur. *al.* LIV. 37, 53, 4 *ut Rhodii Graecos* v. socios, -a subiectos imperio et obnoxios habituri sint). Sest. 15 cum ... intentus ⟨est⟩ arcus in me unum, sicut vulgo ignari rerum loquebantur, -e quidem v. in universam rem publicam. Balb. 7 cuius igitur *crimen*? -a nullius, actione accusatoris eius unius, qui donavit. *al.* LENT. Cic. fam. 12, 14, 3 multo parcius scripsi, quam -a furere eos inveni. SEN. contr. 7, 6, 16 (*them. pater* accusatur a filio dementiae) Buteo *rhetor* voluit videri -a mente lapsum patrem. CVRT. 4, 16, 19 Alexander ... praeceps in noctem diei tempus causatus est; -a ... reverti ad ferendam opem suis statuit. PLIN. nat. 34, 121 *id* aliqui tradiderunt fieri exusto lapide in scrobibus ...; -a autem e supra dicto fit lapide concretum natura *eqs. al.* **3** *opponitur species, simulatio, opinio sim.*: CIC. dom. 72 quando ... est turpe *exsilium*? -a, cum est poena peccati, opinione autem hominum, etiam si est poena damnati. top. 82 *quaeritur,* ecquidnam sit honestum, ecquid aequum -a an haec tantum in opinione sint. off. 3, 75 ut digitorum percussione, *sc. vi magica,* heres posset scriptus esse, qui -a non esset heres. NEP. Con. 2, 2 Pharnabazus habitus est imperator, -e quidem v. exercitui praefuit Conon. Ages. 2, 3 *dux* indutias a Lacone petivit, simulans se dare operam, ut Lacedaemoniis cum rege conveniret, -e autem v. ad copias comparandas. LIV. 33, 11, 3 caduceator eo regius venit, specie ut indutiae essent ..., -a ad petendam veniam legatis mittendis (35, 31, 12. VAL. MAX. 9, 13 ext. 1 qui mihi s. alienam, -a suam condicionem deplorasse videtur. *addas p. 1415, 6; cf.* LIV. 36, 6, 2 in speciem. 44, 24, 7 ad Eumenen per speciem captivorum redimendorum missus legatus erat; ⟨re⟩ vera occultiora quaedam agebantur [*add. Koch*]). VAL. MAX. 1, 5, 8 non effigiem solis ..., sed ipsum solem -a relinquere. 7, 3, 8 aedilis plebis proscriptus adsumpto Isiaci habitu ... stipem petens; quisnam -a esset, occurrentis dinoscere passus non est. CVRT. 3, 13, 5 *dux* pecuniam regiam ... efferri iubet, fugam simulans, -a, ut praedam hosti offerret. QVINT. decl. 346, 2 pater, etsi -a irascitur, dissimulare hoc debet. PLIN. epist. 10, 96, 5 quorum *gestorum* nihil cogi posse dicuntur, qui sunt -a Christiani. POMPON. dig. 15, 1, 4, 1 ut quasi debitorem se servo faceret, cum -a debitor non esset (COD. Iust. 4, 49, 2, 1 [*a. 259*]. POMP. gramm. V 151, 3 stultus stultior stultissimus: *hic comparatio*

[Sx.]

minuit quasi, sed tamen -a auxit**)**. GAIVS dig. 16, 1, 13 pr. cum prima facie quidem alienam, -a autem suam obligationem suscipiat. APVL. flor. 16, 45 quod difficile factu erat quodque *erat* -a arduum, non existimabatur. VET. LAT. II Macc. 3, 8 (rec. L, *sim.* X) iter facere coepit Heliodorus, re quidem ficta quasi per … *quasdam* civitates esset perambulaturus, -a autem regis propositum perfecturus (rec. V specie quidem …, -e autem v.; rec. P optentu quidem …, -a autem; *gr. τῇ μὲν ἐμφάσει …, τῷ πράγματι δέ*). SERV. Aen. 4, 557 'visa monere est' et bene 'visa': non enim -a est. AVG. bapt. 3, 5, 7 utrum isti -a sine baptismo fuerint an ideo sint admissi, quia illi, qui admittebant, eos habere baptismum intellegebant, mox considerabimus. *al.*

B *vi peculiari fere i. q. proprie, sensu stricto, prorsus*: IAVOL. dig. 35, 2, 60, 1 (*petitur legatum*) ratio legis Falcidiae … haberi debet … eius *summae,* quanti -a id fuit, quod petitum est: nam id, quod poenae causa adcrevit, in legem Falcidiam non incidit. FRONTIN. aq. 72, 3 *ut ibi* minus *aquae* inveniatur, quam -a esse debeat (*i. quam ante erogationes sim. fuit*). APVL. met. 7, 11, 6 (*loq. asinus*) quid, si … latrones … persenserint? … *nonne* exitium mihi parabis? -a ludis de alieno corio **(***item c. acumine accedit ad locut. proverbialem*: TERT. orat. 7, 1 quid … alimenta proderunt, si illi *deo* reputamur -a quasi taurus ad victimam? adv. Val. 36, 1 nullum aeonem voluerunt alium ex alio per gradus -a Gemonios structum**)**. MARCIAN. dig. 20, 1, 16, 6 humanius est non amplius eum, quam quod -a debet, dando hypothecam liberare. AVG. conf. 2, 8, 16 quid *illud furtum pomorum* est -a? *al.* *in sermone gramm. respicitur dictio, sc. non poetica, non figurata sim.*: SERV. ecl. 3, 111 -a dicit 'rivos claudite', aut certe allegoricos hoc dicit. georg. 3, 280 (*opp.* abusive). Aen. 1, 575 'Noto compulsus eodem': aut quovis vento, aut -a Noto. 3, 218 'fame': veluti fame, nam abundare dicit armenta; aut -a fame. 4, 484 (*opp.* secundum fabulam. *cf.* 6, 288 secundum fabulas. 11, 259 fabula). 6, 680 'inclusas animas': non -a inclusas, sed a multitudine separatas. 10, 608 (*opp.* per ironiam). 10, 815 poetica descriptio est: nam -a fieri non potuit, ut gladius *eqs. et passim apud eundem.* CLAVD. DON. Aen. 6, 410 p. 562, 3 'accipit alveo ingentem Aenean': aut -a ingentem, quod magno esset corpore, aut ingentem propter capacitatem navis. 12, 40 p. 555, 33 definiit quid sit prodere; non enim -a ille solus est proditor, qui auro venditat patriam …, proditor etiam ille est *eqs.* AVG. de mend. 5, 7 p. 421, 9 figurate accipi potest, quamvis -a contigerit. POMP. gramm. V 310, 28 ironia est, quotienscumque -a aliud loquimur et aliud significamus in verbis. *al.*

II *in confirmatione; qui loquitur*: **1** *potius confirmat dicta vel opiniones*: **a** *usu vario*: CIC. Verr. II 2, 29 (*Scipio quendam petivit praefectum*) etenim -a multo magis est petendum ab hominibus …, ut eant nobiscum in provinciam, quam in benefici loco deferendum. leg. 2, 36 (*de mysteriis*) initia …, ut appellantur, ita -a principia vitae cognovimus. fam. 3, 5, 1 et tu ita sentis …, et -a *eqs.* **(**QVINT. inst. 7, 2, 20 Apollodorus … *ἀντικατηγορίαν* duas esse controversias dixit, et sunt -a secundum forense ius duae lites. HIER. hom. Orig. in Luc. 25 p. 149, 9 populus mirabatur … eum *Ioannem,* et -a erat dignum miraculum. AVG. civ. 18, 51 p. 336, 25 videtur esse tranquillitas, et -a est. POMP. gramm. V 262, 12 quando dicimus 'tunicatus', 'galeatus', videntur esse participia; et -a, nam *eqs. al.***)**. NEP. Eum. 1, 5 apud nos, -a sicut sunt, mercennarii scribae existimantur (AVG. loc. hept. 2, 128 apostolus …, s. -a erat, quosdam eorum dixit hoc fecisse. *al.*). SCRIB. LARG. praef. 14 oportet … copiam … earum *compositionum* selectam haberi, quoniam -a quaedam quibusdam magis et non omnes omnibus conveniunt propter differentiam scilicet corporum (AVG. civ. 6, 2 p. 247, 10 *Cicero* '*Varrone* homine' inquit '… doctissimo'; non ait … 'facundissimo', q. -a in hac facultate multum impar est. 10, 30 p. 452, 20 merito displicuit hoc Porphyrio, q. -a credere stultum est *eqs. al.*). PLIN. epist. 1, 16, 5 *poeta quidam* facit versus, qualis Catullus meus aut Calvus, -a qualis Catullus aut Calvus (*item iterantur verba*: 2, 17, 20 *ibi* diaeta est: amores mei, -a amores; ipse posui. 3, 9, 37 hic erit epistulae finis, -a finis. *cf. l. 73*). APVL. apol. 23, 5 universum patrimonium *impendissem* …, ut acquirerem mihi, quod maius est; … *vos* vero … tanti -a estis, quantum habetis. SERV. Aen. 3, 578 bene se fabulosam rem dicturus excusat: nam -a, nisi, quae de gigantibus legimus, fabulosa acceperimus, ratio non procedit (POMP. gramm. V 283, 20 *soloecismus est,* quod male per artem dicitur; n. -a barbarismus per naturam non potest dici. *al.*). 6, 136 quem *ramum* ideo in silvis dicit latere, quia -a in huius vitae confusione et maiore parte vitiorum virtus et integritas latet (RVFIN. Clement. 3, 62, 5 OROS. hist. 1, 2, 37. *al.*). VVLG. num. 13, 28 venimus in terram, ad quam misisti nos, quae -a fluit lacte et melle (*cf. exod. 3, 8*). AVG. civ. 2, 24 p. 88, 26 *servus quidam* Capitolium arsisse clamavit; arserat autem -a Capitolium. *al.* *confirmantur loci sacr. script.*: AMBR. epist. 10, 76, 20 'venerunt gentes …'; et -a venerunt gentes *eqs.* **(***sim. iterantur verba*: patr. 11, 48 'filius' inquit 'meus adulescentior'; -a adulescentior, qui erat paene ultimus natu. AVG. in psalm. 80, 11 'exaudivi te in abscondito tempestatis; probavi te in aqua contradictionis' -a, fratres, -a, qui exauditus est in abscondito tempestatis, debet probari in aqua contradictionis. CASSIOD. in psalm. 21, 14 l. 300 'os suum': -a suum, quod *eqs.* 33, 22 l. 372. *al.; cf. p. 1415, 59***)**. patr. 2, 9 'vos autem populus dura cervice estis' et -a quis tam durus … quam populus Iudaeorum? CASSIOD. in psalm. 13, 1 l. 47 'non est usque ad unum'; -a solus est Christus *eqs.* *al.* **b** *in concessione*: OPTAT. 7, 1, 2 (*1* provocationes *vestras* …, quas vos audio dicere ad unam communionem non oportuisse quaeri) -a sufficiebat sibi ecclesia catholica habens innumerabiles populos in provinciis universis …; sed deo vestra separatio non placebat *eqs.* AMM. 15, 9, 4 (*3* quidam … firmarunt) *Druidae* memorant -a fuisse populi partem indigenam, sed alios *eqs.* HIER. epist. 39, 3, 3 -a, si saeculare desiderium … mors inmatura rapuisset, plangenda erat …, nunc vero *eqs.* 57, 11, 1 illud (*sc. additamentum LXX*) …, quod legimus in Isaia: '…' solent Hebraei ridere …; -a sensus rhetoricus et declamatio Tulliana; sed quid faciemus ad authenticos libros *eqs.* AVG. in psalm. 42, 3 'utquid tristis incedo, dum affligit me inimicus?' de inimico quereris; -a affligit, sed tu ei locum dedisti. *al.*

2 *potius acuit, affirmat, ut* -a *sit fere i. q. profecto* (*saepe ponitur in initio enuntiati; raro ironice, sed v. l. 41. 46*): CIC. S. Rosc. 51 cum praesertim nihil esset, quod aut patri gratius aut sibi iucundius aut -a honestius facere posset. Verr. II 1, 77 nesciebas ab eo *Verre* … consulem, cuius -a quaestor fuerat, … nefarie oppugnatum et proditum? PETRON. 45, 11 et -a quid ille nobis boni fecit? dedit gladiatores … decrepitos *eqs.* **(***item in interrog. recta*: TERT. pall. 4, 1 -a enim quale est graecatim depilari magis quam amiciri? HIER. epist. 22, 9, 1 'ecce ad caput eius *Eliae* panis … et vas aquae' [*III reg. 19, 6*]: -a non poterat deus conditum ei merum mittere et ex oleo cibos? *al.***)**. PLIN. epist. 6, 33, 1 accipe orationem meam … divinam …, -a – ut inter meas – pulchram. FRONTO p. 5, 16 valeo -a multo quam opinabar commodius. p. 115, 18 irasceris …, quand⟨o⟩ -a desiderantius desiderasti. p. 192, 5 quod dedecoratus erat, globus -a in uno homine et forum equitum Romanorum, pars curiae dehonestatur. AVR. Fronto p. 63, 19 admone me, ut tibi aliquid de hac re narrem; sed, quae tua et mea meteoria est, neque tu me admonebis neque ego tibi narrabo; atque enim -a opus consulto est. p. 85, 16 *nimium* frigoris et in cubiculo meo …; sed -a illa res maxime mihi animum a studiis depulit, quod *eqs.* APVL. met. 9, 6, 2 (*pauper quidam ad uxorem*) dolium *vacuum* … frustra locum detinet tantum et -a praeter impedimentum conversationis nostrae nihil praestat amplius. TERT. apol. 12, 2 ut -a nobis maxime … solatium poenarum esse possit, quod eadem et ipsi, *sc. dei vestri,* patiuntur. anim. 1, 4 aiunt daemonium illi *Socrati* a puero adhaesisse, pessimum -a paedagogum. adv. Hermog. 8, 3 (*ironice*) *materia* grande -a beneficium deo contulit, ut haberet *eqs.* adv. Marc. 4, 14, 3 -a, quo dirigam, nescio in tanta frequentia eiusmodi vocum. resurr. 24, 8 miserrimi -a, ut apostolus pronuntiavit (*I Cor. 15, 19*), qui in ista tantum vita sperantes *eqs.* ARNOB. nat. 5, 2 p. 250, 21 etenim -a stultissimum credere est *eqs.* RVFIN. Clement. 10, 50, 4 (*ironice*) illi *philosophi* multum -a iuverunt mortalium vitam, qui dixerunt *eqs.* *al.*

III *potius explicat, interpretatur, ut* -a *sit fere i. q. scilicet, id est* (*cf. vol. X 2, 1675, 11 sqq.*): SERV. Aen. 3, 535 'ipse latet': -a procul intuentibus. OROS. hist. 7, 27, 7 in quarta plaga *Aegypti* muscae caninae fuerunt, -a alumnae putredinis vermiumque matres. CASSIOD. in psalm. 25 l. 197 hoc et *psalmus* septimus decimus, qui ait: '… cum perverso subverteris'; -a ut cognosceretur ingens malum, quod tam crebro monebatur esse fugiendum (88, 2 l. 37 sequitur 'et veritatem tuam in ore meo'; -a ut, quam sensu perceperat, ore loqueretur. *cf. in eodem opere* id est ut *e. g. 65, 13 l. 275,* scilicet ut *e. g. 1, 3 l. 267*). *al.*

deriv.: realis, recula (reic-, resc-).

compos. (*quorum partes saepe separantur*): quamobrem, quare, reapse, refert, *fort. etiam* eccere. *Sx.*

2. ※**res, resch** (rē-*?*) *subst. indecl.* *littera* ך *hebraica*: *in titulis*: HIL. in psalm. 118, 20 tit. -sch (incipit -sch littera XX *cod. V saec. V*). AMBR. in psalm. 118 serm. 20 tit. littera -s (*olim edebatur* -sch). *cetera exempla*: AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 1, 1 incipit littera -s, quae latina interpretatione 'caput' dicitur vel 'primatus' (*sim.* HIER. epist. 30, 5. VIRG. gramm. epit. 5, 2, 6 [*v. p. 1358, 71*]). HIER. in Ezech. 6, 14 l. 540 ob … similitudinem daleth et -s hebraicarum litterarum, quae parvo apice distinguuntur (*sim.* in Is. 3, 8, 9. *al. apud eundem*). in Is. 10, 31, 6 l. 50 G. 'ignis' et 'lumen' hebraice isdem scribuntur litteris aleph, vau, -s. *al. apud eundem.* *Bl.*

resa (ressa): resoluta. soluta GLOSS. *explicari nomen loci hebr.* num. 33, 21 sq. *vidit Rönsch, Rhein. Mus. 31, 1876, 463* (*cf. Heraeus, Arch. Lat. Lex. 10, 1898, 518 sq.*).

resacro *v.* resecro.

resaevio, -īre. *a* re- *et* saevire. *i. q. rursum saevire*: OV. trist. 1, 1, 103 quae … quiescebat, ne mota -at ira.

[Bk.]

resalio *v.* resilio.

resalvātus *v.* resalvo.

resalvifico, -āre. *a* re- *et* salvificare (*inde a Vet. Lat.*). *i. q. resalvare*: GREG. NAZ. serm. 45, 26 ut *aliquis,* quod ceciderat *in foveam,* iumentum ⌊secundum legem⌋ -et (*Migne gr. 36, 660*^{B} *ἀνασῴσηται.* ⌊⌋ *deut. 22, 4*).

resalvo, -ātum, -āre. *a* re- *et* salvare *pro gr. ἀνασῴζειν* (*cf. l. 10*). *stirps perf. act. non legitur. de notione v. l. 14.*

i. q. salvare restituendo salutem priorem; -antur, qui liberantur: **1** *a morte variisque malis*: **a** *pro gr. ἀνασῴζειν*: VET. LAT. Ier. 50, 29 (Hier. hom. Orig. in Ier. 3, 6 p. 316, 17) non sit, qui -etur (*Vulg.* nullus evadat). 51, 6 (Hier. epist. 98, 21, 1. *al.*) fugite de medio Babylonis et -ate unusquisque animam suam (*Vulg.* salvet. *explicat* HIER. hom. Orig. in Ier. 2, 3 p. 293, 17 *non* dixit 'salvate', sed '-ate'; ... ut incipiat recuperare, quod perdidit). Ioel 2, 3 *et* 32 (cod. 175). Am. 9, 1 (Hier. *ad l.*). Zach. 2, 7 (Faustin. trin. 3, 1) fugite ..., in Sion -amini (*aliter Vulg.*).

p. p. p. -tus *pro subst. masc. sec. gr. ἀνασῳζόμενος*: VET. LAT. Ier. 50, 28 (Hier. hom. Orig. in Ier. 3, 6) vox fugientium et -torum de terra Babylonis (*Vulg.* eorum, qui evaserunt. *cf.* HIER. *ibid.* p. 316, 2 -ari ex terra B.). thren. 2, 22 (cod. 177) non fuerunt in die festo domini *irati* -tus et derelictus (*Vulg.* qui effugeret). Abd. 21 (cod. 176 *et* Aug. civ. 18, 31) ascendent -ti ex monte Sion (*Vulg.* salvatores. *explicat* AVG. *ibid.* p. 298, 19 -ti ..., id est ex Iudaea credentes in Christum). **b** *cetera exempla*: VET. LAT. Ios. 6, 26 (cod. 100, *sim.* Aug. quaest. hept. 6, 19; *additamentum sec. III reg. 16, 34*) *maledictus quidam* in primogenito suo fundavit eam *civitatem* et in -to novissimo statuet (*i.* -it) portas eius **(***gr. διασῳθέντι. idem verbum resp.* Iob 21, 20 [Gild. Brit. 59 chron. III p. 58, 29]**)**. HIER. interpr. Iob 18, 19 *non* -etur (resalut- *var. l.*) sub caelo domus eius *impii* (*gr. ἔσται ... σεσῳσμένος, aliter Vulg.; cf.* AVG. *ad loc.* p. 547, 24 aliqui enim -buntur). in Zach. 12, 8 l. 219. RVFIN. Clement. 4, 12, 2 *deus* invenit ... unum ... iustum, *sc. Noe,* quem -ret (salv-, reservaret *var. ll.*).

2 *a damnatione aeterna* (*in religione christ.; cf. l. 23*): PETR. CHRYS. serm. 45, 5 veniat *Christus,* priusquam ... in saeculo nil inveniat, quod -et. MVTIAN. Chrysost. hom. 3, 3 p. 255$^{med.}$ difficile est, quod effluxerit, iterum -ari (*antea*: 'ne forte effluamus' [*Hebr. 2, 1*], hoc est, ne forsitan pereamus. *sed proprie dictum gr. p. 31*$^{extr.}$ *τὸ παραῤῥὺν πάλιν ἐπανελθεῖν*). *Bk.*

resalūtātio, -ōnis *f.* *a* resalutare. *i. q. actio resalutandi: vario modo*:SVET. Nero 37, 3 neque adveniens neque proficiscens quemquam *senatorum* osculo impertiit ac ne -e quidem. AVG. epist. 187, 23 (*respic. Luc. 1, 41* ut audivit salutationem Mariae Elisabeth, exultavit infans in utero eius) exultatio et tamquam matri domini reddita -o. *per litteras*: AVG. epist. 197, 1 ad *te* ... remeante Cornuto, per quem litteras *tuas* ... accepi, ... rescripta persolvo et ⌊debitum -is obsequium⌋ (*item* 257). 203 haec admonitio tibi sit mea -o. 218, 1 adferimus aliquid exhortationis in hac -e nostra. ENNOD. epist. 8, 43, 2 p. 227, 21 ⌊ -is⌋ reverentiam solvens (⌊⌋ sal- *cod. unus, ed. princ.*). *Sedláčková.*

resalūto, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* salutare. NOT. Tir. 63, 100 -at. *inter verba act. coniug. primae affert* CHAR. gramm. p. 474, 16. *de notione*: GLOSS. II 230, 31 *v. p. 858, 43.* HERMEN. Leid. coll. 7d *ἀντησπάσατό με*: -vit me. *al.* *legitur inde a* CIC., SEN. *rhet.* [*in var. l. falsa l. 28; falso trad., ut vid.,* LVCIL. 1247.]

1 *i. q. respondendo salutare* (*indicatur aliquem antea salutavisse sim. l. 58 sqq. 72. p. 1418, 10. al.; seq. oratio recta p. 1418, 3*): **a** *in colloquiis, sermonibus sim.* (*-at homo potentior, dignitate praeditus sim. hominem minorem, humiliorem e. g. l. 64. 70*): **α** *salutatio non redditur, sc. respic. saepe actio despiciendi sim.* (*aliter l. 69*): CIC. Phil. 2, 106 *quidam* descenderunt, ut istum *Antonium,* tamquam si esset consul, salutarent; ... constabat neminem esse -tum. Att. 2, 7, 2 (*verba ficta plebeiorum ad Clodium*) ad plebem transisti, ut Tigranem ires salutatum? ... reges Armenii patricios -are non solent? (sal- *var. l.*). SEN. dial. 9, 12, 4 cucurrerunt ... salutaturi aliquem non -turum. MART. 4, 83, 3 securus nullum -as, despicis omnes (*5* sollicitus ... dominum ... salutas). 10, 70, 5 non -antes video nocturnus amicos. TITVLVS Mart. 9, 7 de Afro non -ante (*spectat ad Mart. 9, 6, 1 sq.* dicere ... tibi ... 'have'). VET. LAT. IV reg. 4, 29 (Caes. Arel. serm. 128, 7) si te salutaverit homo, non -es eum (*gr. ἀποκριθήσῃ, Vulg.* respondeas illi. *huc spectat* TERT. adv. Marc. 4, 24, 3 id est ne -veris). AMBR. off. 1, 18, 69 (*respic. Luc. 1, 26 sqq.*) prae verecundia ... non -vit *Maria angelum.* AVG. serm. 101, 8 (*spectat ad Luc. 10, 4*) ut ... eos non salutemus maiores, non -emus minores. GREG. M. dial. 1, 4, 10 ut ... salutatus etiam -are despiceret. *al.* **β** *salutatio redditur* (*a mortuo l. 74*): SEN. contr. 2, 7, 3 (*antea*: adversus officiosum salutatorem) *matrona* in necessaria -andi vice multo rubore confusa. CIL XIII 8644, 2 (*saec. I*^{1}*?; lapis non iam exstat*) have Calventi, Calventius te -at. PETRON. 44, 10 quam benignus -are, nomina omnium reddere. MART. 5, 21, 3 utrumque suo -at nomine. 5, 57, 2 etiam servum sic, *sc. dominum eum vocans,* -o tuum. GRAN. LIC. 35, 47 milites ... exercitum Cinnae salutant ac -antur. HERM. Pal. vis. 4, 2, 2 ego illam -vi: 'ave domina' (*gr. ἀντησπασάμην*). VVLG. gen. 43, 27 clementer -tis eis. AVG. serm. 68$^{auct.}$, 11 (*antea l. 12*) non solum -o, sed etiam prior saluto. *al.*

b *in epistulis, litteris sim.*: CYPR. epist. Silvan. l. 14 litteris vestris ... *me* -are. FELIX Cypr. epist. 79, 1 -amus te ... per Herennianum. AVSON. 27, 16 (395 S.) tit. Ausonius consul vatem -o Theonem. HIER. epist. 62, 2, 3 Tatianus te inpendio -at. AVG. epist. 27, 2 in te uno -amus (sal- *var. l.*). 95, 1 quos *fratres* ... salutati -are consuestis. *al. apud eundem.*

*?***2** *i. q. iterum salutare*: AVG. serm. 68$^{auct.}$, 11 *vicinus* salutatur et non salutat; ⌊-o et non salutat ...; ipse dicit: '-o⌋ et non salutor' (*corr., ut vid.*; ⌊⌋ -at ... -or *coni. Holmes coram, ut locus ad 1aβ pertineat* [*seq. l. 5*]).

deriv.: resalutatio. *Khoo.*

resānēsco, -uī, -ere. *a* re- *et* sanescere (*quod legitur inde a Celso*). *i. q. reverti ad sanitatem (sc. animi), convalescere*: OV. am. 1, 10, 9 nunc timor omnis abest animique ⌊-uit⌋ error (⌊⌋ (r)evan- *var. ll.*). LACT. inst. 5, 2, 6 ut *Christiani* susceptis deorum cultibus -ant *neve martyria* ... perpeti velint.

resāno, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* sanare.

i. q. reficiendo sanare (*c. abundantia quadam per praeverbium acuitur restitutio in statum illaesum, incorruptum*): **1** *-antur animantes (partes corporis l. 27): laborantes*: LACT. inst. 5, 22, 23 *daemoniaci,* qui -ti fuerint. epit. 40, 2 *Christus* debiles -bat (*inst. 4, 15, 6* reddebat incolumes). MART. CAP. 9, 926 (*loq. Harmonia*) phreneticos symphonia -vi (-son- *var. l.*). ORIBAS. eup. 4, 120 La p. 625 *medicamentum* induratos articulos ... -at (*gr. 4, 116, 11 ἰῶνται*). *impii*: LACT. inst. 4, 20, 1 ne adduceret eos *Iudaeos pertinaces* in paenitentiam atque impios -ret *Christus* (san- *var. l.*). **2** *-antur ipsa vulnera sim.*: MART. CAP. 3, 224 (*in imag.; inducitur Grammatica habitu medici*) *vitia linguarum prius circumcidi* dehincque ... illato per cannulas *atramento* eadem -ari. ORIBAS. eup. 2, 1 *A* 13 La p. 431 *aloe* -at vulnera (resona *trad., gr. 22 ἰᾶται, Aa* sanat). syn. 9, 45 add. Aa p. 362 his, *sc. pustulis sim., ...* -tis emplastrum ponis album.

resapio *v.* resipio. *Bk.*

resarcinātio, (-ōnis) *f.* *a* resarcinare. *i. q. actus resarcinandi* (*sc. suendo sim., de notione cf.* consarcino): GLOSS. II 467, 34 *ὑποραφή*: plictura, -o.

resarcino, -ātum, -āre. *a* re- *et* sarcinare (*post* sarcinatus *formatum*). [*in var. l. falsa p. 1419, 29.*] *i. q. rursus sarcinare* (*sc. onere imposito*): REGVLA mag. 1, 45 *miser asinus* noviter restratus et diversis tunicis et cucullis -tus.

deriv.: resarcinatio.

resarcio, -sarciī *vel* -sarsī, -sarcītum (-sarsum), -īre. *a* re- *et* sarcire (*cf.* con-, exsarcire). NOT. Tir. 80, 86 sq. -it. -sit. *forma* -serc- AVG. c. Cresc. 3, 18, 21 (*v. app. crit.*); *perf. act.* -sarci- *p. 1419, 17,* -sars- *l. 44, p. p. p.* -sarcitus *l. 58, part. fut.* -sarsurus *p. 1419, 15. de notione* (*cf. vol. V 2, 1827, 38*): GLOSS. -o: *ἀποτίνω. ὑποράπτω οἰκοδομήν. ἀποκαθιστῶ. legitur in poesi semel apud* TER., *in orat. soluta inde a* CATONE, COLVM., SVET., *maxime apud iuris consultos.* **[***confunditur in codd. c.* resarcinare *p. 1419, 28; restit. pro* sarcire *l. 64* (*in var. l. falsa* CAES. Gall. 6, 1, 3 CYPR. epist. 17, 3, 1; *e coni. dub.* PLIN. nat. 17, 143); *e coni. vix probabili* LIV. 45, 28, 10.**]**

i. q. sarciendo in statum priorem vel debitum (v. p. 1419, 4 sqq.) redigere (*accedit* semel saepius *l. 67; indicatur per dat., cui quid* -atur *l. 73. p. 1419, 7. 17, quem in statum p. 1419, 3*): **1** *-untur res*: **a** *eae, quae scissae, damno affectae (abscissae l. 75) sunt*: **α** *suendo* (*cf. l. 74*): TER. Ad. 121 discidit vestem, -etur **(**[DON. 're' abundat]. VITAE patr. 5, 6, 9 [*p. p. p. pro adi.*] vetustis et de multis partibus -tis v. utebantur [*gr. 6, 10 πολύῤῥαφα*]**)**. AMM. 15, 9, 1 attrita lintea. AVG. bapt. 2, 11, 16 conati sunt -ire dedecus pannorum suorum.

β *quolibet modo*: Ⓘ *proprie: in re rustica*: CATO agr. 50, 2 seminaria facito et vetera -ito. COLVM. 11, 2, 38 fracta iuga ... -ire. *in architectura sim.* (*cf. l. 70 sq. p. 1419, 21*): LEX Quinctia (Frontin. aq. 129, 5) id omne ⌊⟨re⟩sarcire⌋, reficere, restituere, ⟨red⟩aedificare, ⟨re⟩ponere **(**⌊⌋ *ed. Rodgers, 2004, coll.* EDICT. imp. Aug. [CIL X 4842; *respic. aquae ductus*] 13 uti quidquid earum rerum factum est, ita esse habere itaque reficere, reponere, restituere, -ire semel saepius ... placet**)**. AVG. in psalm. 21, enarr. 2, 5 (*antea*: reficere) bonus structor, qui aedificavit domum et, si aliquid ibi ceciderit, novit -ire. Ⓘⓘ *in imag.*: PS. CYPR. pudic. 13 (*de partu prolis*) *carnales* affectus, quibus ruinae collapsi generis -untur. SEV. Aug. epist. 109, 1 l. 28 anima mea ..., quidquid in se minus invenit aut imbecillum sentit, -ire et suffulcire molitur. CASSIOD. var. 1, 30, 3 ut ... -atur civibus scissa concordia. GREG. M. past. 3, 28 *ut peccatores,* si ... naturae bona integra servare noluerunt, saltim scissa -ant. *pars per haeresim abscissa -itur ecclesiae catholicae* (*cf. p. 1419, 23*): AVG. c.

[Borgna]

Cresc. 3, 58, 64 pro -enda parte Donati (4, 36, 43). c. Petil. 1, 12, 13 ut, cum pro unitate concisionis suae a se rursus concisa recolligant, ipsam concisionem suam verae unitati -ire contemnant.

b *eae, quae desunt, desiderantur* (*sc. non receptae, non datae, praetermissae sunt*): COLVM. 1, 8, 14 res *emendata non* ... in tantum ... exuberat, ut et se amissam restituat et quaestum temporum praeteritorum -at (*sim.* 11, 1, 28). PAVL. dig. 19, 1, 42 si quid deest emptori ..., hoc ei -iri **(***cf.* COD. Iust. 5, 17, 8, 7[a] [*a. 449*] si aliquid ... defuerit, ab heredibus ... praecipimus -iri**)**. RVFIN. Basil. reg. 118, 4 *ut* neglectum -at censum. CHART. lat. ant. XVII 657, 18 (*a. 436/50*) detentatores mancipiorum ... portionem *huic* ipsi debitam -ire. GREG. M. epist. 11, 38 l. 24 (*ad episcopum*) ut, quod a correctione quiescendo in aliis perdidisti, -as.

c *damnum, dispendium sim.* (*compensandum pecunia praeter l. 19. 21. 23; cf. p. 1418, 47*): SVET. Claud. 6, 2 Tiberio ... damnum liberalitate sua -surum pollicente **(**[-turum *codd. rec.*]. PAVL. dig. 4, 4, 24 ut possit ... d. sibi ... contingens -ire. COD. Theod. 5, 37, 23 ex substantia eorum -iri. INST. Iust. 4, 8, 3 si *ille* ... d. ei ... -cierit quaesita pecunia. GREG. M. epist. 1, 42 l. 112. *al.***)**. FRONTO p. 109, 23 (*antea*: ad vires reficiendas) ad detrimenta virium -enda (CHAR. dig. 50, 4, 18, 26 fiscalia d. COD. Iust. 3, 1, 15. VITAE patr. Iurens. 53 ita *diabolus* tectillum ... lapidum reddebat fragore perfossum, ut vix valeret frater ille d. nocturna diebus singulis -ire. *al.*). AVG. epist. 66, 1 (*ad episc. schismaticum; a. 400*) si causas compares, ille *deus agit,* ut divisio -atur, tu, ut unitas dividatur (*item respic. schisma*: c. Cresc. 2, 4, 5 -ite discissionem *eqs.* 3, 18, 21 quia in causa -endi huius schismatis. *cf. p. 1418, 75*). COD. Iust. 12, 37, 17, 2 (*imp. Anastasio*) dispendium (NOVELL. Iust. 112, 2, 1 [*gr. θεραπευθήσεται*]). 11, 48, 23, 2 laesionem. *al.*

2 *-itur homo* (*in imag.*): AVG. conf. 4, 8, 13 *tempora* paulatim -bant (-sarcina- *pars codd.*) me pristinis generibus delectationum. *Borgna.*

[resarrio, -īre. *olim edebatur* -entes PLIN. nat. 18, 183 (etiam *codd. pauci et edd. rec.,* et scient *codd. plerique*).**]**

resaucio, -āre. *a* re- *et* sauciare. *i. q. iterum sauciare*: Ps. AVG. serm. 254, 1 (*in imag.*) non iterare, quae impie gessimus, nec priorum cicatrices vulnerum -are. *Bk.*

rēscella, -ae *f.* (*?*rēcellus *m. l. 36*). *a* recula *deminutive. i. q. parva res; respicitur imprimis vestimentum vile* (*cf.* GLOSS. ⌊recellus⌋: vestimenta [⌊ ⌋ *subestne* -as*?* '*cf.* ricinus' *vix recte Goetz*]): VITAE patr. 5, 10, 18 dedit ei aurum et nummos et -as **(***gr. 10, 23 resp. ἱμάτια ut*: 5, 10, 76 p. 926[C] vestes meae inaestimabili pretio dignae erant, et pro his utor has viles -as [*gr. 10, 110 l. 57*]. 5, 13, 1 [*gr. 13, 1*]. *fort. addas e var. lect. l. 49 sq.***)**. GREG. M. epist. 1, 42 l. 100 -as et cellaria non plus de massis ecclesiae te accipere volumus, nisi quantum consuetudo est. VITA Caes. Arel. 2, 26 *incendio* turbatae ... ancillae dei ... libros vel -as et seipsas per cisternas iactabant. REGVLA mag. 1, 10 dum in proprio arbitrio quaerunt habere cellas, arcellas et -as, ignorant, quia perdunt suas animellas.

deriv.: rescellula.

rēscellula, -ae *f. a* rescella *deminutive. i. q. parva res, imprimis vestis vilis sim.*: PALLAD. hist. mon. I 38, 9 p. 310[D] -as suas ... ad navem *deferre* (*var. ll.* rescellas [*quam def. ed. Wellhausen*], reiculas *al.,* recellulas *ed. Migne; gr. p. 119, 5 ἱμάτια*). *ibid.* ingressus cum -is suis navem (*sim. ut loco priore variant codd. et edd.; gr. p. 119, 8 πάντα τὰ αὐτοῦ*). LEX Burg. lib. const. 14, 6 ex matris bonis, id est in -is vel ornamentis (-lol- *pars codd.*).

resch *v.* 2. res. *N. H.*

⊠rescindo, -scidī, -scissum, -ere. *a* re- *et* scindere. *scribitur (in var. l. codd. maxime rec.) in stirpe praes.* -scid- *p. 1422, 12 et* COLVM. 8, 5, 22, *perf.* -scind- *p. 1421, 28. 1422, 54 et* CAES. Gall. 7, 58, 5, *p. p. p.* -scis- *p. 1422, 11 et* FLOR. epit. 3, 10, 3 HIER. vir. ill. 9, 7 ENNOD. epist. 7, 8, 1 p. 177, 19. NOT. Tir. 82, 74 sqq. -it. -idit. -ssum. *de notione v. p. 646, 68 sq. et* GLOSS.[L] II Philox. RE 228 -it: *ἀναξαίνει, ἀνασχίζει* (*spectat fort. ad p. 1421, 44*). 229 -untur: *ἀναξαίνονται. legitur in versibus inde a* TER. (*semel*), LVCR. (*bis*), *in prosa orat. in* LEGE *p. 1421, 18 et inde a* CIC., CAES., VARRONE. **[***confunditur in codd. maxime cum* recidere *p. 1421, 25. 1422, 11. 23. 44. 54* (*in falsa var. l.* TERT. carn. 5, 2), scindere *p. 1420, 10. 70. 1421, 63. 1422, 44 (restit. p. 1420, 68. 1422, 24. 36); trad. loco parum perspicuo* CIL IV 8327c (= 8328c). FRONTO p. 196, 10, *vix sano* CHIRON 670 (*antea p. 1421, 35*).**]**

i. q. (rursus vel retro) scindere **(***vis praeverbii, quae plene elucet sub III [v. p. 1422, 31 sq.], evanescere vid. sub II [sed v. e. g. p. 1422, 22 sq.]; sub I cogites fere de vi restituendi in statum priorem [sed removendi p. 1421, 32 sqq.]; usu refl. p. 1420, 32. 1421, 65, mediopass. e. g. p. 1421, 63. 1422, 51. 64; gerund. vel p. p. p. neutr. plur. pro subst. p. 1421, 3. 6. 1422, 29; accedit abl. instr. p. 1420, 24. 49. 1421, 43. 1422, 28 sq. al.; in imag. vel compar. p. 1421, 42. 57. 60. 65. al.; gr. resp. e. g. ἀθετεῖν p. 1420, 63. 1421, 8***)**:

I *-untur, quae scindendo delentur, tolluntur sim.* (*obi. subaudiendo l. 41. p. 1421, 24; unde quid -atur, indicat praepos.* de *p. 1421, 13,* ex *p. 1421, 31. 36*): **A** *incorporaliter, sc. quae abolentur, irrita fiunt sim.* **(***pro syn. est e. g.* irritum facere *l. 12 [quod variat in vers. l. 59. 63]; disting. vel opp. maxime* (con)servare *l. 53. 69. p. 1421, 6 sq.,* corrigere *l. 8. 36. p. 1421, 12,* ratum esse *vel* manere *l. 11. 34***)**: **1** *in iure (ecclesiastico sub 2b) et in re publica* (*addidimus decreta deorum l. 40 sqq.; cf. p. 1421, 74*): TER. Phorm. 456 (*loq. advocatus*) mihi non videtur, quod sit factum legibus, -i posse. CIC. Verr. II 1, 111 cui *Verri* satis non fuerit corrigere testamenta vivorum, nisi etiam -res mortuorum **(**VAL. MAX. 7, 7 tit. de t., quae -ssa sunt [scissa *var. l.*]. 7, 7 pr. quae t. aut -ssa sunt legitime facta aut, cum merito -i possent, rata manserunt. *al.* QVINT. inst. 5, 2, 1. *al.; cf. p. 1421, 74***)**. 2, 63 ut *Metellus* omnes istius *Verris* iniurias ... -ret et irritas faceret. 2, 69 praetorem ... malle ... rem iudicatam non -ere (5, 12 Sull. 63. *al.*). 2, 74 sin *Verres* ... iudicium ... C. Sacerdotis -isset (*al., v. vol. VII 2, 611, 15*). 2, 109 exemplum illorum sequi, qui ... damnationem *cuiusdam* ... -erunt (TERT. apol. 14, 8 *Socratis*). Sest. 135 alios esse, qui acta Caesaris -ant (*al., v. vol. I 1408, 56 sqq.; cf. l. 42*). prov. 10 *Gabinius* pactiones sine ulla iniuria factas -idit, custodias sustulit, vectigalis multos ... liberavit. Mil. 87 *Clodius* pro salute rei publicae gesta -erat **(**AVG. civ. 3, 30 p. 142, 23 g. Sullana -ere. *cf.* GRAN. LIC. 36, 35 res gestas a Sul⟨la -ere⟩**)**. *al.* SALL. Iug. 11, 5 quinquenni ⌊consulta⌋ et decreta omnia -i (*al., v. vol. V 1, 153, 40*; ⌊ ⌋ *adde l. 38*). or. Phil. 14 belli iura -i (*cf. p. 1421, 74*). SEN. contr. 7, 8, 7 cum illa *puella,* quod optaverit, possit sequenti semper optione -ere (*antea*: optionem ... revocare. *cf.* QVINT. decl. 309, 10 -ere optionem). 9, 3, 8 non ... emptionem -es (MARCIAN. dig. 20, 5, 7, 1. *al.; cf.* -ere venditionem: PAPIR. dig. 42, 5, 30. *al.*). *al.* VELL. 2, 90, 3 turpe Q. Pompei foedus ... senatus ... -idit. VAL. MAX. 2, 6, 7 *Massilienses* tres in eodem manumissiones -ere permittunt. 6, 3, 3 *senatus* factum eius *M. Claudi* -idit (9, 6, 3 [*opp.* probare]. *cf. l. 43*). QVINT. decl. 310, 9 non putaverunt illi, qui cognoscebant, priorum iudicum -endam esse sententiam (SVET. Dom. 8, 1 ambitiosas centumvirorum s. -idit. GELL. 5, 10, 15 ne s. sua, *i. iudicum,* ... ipsa sese -ret. *al.; cf. l. 71 sqq.*). EDICT. imp. Nervae Plin. epist. 10, 58, 9 nolo existimet quisquam, quod alio principe ... consecutus ⟨sit⟩, ... a me -i ...; sint rata et certa. SVET. Tib. 33 constitutiones senatus quasdam -idit. CELS. dig. 34, 4, 17 priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, -ere. IVLIAN. dig. 39, 6, 17 donationes (COD. Iust. 4, 38, 3 [*a. 286/305*]. *al.*). CLEM. dig. 35, 1, 64, 1. COD. Iust. 5, 17, 3, 1 (*a. 290*) matrimonium. LACT. inst. 7, 26, 12 male consulta (*cf. l. 21*). COD. Theod. 1, 2, 8 (*a. 382*) rescripta ([*Iust. 1, 19, 4* non ... valeant]. SYMM. rel. 44, 1). *al.* *-untur decreta sim. deorum*: OV. met. 2, 677 sq. *Apollo,* nec -ere ... iussa Iovis poteras nec, si -ere posses, tunc aderas. 14, 784 -ere numquam dis licet acta deum. HYG. fab. 140, 3 ne *Neptunus* -ret Iunonis factum. CLAVD. DON. Aen. 10, 5 p. 289, 19 (*Iuppiter in concilio deorum*) -itis ea, quae semel in placitum ducta sunt.

2 *cetera exempla*: **a** *quolibet contextu*: LVCR. 5, 58 validas ... aevi -ere leges. VARRO ling. 9, 67 *quidam* ⟨i⟩nique -ere conantur analogiam. VAL. MAX. 1, 1 ext. 3 *Masinissa rex* sacrilegium alienum -idit, *sc. reportando Melitam, quod ex fano Iunonis sublatum erat.* SEN. benef. 3, 12, 4 *aliquis* beneficium suum ipse insequenti iniuria -idit. epist. 92, 23 quidni non possit beata vita -i, *sc. in sapiente*? ne remitti quidem potest. COLVM. 6, 11 *p. 1422, 12.* GELL. 15, 9, 11 *grammaticum* ad indagandum vocabulum, quo -ret finitionem fictam, dimisimus. TERT. anim. 43, 8 omnis ... natura aut defraudatione aut enormitate -itur, proprietate mensurae conservatur. EVSTATH. Basil. hex. 9, 1, 7 ad ... huiuscemodi opiniones scriptores cosmographiae prolapsi sunt, alter alterius dogmata -endo (*gr. p. 188[C] καταλύοντες. cf. p. 1421, 11*). *al.* **b** *in religione Iudaeorum et Christ.* (*cf. l. 6*): VET. LAT. Marc. 7, 13 (cod. 17. *al. et* VVLG.; *Iesus ad Pharisaeos*) -entes verbum dei per traditionem vestram **(**[*gr. ἀκυροῦντες, cod. 4* infirmantes, *8. al.* irritum facientes, *alii alia*]. TERT. scorp. 5, 12 fidei disciplinas ... v. mortis verbo vitae -entes [*postea*: limantes]**)**. I Tim. 5, 12 (Tert. monog. 13, 1) *iuvenculae viduae,* postquam in deliciis habuerunt Christum, nubere volunt, habentes iudicium, quod primam fidem -erunt **(**[*gr. ἠθέτησαν, Cypr. testim. 3, 74* reprobaverunt, *Vulg.* irritam fecerunt; *locum explicat* TERT. *ibid. Paulus* vult eas nubere, ne primam f. susceptae viduitatis postea -ant]. TERT. resurr. 39, 3 [*respic. act. 23, 6*] quam nolebat videri -ere f. resurrectionis utique confirmabat *Paulus***)**. TERT. castit. 3, 5 (*4 deus* minorem voluntatem maiore delevit) non potiorem *voluntatem* a potiore -i (*Rigaltius,* (di)scindi *fere codd.*). adv. Marc. 4, 36, 5 -iditne Christus priora praecepta ..., an ... illa servavit? (CYPR. laps. 18 domini p. -ere [scind- *fere var. l.*]. IVLIAN. in Am. 2, 8). paenit. 2, 3 *deus* in semetipso paenitentiam dedicavit -ssa sententia irarum pristinarum **(***item -itur* s. *dei*: Ps. AVG. quaest. test. 46, 2 deum nullo modo s. suam posse -ere. COMM. instr. 2, 17, 3 -ere ... s. summi demissa⟨m⟩. *hominum*: SVLP. SEV. chron. 2, 36, 6 de Photino episcopo. AVELL. 2, 6 spiritalium sacerdotum. *cf. l. 30 sqq.***)**. CYPR. epist. 67, 5, 3 -ere ordinationem iure perfectam *non*

[Kuper]

potest, quod *eqs.* Hil. coll. antiar. p. 158, 16 concilii statuta ... iure -imus ([inscind- *cod. unus*]. Hier. adv. Rufin. 3, 17 *episcoporum*). c. Const. 24 non calumniamur de -ssis. Lvcif. Athan. 2, 26 l. 34 si -entes domini mandata tua, *i. Constantii,* ... praecepta custodiremus (Pacian. epist. 3, 19, 2 Ambr. paenit. 1, 2, 6). Ambr. epist. extra coll. 9, 1 *ne catholici* temere vel servanda -rent vel -enda servarent. Ioseph 11, 64 Pauli praedicatio ... omnem eorum *Iudaeorum* -idit gratiam (Conc.^{S} I 3 vers. Tur. p. 87, 3 -ere nititur *Nestorius* dei g. hominis facti [*gr. I 1, 3 p. 5, 14 ἀθετεῖν, Rustic.* respuere]). Avg. coll. c. Don. 3, 8, 11 baptismum ... in schismate datum ... -ere atque iterare (c. Cresc. 3, 5, 5. *al.*). Epist. pontif. 322 Aug. epist. 182, 4 ut his solis *testimoniis* valeat praesens dogma -i (Avell. 76, 10 ut corrigeres et -res hoc impium d. *cf. p. 1420, 55*). Comm. instr. 1, 40, 4 sabbatas vestras spernit et tricensimas altus *deus* -idit omnino ... de lege (*Dombart,* rescivit *trad.,* respuit *edd. quidam*). *al.*

B *corporaliter, sc. quae destruuntur, evertuntur, eripiuntur, eximuntur* (*quam longe quid -atur, indicat locut. cum praepos. l. 20*):
1 *-untur aedificia eorumve partes, opera structa, instrumenta*: Lex locat. (Cic. Verr. II 1, 146) siquid operis causa -eris, reficito (*cf. l. 27; pergit* Cic. *ibid.* quid erat, quod -ret, cum *eqs.*?). Caes. Gall. 1, 7, 2 pontem ... iubet -i (*al., v. vol. X 1, 2670, 58 sq.; cf.* 6, 29, 3 partem ultimam pontis ... in longitudinem pedum ducentorum -it). Sall. hist. frg. 4, 63 pluteos -it ac munitiones demolitur. Vitr. 1, 5, 4 ut itinera sint interioribus partibus turrium contignata ...; hostis enim si quam partem muri occupaverit, qui repugnabunt, -ent. Flor. epit. 2, 15, 10 in usum novae classis tecta domuum -erunt *incolae Carthaginis* (recid-, resid- *codd. singuli*). Vlp. dig. 43, 23, 1, 12 ut *aliquis* ... -at pavimenta *aedium vicini* purgandae cloacae gratia. *ibid.* si *quis* paratus sit restaurare id, quod ... reficiendae cloacae causa -erat (-scind- *cod. F; cf. l. 18*). Inscr. suppl. Ital. n. s. 2 p. 50 n. 13 *quidam* viam Mactorinam longa vetustate -ss(am) pecunia sua restituit. *al. in imag.*: Merob. poet. 25 ausus *rex Vandalorum* Elissaei solium -ere regni, *i. Carthaginis.* **2** *-untur varia*: Tib. 1, 10, 61 e membris *puellae* tenuem -ere vestem (*Heinsius,* per-, praescind- *codd.; aliter l. 67*). Sen. Phoen. 226 (*loq. Oedipus*) utinam ... -ere has quirem vias *auditūs* ([*229* eruere; *aliter p. 1422, 26*]. *item -untur partes corporis*: Chiron 670 si volueris eum *pulmunculum* non -ere, ... dorsum urito [*667* eum *p.* foras exime]). Gaivs inst. 2, 71 si flumen partem aliquam ex tuo praedio -erit et ad meum praedium pertulerit *eqs.*

II *-untur, quae (qui) scindendo dirumpuntur, dilacerantur, aperiuntur, dividuntur*: **A** *cum obiecto affecto q. d.*: **1** *-untur res*: **a** *corporeae vel oculis percipiendae*: **α** *castra, aedificia sim. eorumve partes*: Cic. leg. agr. 2, 3 locum, quem nobilitas ... obvallatum tenebat, me duce -istis virtutique in posterum patere voluistis. Caes. Gall. 7, 86, 5 *Galli* falcibus vallum ac loricam -unt (Verg. Aen. 9, 524 Messapus ... -it v. [*cf. p. 1419, 60*]. Ivst. 13, 5, 13 [praecidere *cod. unus*]). Frontin. strat. 3, 4, 6 data opera, ut camerae tectorum, in quibus id *frumentum* conferebatur, -ssae pluviam reciperent. Svlp. Vict. rhet. 41 p. 338, 21 ut si reus sit sepulchri violati, qui tumulum inanem -erit. Coripp. Ioh. 5, 456 -unt fossas omni de parte tribuni ([*477* dirupit ... castra Iohannes]. 8, 260). **β** *res naturales*: Verg. georg. 1, 280 Terra ... creat ... coniuratos caelum -ere fratres, *i. Aloidas* ([*de eadem re*: Aen. 6, 583]. Clavd. Don. Aen. 9, 20 p. 189, 1 ['medium video discedere caelum'] cur -itur sine nubibus c.?). Colvm. 2, 2, 24 ut ... summae radices vitium ... vomeribus -antur (*cf.* Pallad. 3, 30 *vitis* radicum robur pingue -i, *sc. a colono*). 2, 4, 10 (*9* colles ... proscindendi sunt) ut in utramque partem *clivi* -amus ... terram (Rvfin. Orig. in iud. 4, 2 p. 489, 6 potest ... fieri, ut ecclesiae iudex ... velut aratro sulcans animae t. ac saepius eam ... commonitione -ens *eqs.*). *al.* Gell. 15, 16, 3 *athleta quidam* inmissis in cavernas arboris digitis diducere et -ere quercum conatus est (*postea*: discidit divellitque). Tert. resurr. 12, 2 (*1* dies moritur in noctem et tenebris ... sepelitur) *lux* revivescit ... -ens sepulturam suam tenebras. Ambr. hex. 3, 14, 60 ficulneae ... folium ... quadrifida -itur divisione (*sc. describitur forma, cf. p. 1422, 19 sqq.*; interscind- *fere var. l.*). Qvodv. c. Iud. pag. Ar. 17, 9 *Christo mortuo* petrae -untur, inferna reserantur (scind- *var. l.*). Oros. hist. 4, 14, 4 *Hannibal* invias rupes igni ferroque -it. Coripp. Iust. 2, 92 ut nubes cum se -ere densa coeperit. **γ** *vestes earumve partes* (*aliter l. 32*): Prop. 3, 8, 8 fac mea -sso pectora nuda sinu. Clavd. 15, 136 *Africae* -ssae vestes *sunt* (disc- *cod. unus*). **δ** *varia*: Colvm. 7, 8, 7 *caseus manu pressus* paulum gelatus in mulctra, cum est tepefacta, -itur. 8, 2, 15 media pars eius *ampullacei corii* -itur et per excisam partem galli pes inseritur. Avson. 27, 15 (394 S.), 37 (*respic. tmesis*) -sso ... componere nomine versum.

b *incorporeae*: Avg. adv. Don. 4, 4 quare in nobis communia sacramenta -itis? Val. Cem. hom. 4, 6 ut supervenienti *filio* locum facias, etiam testamenti iura -is (*postea*: opes suas dividat; *nisi ad IA1. cf. p. 1420, 9 sqq. 22*). Petr. Chrys. serm. 43, 2 tria sunt ..., per quae stat fides ...: oratio, ieiunium, misericordia; ... haec ⌞nemo -at: nesciunt⌟ separari (⌞ ⌟ *v. app. crit.*).

2 *-untur animantes eorumve partes, vitia corporis* (*cicatrices sim. v. sub IIIA2; in comparatione l. 17. 19*): Verg. Aen. 12, 390 ense secent ... volnus telique latebras -ant penitus. Sen. contr. 10, 5, 17 medicos ... viscera -isse; hodie cadaverum artus -i (Pass. Macc. 5, 30 effodias licet ... manu ... lumen oculorum et ... protinus cultro v. interna -as [*gr. οὐδ' ἂν ... τὰ σπλάγχνα μου τήξειας*]). Sen. dial. 5, 14, 2 *Cambyses* cor adulescentis ... figit -ssoque pectore haerens in ipso corde spiculum ostendit (Stat. Theb. 11, 507 [*loq. Polynices*] *mea* p. ferro -am). nat. 4, 2, 14 -ssis hoc modo pluribus *cocodrillis, sc. spinis delphinorum* (re(s)cisis *var. ll.*). Colvm. 6, 11 suppuratio melius ferro -itur quam medicamento ([-scid- *var. l.; per zeugma spectat simul ad IA2a*]. 6, 12, 4 ferro). 6, 30, 5 -itur vena, quae sub oculo est (7, 10, 2 ferro). 7, 5, 19 *ovibus* suspirio laborantibus auriculae ferro -endae *sunt* (*inde sim.* Pallad. vet. med. 32, 11 [*cf. 35, 2* recide]). *al.* Lvcan. 4, 328 -sso ... nocent suspiria dura palato *sitientium.* Stat. silv. 2, 1, 182 sic ... -ssum squamis *serpentis* ... bibit ignis *rogi* Ophelten. Qvint. inst. 9, 2, 93 quidam semper ex diverso aperiendas *figuras* putaverunt, sicut latentia vitia -untur. *al. in describenda forma externa* (*cf. p. 1421, 61; quousque, quantum quid -atur, indicat locut. c. praepos. vel adv. l. 22*): Plin. nat. 8, 72 Aethiopia generat ... feram *quandam* ... ore ad aures usque -sso (Physiogn. 105 os longe -ssum [recisum *var. l.*]. 122 qui ad ... *leonis* speciem referuntur homines, erunt ... -sso o. [*Förster,* scissi *vel* sicco *trad.,* scisso *André*]. *aliter l. 28*).

B *cum obiecto effecto q. d.* (*in corpore animantium praeter l. 30; accedit dat. incomm. l. 27*): Lvcr. 2, 406 *amara et aspera* solere vias -ere nostris sensibus introituque suo perrumpere corpus (*aliter p. 1421, 33*). Verg. georg. 3, 453 ferro ... -ere summum ulceris os (*aliter l. 22 sqq.*). Colvm. 6, 7, 4 ferro -ssa ... pice ... curantur (*disting. antea*: vulnera facta igni). Stat. silv. 4, 3, 41 (*in via facienda*) incohare sulcos et -ere limites.

III *-untur, quae iam obducta scindendo in statum apertum sim. reducuntur, revertuntur* (*quae renovantur sim., v. sub A1; opp.* coire *l. 64* [*cf. l. 53*], obducere *l. 37. 49. 54. 55* [*cf. l. 56*]): **A** *pro obi. (subi. in struct. pass.) sunt mala sim.*: **1** *varia incorporea* (*cf. imagines sub 2*): Cic. Att. 3, 15, 2 nolo commemorare, quibus rebus sim spoliatus, ... ne -am ipse dolorem meum (*Graevius*; scindam *trad., quod def. Shackleton Bailey, comm. 1965, ad l.*). Ov. met. 12, 543 obductos annis -ere luctus (rest[r]ing[u]-, rescisc-, retex- *var. ll.*). trist. 3, 11, 63 -ere ⌞crimina⌟ noli deque gravi duras vulnere tolle manus (⌞ ⌟ vulnera *var. l.*). Ps. Qvint. decl. 10, 2 *mater* -ssa orbitate vel magis cruciatur, quod non licet filio *mortuo* venire cupienti, *sc. in somniis.* **2** *vulnera sim.* (*cicatrices l. 50 sqq., caecitas l. 62; in imag. l. 46 sq. 52 sqq. 58 sq.*): Liv. perioch. 114, 3 Cato ..., cum se percussisset Vticae et ... curaretur, ... -sso vulnere expiravit ([*cf. l. 58*; scisso, reciso *var. ll.*]. Sen. Phoen. 164 [*loq. Oedipus*] haec v. -ssa ... sanguine ... inriga. Plin. epist. 7, 19, 9 quam *matrem mortuam* haec *filia,* ut ... refert nobis, sic auferet secum, *sc. moriendo,* meque et novo pariter et -sso v. adficiet [*in imag. ut*: Flor. epit. 3, 23, 4 *rei publicae* volnera. Verg. 1, 8 v. dolorum meorum. *al.*]. Cael. Avr. chron. 2, 13, 194 *vomitus* -it ... vulnera). Sen. dial. 12, 2, 1 omnia proferam et -am, quae iam obducta sunt (*2* obliterata mala revocare). Ascon. Pis. p. 20, 1 cum cicatrix vulneris eius, quod ... in proelio acceperat *Cotta,* -ssa esset repente (Veg. mulom. 2, 62, 1 qui *labor* -at ... teneras c. *in imag.*: Petron. 113, 8 ne inter initia coeuntis gratiae recentem c. -ret *Giton.* Hier. epist. 3, 3, 2 *quidam moriendo* necdum obductam -idit c. [-scind-, recidit *var. ll.*]. *al.; cf.* Hier. adv. Rufin. 3, 17 ut ... obductam cutem insperato dolore -res. Ennod. epist. 9, 28, 2 p. 249, 21 epistolae ... lectio iam obductae cicatricis penetralia -it). Flor. epit. 4, 2, 72 *Cato* gladio ... pectus ... percussit; ... *fomentis obligatus* -idit plagas ([*cf. l. 43*]. *in imag.*: Symm. epist. 3, 6, 2 ictus ... novissimus etiam veteres p. dolore -it [-idit *cod. unus*]). Ps. Qvint. decl. 6, 19 p. 131, 8 (*6, 4* totos efflevit oculos fontemque illum perennium lacrimarum tantum caecitas clusit) potius quam plus flere⟨s⟩, potius quam ipsam -re⟨s⟩ caecitatem.

B *pro subi. est favor mutuus*: Hor. epist. 1, 3, 32 male sarta gratia nequiquam coit et -itur (*cf. l. 53*).

deriv.: rescissio, rescissor, rescissorius. *Kuper.*

rescio, -īre. *a* resciscere *retrograde* (*cf. l. 68 sqq.*). Not. Tir. 21, 88 -it. *vix huc trahas formas stirpis perf. sub* rescisco *allatas* (*sed v. l. 74*). *de notione*: Gell. 2, 19, 1 sqq. verbum '-ire' observavimus vim habere propriam quandam, non ex communi significatione ceterorum verborum, quibus eadem praepositio imponitur; neque ut 'rescribere', ... itidem dicimus '-ire'; (2) qui factum aliquod occultius aut inopinatum insperatumque cognoscit, is dicitur proprie '-ire'; ... (4) aliter ... dictum esse 'rescivi' aut '-ire' ... nondum invenimus (*formas inf. de formis perf. detraxit, cf. exempla c. perf., quae postea affert, p. 1423, 55. 1424, 13. 18. 38; sim. retrograde*: Don. Ter. Hec. 189, 4 scimus, quae ad nos deferuntur, -imus

[Meusel]

celata. 519, 2 scimus manifesta, -imus occulta). GLOSS.[L] II Abav. RE 105 -it: scit. comperit. cognoscit. [*notione 'percontari, comperire' (fort. adv.* inde *praeposito) continuatur per raet. occ.* indreschir, endriescher (*Dicziunari rumantsch grischun VIII 631 sqq.*) *et centr.* (i)nrescí. *cf. M.-L. 7239. Kramer IV 88 sq. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. c.* scire *l. 14 et* rescis-cere, *v. l. 47; restit. pro* nescire *l. 20. 22. 27; loco interpolato* HYG. fab. 164 (*e Fulg. myth. 3, 8, ubi* rescisset).]

fere i. q. scire (notio praeverbii re- *non perspicua est, cf.* GELL. 2, 19, 3; *a quo aliquis aliquid -erit, indicatur l. 20); accedit*: **1** *enunt. secund.*: PVBLIL. sent. I 1 inferior -it, quicquid peccat superior. EVSEB. CAES. ad Carp. rec. *β* l. 61 si … velis insistere et -ire, qui *euangelistae* similia dixerint *eqs.* (*rec. α* cognoscere). PATRIC. epist. 5 ⌊quapropter -at⌋ omnis homo timens deum, quod a me alieni sunt … patricida, fratricida *eqs.* (⌊ ⌋ quap. re sciat *vel* qua re p. sciat *vel* p. quare sciat *var. ll.*). PS. AVG. test. fid. p. 515 quando vel quomodo lingua canum Christi tincta sit sanguine, -ire debemus (*spectat ad psalm. 67, 24*). FACVND. defens. 3, 3, 11 cum … Athanasius duas voluntates profiteatur in Christo …, -ire iam debent Eutychiani, quoniam *eqs.* **2** *acc. c. inf.*: POMPON. dig. 8, 6, 19, 1 antequam -res tibi legatam servitutem. ITIN. Alex. 30, 69 -it (*Mai,* ne- *cod.*) … a transfuga pertaesos comites fugae eius … Darium habere sub vinculis. **3** *acc. obi.*: HIST. AVG. Ver. 4, 11 Marcus haec omnia -ens (*Iordanus,* ne- *codd.*) dissimulabat res⟨cisse⟩ (*Helm,* rem *codd.*) pudore illo, ne *eqs.* PS. RVFIN. Ios. bell. Iud. 1, 83 p. 600 *rex* causam … requirebat et, cum eam prodere nullus auderet, ad -endum magis ardebat (*gr. μαθεῖν*). COMM. apol. 12 adgressus … fui tradito in codice legis, quid ibi -rem. RVRIC. epist. 2, 60 nos neglegentiam famulorum nostrorum -ire (*Luetjohann,* ne- *cod.,* scire *vulgo*) fecistis. CARM. CIL XIII 8486, 2 (*saec. V/VI*) si q(u)is dignatu⟨r⟩ -ire meo ⌊nom⟨en⟩⌋ (*nisi* dignatur [e]scire; ⌊ ⌋ *aliter restit.* INSCR. Colon. Galsterer 499).

rescīsco, -īvī (-iī), -ītum, -ere. *a* re- *et* sciscere. NOT. Tir. 21, 95 -it. *formae stirpis perf., quae vix pertinent ad* rescire: -ivī *sim. saepius inde a* NAEV., PLAVTO, -iīt (-īt) *sim. inde a* TER. *l. 60,* QVADRIG., RHET. Her.; *supin.* TER. *p. 1424, 11; p. p. p.* -tum TER. *p. 1424, 10; aliae formae pass. desunt. de notione et differentia* (*cf. p. 1422, 68 sqq.*): DON. Ter. Hec. 208, 3 -ere (resci(sse)re *quidam codd.*) est, ⟨cum,⟩ quod de industria celatur, vix argumentorum vi agnoscitur (*sim.* 285. 867, 4). 868, 2 et -unt, ⌊quae nesciunt, sciunt⌋ (*quidam aliter*), quae neglegunt **(***item disting.* scire: 868, 3 et -imus ex alio, scimus [-imus *cod. unus*] etiam per nostram opinationem. *cf. p. 1422, 75***)**. SYNON. Cic. p. 447, 28 ut comperi. ut intellexi. ut certior factus sum. ut -vi. GLOSS. II 307, 34 *ἐπιγιγνώσκω*: adgnosco. pernosco. cognosco. recognosco. ⌊-o⌋ (*man. alt. ex* reicisco). V 387, 60 res⟨c⟩iscere: scire nova. GLOSS.[L] V Abba RE 74 -ere: cognoscere. *al. legitur in poesi singulis locis apud* NAEV., ENN., HOR. *al., saepius apud* PLAVT., TER. (*in inscr. p. 1424, 17. 45*), *in orat. soluta hic illic inde a* CATONE (*deest e. g.* LIV., PLIN. *utrique,* QVINT.), *deficit post* VVLG. (*cf. Keller, Les verbes lat. … en -sc-, 1992, 216*). [*confunditur in codd. c.* rescire DON. Ter. Hec. 208, 3. 867, 4. 868, 3, praesciscere *p. 1424, 4* (*in falsa var. l.* EVGRAPH. Ter. Andr. 252).]

fere i. q. sciscere, mente cognoscere **(***notio praeverbii vix perspicua est, v. e. g. p. 1424, 6. 36; quo homine prodente dicente aliquid cognoscatur, indicatur per praepos.* ab *p. 1424, 46,* ex *l. 38. 73. p. 1424, 10. 15, abl. absol. p. 1424, 4; opp.* celare *l. 62. p. 1424, 9 [cf. praepos. vel adv.* clam *e. g. l. 59 sq. 67. p. 1424, 8. 24. 28. 34. 42]; vox occurrit saepe in enunt. secund.***)**: **1** *accedit obiectum vel structura, sc.*: **a** *acc. c. inf.* (*cf. l. 69. p. 1424, 17*): NAEV. com. 96 si umquam quicquam filium -vero argentum amoris causa ⌊sumpse⌋ mutuum *eqs.* (sumpsisse *codd.*). PLAVT. Capt. 945 ubi -vi mihi data esse verba. Merc. 107 eam me advexisse nolo -at pater. 380 non vereor, ne illam me amare hic potuerit -ere. ENN. frg. var. 83 Titan postquam -vit Saturno filios procreatos … esse clam se *eqs.* TER. Hec. 519 quod si -ierit peperisse eam, id qua causa clam me habuisse dicam, non edepol scio. Haut. 697 si … Bacchidem hic relinquis, senex -et ilico esse amicam hanc Clitiphonis; si abduxeris, celabitur itidem, ut celata adhuc est. *al.* HOR. epist. 2, 1, 227 cum speramus eo rem venturam, ut, simul atque carmina -ieris nos fingere, commodus ultro arcessas. CVRT. 6, 7, 16 ne … coniurati proditos se esse -rent. NERAT. dig. 24, 1, 44 pr. *al.*

b *acc. obi.*: **α** *subst.*: Ⓘ rem: PLAVT. Amph. 491 -et … Amphitruo r. omnem. TER. Haut. 99 haec clam me omnia; ubi r. (id *var. l.*) -vi, coepi … tractare, *sc. filium meum.* Ad. 791 -vit omnem r. *accedit acc. c. inf. vel enunt. secund. c.* ut: PLAVT. Cist. 102 postquam hanc r. -verim, eum uxorem ducturum esse aliam. Men. 679 uxor -vit r. omnem, ut factum est, ordine. TER. Hec. 567 ut hic laturus hoc sit, si ipsam r., ut siet, -verit, non edepol clam me est. Ⓘ *quodlibet*: PLAVT. Bacch. 782 omnia -vi scelera ex Mnesilocho tua. Mil. 604 si -vere inimici consilium tuom (*A,* scire sivere *cett.*). TER. Andr. 340 nondum haec -vit mala. Hec. 867 placet non fieri hoc itidem ut in comoediis, omnia omnes ubi -unt (Ad. 546 primus sentio mala nostra, primus -o o., primus porro obnuntio). HYG. astr. 2, 15, 2 Iuppiter cum factum -isset, animo permoto mortalibus eripuit ignem. CLAVD. rapt. Pros. 3, 208 dubium, quonam monstrante latebras -ierit (prae- *var. l.*). COLL. Mos. 6, 5, 1 si, postea quam errorem suum -ierint, ilico nefarias nuptias diremerint.

β *pron.*: PLAVT. Bacch. 358 quid futurumst, cum hoc senex -verit, cum se excucurrisse illuc frustra sciverit nosque aurum abusos? Merc. 820 si vir scortum duxit clam uxorem suam, id si -vit uxor, impunest viro. Pseud. 490 quor haec, tu ubi -visti ilico, celata me sunt? *al.* TER. Hec. 287 prius quam id -tum est. 473 ni te ex ipsa *muliere* haec magis velim -ere. Ad. 70 malo coactus qui suom officium facit, dum id -tum iri credit, tantisper cavet (pavet *A*); si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit. *al.* QVADRIG. hist. 19 id ubi -ierunt propinqui obsidum. CIC. off. 3, 91. CAEL. Cic. fam. 8, 12, 2 id postquam -iit (-it *cod. unus*). CAES. Gall. 1, 28, 1. BELL. Hisp. 6, 2 id cum Pompeius ex perfugis -isset. NEP. Paus. 3, 4 Hann. 8, 2. SEN. contr. exc. 6, 2 them. -iit hoc filius. CE 77 (*saec. I*) lege et moraris, iam aliquid -veris. *al. accedit acc. c. inf.*: QVADRIG. hist. 16 ea Lucani ubi -verunt sibi per fallacias verba data esse.

c *enunt. secund.*: **α** *interrog.* (*iuxta acc. obi., sc. per prolepsin,* PLAVT.): PLAVT. Bacch. 826 cum illum -es criminatorem meum, quanto in periclo et quanta in pernicie siet. TER. Hec. 790 haec amicae erunt, ubi, quam ob rem adveneris, -ent. RHET. Her. 1, 11, 18 Aiax in silva, postquam -iit, quae fecisset per insaniam, gladio incubuit. NEP. Dat. 2, 4 (*3* Thuys eum clam interficere voluit) ea *mater,* quid ageretur, -iit filiumque monuit. HYG. astr. 2, 40, 3 quid his factum esset. **β** *c.* quoniam, quia: VET. LAT. I reg. 4, 6 (cod. 91. *al.*) et -ierunt, quoniam archa domini venit in castra (*gr. ἔγνωσαν, Vulg.* cognoverunt). VVLG. I reg. 23, 9 quod cum -isset David, quia praepararet ei Saul clam malum (act. 22, 29 postquam -vit, q. civis Romanus esset [*gr. ἐπιγνοὺς ὅτι*]).

d *praepos.* de: PLAVT. Aul. 770 ego te, Euclio, de alia re -visse censui, quod ad me attinet. NEP. Eum. 8, 6 intellegebat prius adversarios -turos de suo adventu, quam ipse tertiam partem confecisset itineris.

2 *absolute vel obi. subaudiendo*: PLAVT. Asin. 743 (*742* illac per hortum circum iit clam) ne uxor -at, metuit. Merc. 1004 nihil opust -at. :: quid istic? non -et, ne time. *al.* TER. Hec. 867 sq. hic (*sc. in hac comoedia*) quos fuerat par -ere (sciscere *var. l.*), sciunt; quos non autem aequomst scire, neque -ent neque scient (*explicat* DON. *p. 1423, 37 sqq.*). *al.* CATO orig. 87 'sero est', inquit magister equitum, 'iam -vere' (*sc. hostes*). OV. met. 2, 424 (*loq. Iuppiter*) hoc certe furtum coniunx mea nesciet; … si -ierit, sunt, o sunt iurgia tanti! SEN. contr. exc. 6, 1, 2 (*antea*: hoc, quod honeste … gerebamus, tam palam egimus, ut pater sciret) si -isset pater. CELS. dig. 46, 3, 71, 2. POMPON. dig. 9, 2, 43 (*antea*: de hac actione 'quod vi aut clam') si … apparuerit eum intellegere debuisse ab eis, ad quos ea hereditas pertineret, si -issent, prohibitum iri. CE 1100, 3 (*saec. II; antea*: rapuit fatis mors inimica suis) ut -īt mater, planxit, flevere sodales. VET. LAT. Marc. 15, 45 (cod. 16) cum -isset a centurione, *sc. Iesum iam mortuum esse,* donavit corpus Ioseph (*gr. γνούς, cod. 1. al. et Vulg.* cognovisset). *al.*

deriv.: rescio. *Meusel.*

rescissio, -ōnis *f.* *a* rescindere. *plur. non legitur.* [*vix recte coni. supra p. 360, 51.*]

i. q. actio rescindendi (*accedit fere gen. obi., sed subauditur l. 56. 64*): **1** *incorporaliter respiciuntur ea, quae irrita fiunt, evertuntur sim.*: **a** *iure civili vel publico*: CALL. dig. 50, 9, 5 si ad publicam utilitatem respiciat -o prioris decreti (COD. Theod. 4, 17, 1). VLP. dig. 4, 6, 26, 7 *Iulianus* ait … -em usucapionis ita faciendam, ut *eqs.* 37, 4, 3, 5 (*bis, sc. testamenti*). 43, 24, 11, 13 -o emptionis (*postea*: ut … inemptum esset praedium). COD. Iust. 2, 45, 2 (*a. 294*) frustra -em eorum, *quae gesta sunt,* postulant. *al. in* COD. Theod. *et* Iust. **b** *iure ecclesiastico*: HIL. coll. antiar. p. 158, 22 et fidei nobis (*sc. episcopis Italiae*) … subscriptionem et -em Ariminensis concilii … mittendo. AVG. c. Cresc. 2, 8, 10 p. 368, 27 sacramentorum … violatio atque -o (c. Gaud. 1, 36, 46 p. 245, 21). 4, 52, 62 p. 559, 24 sine baptismi -e. **c** *varia ratione*: TERT. adv. Marc. 2, 7, 3 eligat *deus secundum Marcionem,* ubi semetipsum erroris notet, ⟨in⟩ institutione *liberi arbitrii* an in -e. resurr. 57, 9 ad -em mortis *per immortalitatem.* SVLP. VICT. rhet. 45 p. 341, 9 -o loci superioris, ut ille *locus* pro accusatore, hic pro reo nitatur.

2 *corporaliter*: TERT. anim. 53, 3 haec, *sc. materiae, regiones, viae,* … vastantur in corpore *morientis* ad usque ultimam eversionem et -em vitalium … finium, situum, officiorum.

rescissor, -ōris *m.* *a* rescindere. *i. qui rescindit, delet*: LVCIF. moriend. 2 l. 35 te, *Constanti,* … edicto tuo -em esse omnium errorum, cum sis ipse totius erroris fons.

rescissōrius, -a, -um. *a* rescindere. *litteris gr. p. 1425, 9.*

t. t. iuris, i. q. ad rescindendum pertinens, sc. ut irrita fiant, quae antea gesta sunt (*ad rem v. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht, 423*):

[Bk.]

1 *adi.*: VLP. dig. 4, 6, 28, 5 exemplo -ae actionis **(**4, 6, 28, 6 [*e Pompon.*] in a. -a, quae adversus militem competit. COD. Iust. 3, 32, 24 [*a. 294; disting.* directa … vindicatio]. 4, 29, 16 [*a. 294*] creditori contra priores debitores -a a. datur. 8, 50, 18 [*a. 294*] *postliminio reversis* a. -ā restituuntur *res subtractae*). disp. frg. I^{A} p. 309 (*suppl. sec. dig. 15, 1, 32 pr.*) ⟨aequitas⟩ dictat ⌊resc⟨issorium⌋ iudi⟩cium in ⟨eos *bona fide possessores* dari⟩ (⌊ ⌋ *om. dig.*). **2** *pro subst. fem.* -a, *sc. actio*: CELS. dig. 39, 5, 21, 1 habeo adversus debitorem meum -am in id, quod supra legis modum tibi promisit. GLOSS. iurispr. *μαγκίπιουν P* 31 *ρεστιτουτοριε καὶ ρεσκισσοριε* (*i.* -ae) *τουτέστι ἀποκαταστατικαὶ καὶ ἀνασχετικαί.* *Bk.*

rescrībo, -psī, -ptum, -ere. *a* re- *et* scribere. *scribitur* resscr- TAB. Vindol. III 645, 10 sq. 716, 1; *scriptura* -b- *perseverat in stirpe perf. act. vel p. p. p.* PRISCILL. tract. 3, 67 COD. Theod. 12, 6, 18. *al. (v. etiam p. 1429, 19); imperat.* -screibae EPIST. Claud. Terent. (Pap. Corp. 252) 11. *abbrev.* rr PAP. Athenaeum 106, 2018, 667 Severus et Antonin⟨us⟩ r(escripse)r(unt) (*nisi litt. geminata significantur duo principes pro subi.*). NOT. Tir. 6, 91 -it. 7, 3 -psit. *addas p. 1427, 20 sq. forma stirpis perf. brevior* -psti TAB. Vindol. II 310, 6 *et cod. M* CIC. Att. 5, 9, 2. *de notione v. l. 32 sqq. 39 sqq. nec non* FEST. p. 281 *infra p. 1464, 20.* DOSITH. gramm. 75, 4 *ἀντιγράφω*: -o (*item* GLOSS. II 229, 18). *legitur in versibus apud* TER., LVCIL., HOR., OV., AVSON., *in prosa orat. inde a* CIC. *eiusque fam.,* CAES., LIV., *maxime in epistulis et in sermone iuris.* **[***confunditur in codd. c.* scribere HIER. epist. 5, 3 (*falso trad.* VARRO ling. 7, 109; *in falsa var. lect. p. 1426, 49; e coni. dub.* MART. 1 praef.); *falso trad. pro* describere CIC. Tusc. 4, 3; *in var. l. falsa pro* discribere TER. Phorm. 923 *l. 31* (*sc. apud* DON. Ter. Phorm. 922, 2. 923, 1).**]**

i. q. rursus scribere (*gr. resp. ἀντιγράφειν p. 1428, 58. 73*):

I *vario modo; praeverbium adhibetur vi*: **A** *restituendi*: **1** *-it, qui scribendo rependit*: TER. Phorm. 922 transi sodes ad forum, *sc. ad trapezitas,* atque illud mihi argentum rursum iube -i, Phormio. :: quodne ego ⌊discripsi⌋ porro illis, quibus debui? **(**⌊ ⌋ per-, de- *var. ll.,* -psi DON. *l. 26*]. *explicat* DON. *ad loc.* 1 '-i' reddi, scilicet per mensae scripturam [*sim.* 923, 1 SCHOL. Ter. p. 139, 14. *addas l. 42*]. 2 quoniam adnumerationem pecuniae antecedit scriptura, '-ere' dicebant pro renumeratione [*sim.* EVGRAPH. *ad l.* renumerari]**)**. CIC. Att. 16, 2, 1 (*agitur de dote reddenda; antea*: quod perscribi oportet) de residuis … *sestertia tot* praesentia solverimus, reliqua -amus. HOR. sat. 2, 3, 76 (*69* [*ad creditorem*] scribe decem a Nerio *trapezita*) *insanum* cerebrum est … Perelli *creditoris* dictantis, quod tu numquam -ere possis **(***explicant* PORPH. Hor. sat. 2, 3, 69 [*ad l. 37*] iuris verbo 'scribere' est mutuum sumere, '-ere' restituere. 2, 3, 76 -ere: reddere. SCHOL. Hor. sat. 2, 3, 74 -ere est … debitum solvere, hoc est scriptum debiti liberare …; hoc est reddi per scripturam [*affert* TER. *l. 30*]. SERV. Aen. 7, 422 'scribi' est dari …, '-i' vero reddi [*affert* HOR. *l. 39*]**)**. AVSON. 27, 15 (394 S.), 23 (*17 sq.* per tabulam … debita summa mihi est) praedictos iam nunc -e Darios … aut alios a me totidem dabo. **2** *-it, qui denuo scribit (in imag. l. 54):* *-untur* legiones: LIV. 9, 10, 6 -tae ex eodem milite, *sc. qui iugum Caudinum subierat,* novae l. *-untur ipsa scripta, sc. antea deleta sim.*: PRISCILL. tract. 3, 67 *Hesdra* illa, quae fuerant incensa, -bsit. 3, 68 testamentum … -tum ab Hesdra in canone non legitur. PS. PHILO antiq. 12, 10 (*spectat ad exod. 34, 1, ubi Vulg.* scribam) excide … duas tabulas lapideas … et -e in eis iusticias, qu(a)e erant in primis. SIDON. epist. 4, 12, 4 (*2* perdidit *litteras,* quas recepit) quocirca recurrite ad pugillares, replicate membranas et scripta -ite. VEN. FORT. Mart. 1, 500 (*leprosus sanatur*) deleta diu -itur oris imago. *-untur homines, sc. nomina eorum*: CONC. Agath. a. 506 p. 193 l. 32 ut, cum eos paenitentia correxerit, -ti in matricula gradum suum … recipiant *clerici contumaces.*

B *referendi in corpus, ordinem sim.*: CAES. Gall. 1, 42, 6 legionem … ad equum -ere, *i. legionarios equis imponere* (*luditur cum notione in ordinem equestrem admittendi*).

C *iterandi*: **1** *-it, qui iterum tractat* (*c.* retractare *variat in contextu* PLIN.): *scripta imperfecta*: PLIN. epist. 5, 8, 7 (*6* retractare) potes simul et -ere actiones et componere historiam. 7, 9, 5 poteris et, quae dixeris, post oblivionem retractare, multa retinere, plura transire, alia interscribere, alia -ere. 8, 21, 6 (*antea: librum* retractatum) haec emendata postea vel … deteriora facta quasi nova rursus et -ta cognosces. SVET. Iul. 56, 4 *Asinius Pollio* existimat … *Caesarem commentarios* -turum et correcturum fuisse. CLEDON. gramm. V 9, 4 scribis ad me, ut ea, quae in arte utraque … Donati nebulosa caligine legentis obscurant inscitiam, lucido sermone ad te perferenda -am. *codicem* (*sc. abrasa scriptura priore*): GREG. TVR. Franc. 5, 44 p. 254, 7 ut … libri antiquitus scripti planati pomice -rentur. 10, 31 p. 536, 6 ut numquam libros hos aboleri faciatis aut -i. **2** *-it, qui iterum dicit, postulat* (*pro obi. est enunt. secund. c.* ut): HIER. praef. Vulg. Esdr. p. 3, 8 tertius annus est, quod semper scribitis atque -itis, ut Esrae librum vobis de hebreo transferam.

D *revertendi sim.*: TERT. adv. Marc. 1, 22, 8 totum … creatoris elogium, *i. crimen,* in illum *deum Marcionis* -etur, qui saevitias eius … *cessando* iuvit.

II *respondendo* (*variat in contextu c.* respondere *l. 15. 38. p. 1429, 15. al.,* scribere *l. 32. 67; opp. vel distinguitur* mittere *l. 39. 57. 69. al.,* respondere *l. 42,* scribere *l. 53. p. 1427, 23. 30*): **A** *-unt homines privatim*: **1** *contradicendo* **(***sc. per quaelibet scripta; indicatur, cui [rei] respondeatur, per dat. e. g. l. 11 sq. 16 sqq., praepos.* ad *l. 22,* contra *l. 24; fere absolute, sed accedit obi. l. 14. 19. 22* [*or. recta l. 21*]**)**: LVCIL. 1027 summatim … experiar -ere paucis *verbis.* SEN. contr. 3 praef. 15 *Ciceronis* orationes non legunt nisi eas, quibus Cestius -psit (*de eadem re*: QVINT. inst. 10, 5, 20 melius hoc quam -ere veteribus orationibus, ut fecit Cestius contra Ciceronis actionem habitam). TAC. ann. 4, 34, 4 Ciceronis libro, quo Catonem caelo aequavit, quid aliud dictator Caesar quam -ta oratione, velut apud iudices, respondit? SVET. Iul. 73 Gai Memmi … asperrimis orationibus non minore acerbitate -erat. Cal. 53, 2 solebat etiam prosperis oratorum actionibus -ere. gramm. 19, 2 Scribonius Aphrodisius … *Verrii* libris 'de orthographia' -psit, non sine insectatione studiorum morumque eius. DON. vita Verg. l. 172 prolatis bucolicis … quidam -psit antibucolica. HIST. AVG. Hadr. 16, 3 Floro poetae scribenti ad se 'ego nolo C⟨a⟩esar esse …' -psit 'ego nolo Florus esse …'. Prob. 11, 1 sciendum est, quid ipse ad senatum scripserit, quid item ad eum amplissimus ordo -erit: oratio Probi prima ad senatum '…'. HIER. epist. 143, 2, 1 (= Aug. epist. 202, 2) utrum -erim contra libros Anniani *Pelagiani. al.*

2 *vario modo* (*fere per epistulas*): **a** *usu communi -unt homines litteris sim. acceptis* **(***huc traximus etiam responsa imperatorum privatim data [alia v. sub B1]; saepe absolute, ceterum pro obi. sunt pron. referentia ad ea, quae in epistulis tractantur, e. g. l. 32. 35* [*cf.* ni⟨hi⟩l *l. 36. 40. p. 1427, 8. al.*], verbum *l. 63, ipsae epistulae sim. e. g. l. 55. 61. p. 1427, 12; de structuris v. etiam appendicem***)**: **α** *indicatur, cui (rei) respondeatur*: Ⓘ *per dat. indicantem:* *rem*: CIC. Att. 1, 10, 1 eo factum est, ut epistulae tuae -rem aliquid, brevitate temporis tam pauca cogerer scribere (7, 2, 8. 9, 9, 3). 5, 3, 2 quibus *litteris* -i vis (11, 11, 1. *al.* AVR. Fronto p. 54, 20). 5, 12, 3 cui rei fugerat me -ere, de strue laterum *eqs.* OV. am. 1, 11, 19 perlectis -at multa, iubeto (*cf.* ars 1, 481 lectis). IVV. 6, 234 illa *socrus* docet missis a corruptore tabellis nil rude nec simplex -ere. *hominem* (*pron. pers. passim; cf. l. 54*): CIC. Att. 6, 1, 21 de M. Octavio, iterum iam tibi -o te illi probe respondisse. *al.* OV. am. 2, 18, 31 iam … Aeneas miserae -psit Elissae. epist. 1, 2 hanc tua Penelope lento tibi mittit, Vlixe; nil mihi -as. 21, 15 quam tibi … gracilem vix haec -ere … putas? SEN. epist. 67, 2 si quando intervenerunt epistulae tuae, tecum esse mihi videor et sic adficior animo, tamquam tibi non -am, sed respondeam. CVRT. 6, 9, 18 (*antea*: cum scripsissem ei *eqs.*) *Philotas* sustinuit -ere mihi se quidem gratulari *eqs.* PETRON. 129, 11 -e modo blandius dominae. EPIST. Claud. Terent. (Pap. Corp. 251) 32 ⟨rogo⟩ te, p⟨ater, u⟩t contin⟨uo mih⟩i ⟨resc⟩rib⟨as de⟩ salute[m] t⟨ua⟩[m] te ha⟨b⟩ere bo⟨na(m)⟩. *al. ibid.* EPIST. Pap. Corp. 303, 3 (*saec. I/II*) quid est, quod mi non -isti? FRONTO p. 3, 11 crede istud mihi, tanta me laetitia perfusum, ut -ere tibi ilico non potuerim. *al.* GELL. 13, 4, 2 cum is ad matrem ita scribsisset (-isset *var. l.*): 'rex Alexander, Iovis Hammonis filius …', Olympias ei -psit ad hanc sententiam: '…'. *al.* APVL. apol. 94, 6 [h]is epistulis meis lectis … -psit mihi per eum quas litteras! HIER. epist. 12, 4 mihi. 54, 1, 1 obsecras litteris …, ut tibi -am, immo scribam, quomodo vivere debeas. *al.* Ⓘⓘ *per praepos.* ad (*simul accedit dat. personae l. 55. 58. 59*): *ad rem*: CIC. Att. 2, 13, 1 epistulam *αὐθωρεὶ* tibi a Tribus Tabernis -tam ad tuas … epistulas neminem reddidisse (9, 2 ad eam ipsam *e.* brevem … -endum putavi. *al.* SEN. epist. 48, 1 ad e., quam mihi ex itinere misisti, … postea -am. 106, 1 tardius -o ad e. tuas. *al.*). 5, 3, 2 ad quas litteras tibi -i velis, nescio (7, 20, 2. *al.* CYPR. epist. 74, 1, 1 quid mihi ad l. nostras Stephanus … -erit. *al.*). 8, 2, 1 ego ad Caesarem unas … litteras dedi, quibus ad ea -psi, quae mecum ille de gladiatoribus suis egerat **(**11, 19, 2. 12, 21, 1 *epistulam* non prudenter -tam ad ea, quae requisieras. AVSON. 27, 14ª [396 S.]**)**. ad Q. fr. 3, 1, 11 uti ullum ad illam furiam verbum -ret. *al.* GELL. 10, 1, 4 ad haec ego -bsi nihil amplius quam verba M. Varronis. HIER. epist. 36, 1, 5 non statim ad interrogata -psi. *al.* *ad hominem*: CIC. Att. 2, 5, 3 tu tamen de †Tutio† ad me -e certius et nunc quis in eius locum paretur et quid de P. Clodio fiat, et omnia … scribe. 2, 25, 1 ut nuper me scis scripsisse ad te …, te ad me -psisse eam rem summae tibi voluptati esse. *al.* GELL. 10, 1, 3 familiari meo cuipiam litteras Athenis Romam misi …; is ad me -psit petivitque, ut rationem dicerem, cur *eqs.* HIST. AVG. Sept. Sev. 10, 2 qui ad illum mollius vel scripserunt vel -erunt. *al.*

β *cetera exempla* (*selecta inde a* IVV.): CIC. Att. 6, 1, 21 -psi alterum me moleste ferre, si *eqs. al.* CAES. civ. 1, 19, 4 Pompeius … -erat sese rem in summum periculum deducturum non esse. HOR. epist. 1, 3, 30 debes hoc etiam -ere, si tibi curae ⟨est⟩ quantae conveniat Munatius. 1, 5,

[Marchionni]

30 tu quotus esse velis, -e. Ov. am. 2, 2, 6 protinus … misi scriptoque rogavi; -psit trepida 'non licet!' illa manu. ars 1, 479 legerit, et nolit -ere? 3, 495 nec nisi deletis tutum -ere ceris, ne teneat geminas una tabella manus. *al.* Sen. contr. 4 praef. 5 -psit Pollio (*sc. codicillis Augusti*): 'eo die cenavi, quo Herium filium amisi'. Sen. epist. 106, 1 quid ergo fuit, quare non protinus -rem? 118, 1 tu scriberes, ego -rem. Cvrt. 4, 1, 10 (*7* illi *Alexandro* litterae a Dareo redduntur) contra Alexander in hunc maxime modum -psit: '…'. Mart. 2, 9, 1 scripsi, -psit nil Naevia. Plin. epist. 3, 15, 3 videor … iam nunc posse -ere esse opus pulchrum. 9, 34, 2 explica aestum meum vereque -e, num sit melius *eqs. al.* Ivv. 6, 141 coram licet innuat atque -at; vidua est, locuples quae nupsit avaro. Fronto p. 90, 10 qui *dolor* a -enda longiore epistula impedierit; dictavi igitur. p. 92, 20 ita -ere coeperam: '…'. Avr. Fronto p. 76, 2 -e statim de tempore. Pavl. dig. 41, 1, 65 pr. si … ego -endi causa litteras tibi misero. CE 938, 2 pulveris aurati pluvia sit sparsa papyrus, -et Danae sollicitata 'veni'. *al.*

b *usu peculiari -it quidam epistulam eo mittendo, unde ipse venit*: Calp. decl. 52 vir fortis in piratas incidit; -psit patriae de redemptione.

B *-unt ii, qui publico (ecclesiastico sub 3) munere funguntur*:

1 *magistratus, principes sim.* **(***huc spectare vid.* Not. Tir. 60, 78[y] [*frg. Brux.*] -erunt: nobis superius dixerunt; -erunt: n. inferius d.; -erunt: n. praesentibus d.; -erunt: n. absentibus d.**)**: **a** *usu communi*: **α** *exempla varia vel minus definita*: Cic. Font. 18 quas *litteras* si antea non legistis, nunc ex nobis, quid de iis rebus Fonteius ad legatos suos scripserit, quid ad eum illi -erint, cognoscite. Att. 7, 21, 2 consul ei -psit, ut prius ipse in Picenum *eat.* Liv. 22, 33, 10 (*9* litterae … missae) ad haec ⟨a⟩ consulibus -tum sine detrimento rei publicae abscedi non posse ab hoste. *al.* Val. Max. 2, 7, 15 l. 231 acceptis a M. Marcello litteris … -psit indignos esse *eos,* qui in castra reciperentur. Tac. hist. 3, 81, 2 (*antea*: epistulis Vitellii ad Antonium scriptis) Vitellio -tum Sabini caede et incendio Capitolii dire⟨m⟩pta belli commercia. ann. 2, 65, 5 scripsit ad Tiberium structas sibi insidias …; molliter -tum, si fraus abesset, posse eum innocentiae fidere. *al.* Traian. Plin. epist. 10, 22, 1 mihi scripsit Gavius Bassus …; cui quae -issem … his litteris subici iussi. *al.* Svet. Aug. 51, 3 Tiberio … apud se per epistulam conquerenti ita -psit: '…'. *al.* Fronto p. 46, 5 tot negotiis quot officiis, quot -endis per provincias litteris destringerere. p. 47, 12 eas epistulas, quas ad plurimos necessario munere cotidie -is. *al.* Cod. Theod. 12, 6, 18 (*a. 383*) quisquis … non specialiter et quid et in qua specie … videatur accepisse, -bserit, … multetur. Peregr. Aeth. 19, 8 scripserat Aggarus rex ad dominum et dominus -erat Aggaro per Ananiam cursorem. Symm. epist. 2, 30, 3 nunc -retur in causam … contra sententiam praefecturae. *al.* *edicendo* (*sc. aspectu respondendi minus perspicuo; notio derivari vid. ab usu sub β et b illustrato*): Cassiod. hist. 6, 4, 2 *Iulianus* saepe … civibus in commune -psit, ut ad paganos accederent ritus (*gr. Sozom. 5, 3, 4* ἔγραφεν). **β** *de aliqua re consulti sim. consilium afferunt, aliquid constituunt* (*cf. etiam sub b*): Cic. Phil. 2, 102 (*antea*: consuluisti me per litteras *eqs.*) colonos novos ascribi posse -psi. Att. 16, 16[a], 4 Atticus libellum composuit; … eum libellum Caesari dedi: … -psit Attico aequa eum postulare *eqs.* Liv. 26, 2, 4 equites … ab Marcio litteras attulerant; -i de frumento … placuit, eam … rem curae fore senatui. Val. Max. 7, 6, 1 *propraetoribus* querentibus … -psit aerarium longinquis inpensis non sufficere. Plin. epist. 10, 108, 1 quid habere iuris velis et Bithynas et Ponticas civitates in exigendis pecuniis …, rogo, domine, -as. Traian. Plin. epist. 10, 115 merito haesisti …, quid a te -i oporteret censoribus consulentibus, an *eqs.* Svet. Aug. 45, 1 Caesarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum epistulis libellisque legendis aut -endis vacaret **(***item pro obi. sunt epistulae sim., ad quas respondetur*: CIL III 12336, 3 ⟨e⟩x ⟨l⟩ibro ⟨li⟩bellorum rescript⟨o⟩rum a … imperatore … Gordiano. Frg. Vat. 163 illud curare debet, ut intra diem decimum, quam litteras reddidit magistratibus, -tas deposcat. 165 in eum diem, quo reddi praetori -tae debent**)**. Tib. 32, 2 praesidibus onerandas tributo provincias suadentibus -psit boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere. *al.* Gaivs inst. 1, 74 cum quaereretur, an *peregrinus* causam probare posset, -psit imperator Antoninus … posse eum causam probare. Gell. 5, 6, 14 Tiberium … consultum, an *quidam* civicam coronam capere posset …, -isse dicit *eqs.* Epist. imp. Comm. (cil iii 13750) 48 quid ad decretum … -pserim, … subici praecepi **(***cf.* decur. Forosempron. [cil xi 6123] 2, 16 decretum ad te non misimus, ne … honore tantummodo te contentum esse -res**)**. Tert. apol. 2, 7 Plinius … Secundus, cum provinciam regeret …, quid … ageret *de Christianis,* consuluit … Traianum imperatorem …; Traianus -psit … *illos* inquirendos quidem non esse, oblatos vero puniri oportere (*respic. Plin. epist. 10, 96 cum responso Traiani*). Cod. Theod. 7, 13, 1 nisi prius certus redditus iudex -at, utrum minime decurio sit. *al.*

b *usu fere technico in sermone iuris spectat ad rescripta sive epistulas publicas principum, quibus consultationi vel quaestioni ad ius pertinenti respondent et sic aliquid constituunt* (*v. etiam p. 1429, 64 sqq.*):

α *formae act.*: Cels. dig. 22, 3, 13 cum de aetate hominis quaereretur, Caesar noster in haec verba -psit: '…' **(**Call. dig. 49, 14, 2, 1 divus Hadrianus Flavio Arriano in h. v. -psit: '…'. Vlp. dig. 37, 14, 17 pr. *al.; cf.* Marcell. dig. 4, 1, 7 pr. divus Antoninus Marcio Avito praetori de succurrendo ei, qui absens rem amiserat, in hanc sententiam -psit: '…'**)**. 50, 17, 191 beneficium dare se … viventi Caesar -erat. Mavric. dig. 33, 2, 23 hoc … imperator Antoninus ad libellum -psit (Call. dig. 1, 19, 3, 2. 49, 14, 2, 2. Vlp. dig. 28, 3, 6, 9 quoad princeps -erit ad litteras praesidis et l. rei cum litteris missum. *al.*). Papin. dig. 36, 3, 5, 3 cum quaerebatur, ubi fideicommissi servandi causa caveri oporteat, imperator Titus Antoninus -psit, si domicilium Romae non haberet *eqs.* Vlp. dig. 5, 1, 2, 4 quod et Iulianus scribit et divus Pius -psit (*item pro rescripto princeps dat, quod iuris peritus scripsit*: 27, 3, 1, 15. 37, 10, 1, 5. *cf. l. 26*). 48, 3, 3 divus Pius ad epistulam Antiochensium graece -psit non esse in vincula coiciendum eum *eqs.* Cod. Iust. 9, 8, 6, 4 ut Severus et Antonius litteris ad rationales missis -pserunt. *al., v. Vocab. Iurispr. Rom. V 161 sqq.* *in subscriptione*: CIL III 411, 9 (*a. 139*) -psi, recogn(ovi) (*al., v. p. 383, 26 sqq., ubi addas* Epist. imp. Iust. [cil iii 13640] 2, 10. *cf. Honoré, Emperors and Lawyers, [2]1994, 43*). **β** *formae pass.* (*saepe impers.*): Papin. dig. 36, 1, 25 nonnumquam … ex voluntate varie -tum et iudicatum est. Tryph. dig. 27, 1, 44, 2 placuit et -tum est eum … suo loco dari posse. Vlp. dig. 2, 15, 7, 2 ut inde sit et dictum et -tum circa alimentorum transactionem citra praetoris auctoritatem factam. 4, 4, 7, 9 et hoc et -tum et responsum est. 13, 7, 13 pr. scripsit Iulianus et est -tum ob hanc conventionem pigneraticiis actionibus teneri creditorem (*item pro rescripto princeps dat, quod iuris peritus scripsit*: 48, 18, 4 ut Papinianus respondit et est -tum. Pavl. dig. 42, 8, 7 -tum est secundum Proculi sententiam. *cf. l. 13*). 29, 7, 1 saepissime -tum et constitutum est eum, qui *eqs.* 43, 30, 1, 3 divus Pius decrevit et a Marco et a Severo -tum est, aeque subveniendum ei erit per exceptionem. 49, 1, 1, 1 si praeses provinciae vel quis alius consuluerit et ad consultationem eius fuerit -tum (Cod. Iust. 3, 11, 5 [*a. 322*] cum a nobis fuerit ad appellationem c. ve -tum *eqs.*). Macer dig. 49, 4, 3 si, cum imperatori scriberetur, exemplum litterarum litigatori editum sit neque is appellaverit et postea contra eum -tum sit, an *eqs.* Cod. Iust. 1, 54, 2 (*a. 228*) procuratores meos … indicendae multae ius non habere saepe -tum est. 10, 60, 1 (*a. 222/35*) reos … novos honores appetere non debere … et a divis parentibus nostris et a me saepe -tum est. 1, 23, 2 (*a. 270*) cum ea, quae ad ius -untur, perennia esse debent. *al., v. Vocab. Iurispr. Rom. V 160 sq.*

2 *iuris consulti*: Cels. dig. 19, 1, 38, 2 (*antea*: Firmus a Proculo quaesiit *eqs.*) ille -psit referre, quid acti esset. Pompon. dig. 4, 4, 50 quid de eo putas, velim -as; respondit *eqs.* 12, 2, 42 pr. quid tibi placet, -e mihi. Scaev. dig. 42, 1, 44 quaeritur, an hi *coheredes* ex causa iudicati teneantur; -psit dandam in eos actionem. Vlp. dig. 47, 2, 52, 20 quod et Herennio Modestino … consulenti -psi circa equos … furti ita demum teneri *eqs.* *al., v. Vocab. Iurispr. Rom. V 160.*

3 *episcopi sim.* (*Paulus l. 48*): Tert. monog. 11, 11 (*antea p. 1430, 45*) *Paulus* de repudio -ens demonstrat *eqs.* Cypr. epist. 25, 2 epistulae … plurimis collegis nostris missae placuerunt et -erunt se quoque nobiscum … stare. sent. episc. praef. l. 7 litterae … Cypriani ad Iubaianum -tae de haereticis baptizandis. Optat. 3, 3, 3 ad quem *praefectum praetorio* sic, *sc. contumeliose,* scribere minime dubitavit *Donatus* …; cui Donato praefatus patientia episcopali -psit. Priscill. tract. 2, 50 nos … ad omnes prope coepiscopos nostros … scribsimus …; -itur ad nos dandum super ista concilium. Conc. Carth. a. 419 p. 156 l. 14 (*ad papam*) *ut* tuae venerationi … humilitas nostra -ret. Rvstic. Conc.[S] I 4 p. 64, 12 epistula Nestorii -ta ad eundem praefectum praetorio Antiochum ad epistulam supra scriptam (*gr. I 1, 7 p. 71, 16 ἦν ἀντέγραψε*). *al.*

appendix syntactica ad II pertinens: **1** *quid -atur, intellegitur passim e contextu (sc. usu absol.); ceterum indicatur*: **a** *per acc. obi.* (*cf.* Gramm. suppl. 177, 25 *cum* trahant accusativum): *passim (cf. p. 1426, 27); c. obi. interno q. d.* -ere rescriptum: Vet. Lat. I Macc. 8, 22 (rec. V). Pavl. dig. 27, 1, 26. quod *r.* -erunt praefecto annonae. Cod. Theod. 1, 5, 14 (*ad praefectum praetorii*) *ut* rescripta, quae emitti contigerit, ad sedem sublimitatis tuae -antur.

b *per struct. verbalem*: **α** *acc. c. inf.: passim, e. g. p. 1426, 38. 72. 1427, 9. 61. 65 sqq.* **β** *enunt. secund.: interrog.: l. 42. p. 1427, 1. 10. al. c.* ut: *p. 1427, 24. 43 et* Men. dig. 49, 16, 6, 7 Vlp. dig. 48, 2, 7, 5 Pavl. dig. 31, 8, 5. *al. c.* ne: Marcian. dig. 49, 14, 30 ne procuratores Caesaris bonorum actores, quae ad fiscum devoluta sunt, alienent, imperatores Severus et Antoninus -pserunt: et, si manumissi fuerint, revocantur ad servitutem. *c.* quod: Rvfin. hist. 4, 8, 6 -isse, q. non esset iustum *eqs.* (*gr. ἀντιγράψαι*). **γ** *or. rectam: p. 1427, 2. 4. 12. al.* **δ** *or. obliquam*: Priscill. tract. 2, 48 -tum est …: si illis suspectus Hydatius esset, sufficeret apud nos sola de catholica professione testatio.

[Marchionni]

2 *ad quam rem responsum pertineat, indicatur per praepos.*: ad: *p. 1428, 38*. circa: *p. 1428, 22. 45. al. apud iuris consultos.* de: *p. 1426, 34. 66. 1427, 13. 17. 49. al.*

3 *cui (rei) respondeatur, indicatur*: **a** *per dat.: passim, sc. p. 1426, 8. 31 sqq. al.* **b** *per praepos.*: ad: *passim, p. 1426, 54 sqq.* (*respondetur aut ad hominem aut ad rem, sed ad utrumque p. 1428, 56, cf. p. 1426, 54*). contra: *p. 1426, 24. 1428, 34* (*cf. adv. p. 1427, 7 et* VLP. dig. 1, 8, 7. 42, 1, 15, 9). **c** *per acc. obi.: p. 1427, 55.*

4 *modus vel instrumentum sim. -endi indicatur*: **a** *per abl.*: CIC. Att. 6, 2, 1 litteras dedi, quibus ad eas -psi, quas *eqs.* (*sim.* 8, 2, 1 *p. 1426, 60*). 12, 39, 1 ea ipsa, ad quae -psi ⌊epistula⌋ (hac e. *pars codd.*). ad Q. fr. 2, 11, 4 his verbis (SVET. Nero 23, 1 SCAEV. dig. 50, 1, 24. *addas p. 1426, 10*). OV. am. 2, 2, 6 illa manu (FRONTO p. 225, 21 mea m.). SVET. Claud. 5 codicillis. *al.* **b** *per praepos.*: per: CIC. fam. 5, 2, 10 per litteras hoc -o atque respondeo. *al., v. p. 1426, 51. 1427, 39.* ad *vel* in *c. acc.*: CVRT. 4, 1, 10 in hunc ... modum. CELS. dig. 22, 3, 13 in haec verba (*v. p. 1428, 2 sqq.*). GELL. 20, 5, 9 -psit ei Aristoteles ad hanc sententiam *eqs.* (*cf. p. 1426, 50. 1428, 5*).

p. p. p. ⊠**rescrīptum,** -ī *n. pro subst.* *scribitur in codd. vet.* -bt- PRISCILL. tract. 2, 50 MAXIMIN. c. Ambr. fol. 302^{r}, 4 AVG. cur. mort. 1, 1. *al.* *notatur* r AVR. Fronto p. 70, 7. *al.* (*v. l. 37*). EPIST. imp. Constant. (CIL XI 5265) 1 e(xemplum) s(acri) r(escripti). *de notione v. l. 67. p. 1430, 62 nec non* GLOSS. II 229, 17 *ἀντιγραφή*: dictatura, hoc -um (505, 13 -um: *ἀ.* 531, 51). *legitur in prosa orat. tantum inde a* SEN. *rhet.,* TAC., PLIN. *min., saepe apud iuris consultos; abiit in serm. gr.* PAP. Sammelb. 9763, 33 (*a. 457/74*) *διὰ ῥεσκρίπτου.* SCHOL. Basilic. 8, 1, 17, 6. *al.*

I *i. q. responsum scriptum*: **A** *ad quaelibet scripta, sc. rescribunt homines privati vel privatim agentes* (*Christus l. 44*): **1** *usu sollemni*: **a** *contradicendo* (*cf. p. 1426, 7 sqq.; pendet dat. personae utroque loco, praepos.* de *l. 34*): SEN. contr. 10 praef. 8 *Gallio* recitavit -um Labieno pro Bathyllo Maecenatis. SVET. Aug. 85, 1 multa varii generis prosa oratione composuit, ex quibus nonnulla ... recitavit, sicut '-a Bruto de Catone', quae volumina ... senior ... Tiberio tradidit perlegenda. **b** *vario modo* (*cum gen. explic. l. 44, cf. adi. l. 51*): FRONTO p. 79, 23 -o nihil opus est. p. 187, 8 ad -um accipiendum. AVR. Fronto p. 70, 7 r(escriptum) (*pro titulo epistulae, ut* p. 75, 9. *al. apud eundem*). PS. AVR. VICT. epit. 39, 7 *Diocletianus* cum a Constantino ... vocatus ad festa nuptiarum per senectam ... excusavisset, -is minacibus acceptis, quibus increpabatur ... Maximino favere, ... venenum dicitur hausisse (*cf. l. 68*). SYMM. epist. 5, 7 ipse mihi -i huius baiulum praestitisti. RVFIN. apol. adv. Hier. 2, 41 numquid maledictionem consecutus fueras, si ... levi palliolo -i tui contexisses opprobrium nostrum et si velasset epistula vigilantis? hist. 1, 13, 3 *Abgarus* dignus ... efficitur ⌊-o epistulae⌋ salvatoris (⌊ ⌋ *gr. ἐπιστολῆς*). PAVL. NOL. epist. 43, 3 expone mihi -o mysteria regni. AVG. cur. mort. 1, 1 diu sanctitati tuae ... -orum debitor fui, ex quo mihi scripsisti *eqs.* c. mend. 1, 1 p. 469, 4 multa mihi legenda misisti; quibus -a dum praeparo *eqs.* CLAVD. MAM. epist. 1 p. 199, 3 (*ad Sidonium*) illud etiamnum dolenter faxo tacitum, quod libellos illos, quos tuo nomine nobilitari non abnuis, nullo umquam inpertivisti -o? ALC. AVIT. epist. 22 p. 54, 19 (*episcopus regi*) succincta celeritas -i epistularis. 57 p. 86, 30 rationem, quam sequi debeam, -o exponente tractetis. CASSIOD. hist. 9, 34, 12 qui et ... scribebat martyribus et -a suscipiebat (*gr. Theodoret. 5, 21, 16 ἀντιγράφων ἐτύγχανε*). *al.*

2 *usu peculiari, sc. plur. indicat commercium epistulare*: SYMM. epist. 1, 16, 1 neque -orum ratio neque amoris vicissitudo sinebat me diutius desidere.

B *ad consultationes, libellos, petitiones sim., sc. rescribunt, qui publico vel ecclesiastico munere funguntur* (*accedit saepe gen. subi., e. g. p. 1430, 4 sq. 48 [ceterum v. Vocab. Iurispr. Rom. V 166], gen. explic. p. 1430, 20; indicatur, cui rescribatur, per praepos.* ad *l. 73 sqq. p. 1430, 47. 50. 53, dat. p. 1430, 19; adversus quem [quid], per praepos. p. 1430, 28 sq. 43; de qua re, per praepos.* de *l. 74. p. 1430, 1, cf. enunt. secund. c.* ne *p. 1430, 21*): **1** *principes* (*eorum magistratus p. 1430, 38 sqq.; hic illic -um habetur pro edicto, instrumento iuris; de re v. e. g. Nörr, Zeitschr. Sav. Stift., Rom. Abt. 98, 1981, 1 sqq.; Honoré, Emperors and Lawyers, ^{2}1994, 33 sqq.; cf.* GLOSS. iurispr. *ἄδετ P* 14 *ῥέσκ⟨ρ⟩ιπτον· βασιλέως ἀντίγραμμα*): TAC. ann. 6, 9, 2 *praetor* precatus ... per codicillos, immiti -o *principis* venas resolvit (*cf. l. 39*). PLIN. epist. 10, 2, 1 (*ad Traian.*) quamvis ... *amici cuiusdam* precibus indulseris, tamen ... ex -o intellego libentius hoc ei te praestitisse, quia pro me rogabat. TRAIAN. Plin. epist. 10, 107 (*antea*: libellum ... legi) libellum ⌊-i⌋, quem illi redderes, misi tibi (⌊ ⌋ rescriptum, *sc. p. p. p. verbi, edd. quidam*). POMPON. dig. 48, 22, 1 caput ex -o divi Traiani ad Didium Secundum (CALL. dig. 22, 5, 3, 2 principis exstat -um ad Valerium Verum de excutienda fide testium in haec verba: '...'. VLP. dig. 1, 16, 10, 1. *al.; cf. l. 16*). INSCR. Année Épigr. 1958 n. 9 (*ex Hisp. cit.; aet. Hadr.*) -um sacrum de re olearia (EPIST. ad imp. Comm. [CIL VIII 10570] 3, 24. COD. Iust. 2, 12, 7 [*a. 223*]. MACER dig. 49, 5, 4 se libellum principi dedisse et s. -um expectare. *al.*). GAIVS dig. 1, 7, 21 et feminae ex -o principis adrogari possunt (VLP. dig. 49, 1, 1, 1 LACT. inst. 5, 11, 19. *al., e. g. l. 26; cf.* principale *vol. X 2, 1292, 7 sq.*). 2, 1, 11 pr. sententia *iuris peritorum* -o imperatoris Antonini confirmata est (inst. 2, 120. COD. Iust. 8, 14, 3 [*a. 223*]. AVG. coll. c. Don. 1, 1. *al; cf.* imperiale: AVELL. 2, 81 [*a. 384*]. AMBR. in psalm. 118 serm. 20, 39, 1 numquid potest adversus i. formam venire -i? COD. Iust. 11, 70, 6. *al.*). CALL. dig. 35, 3, 6 adiuvari -o divi Commodi in haec verba: '...' (*cf. p. 1429, 74*). VLP. dig. 28, 5, 9, 2 Celsus ... *hoc* posse defendi ait ...; quae sententia -is adiuvatur generalibus (*item pro -o princeps dat, quod iuris peritus scripsit*: 37, 5, 5, 6 Iulianus saepissime scripsit ..., cuius sententia -o divi Pii comprobata est. 42, 4, 7, 16 extat Neratii sententia existimantis bona esse vendenda: et hoc -o Hadriani continetur, quo iure utimur. *cf. p. 1428, 13. 26*). 48, 18, 1, 3 -o divorum fratrum ad Lucium Tiberianum emisso declaratur *hoc.* coll. Mos. 15, 2, 4 decretum divi Pii ad Pacatum legatum ..., cuius -i verba *eqs.* frg. Vat. 189 invenio ... Fulvio Aemiliano in persona Manili Optivi -um. PAVL. dig. 19, 1, 43 *causam* pertinere ad -um sacrarum constitutionum. MARCIAN. dig. 48, 17, 1 divi Severi et Antonini Magni -um est, ne quis absens puniatur. COD. Iust. 1, 21, 1 (*a. 232*) -um ... ad retrahenda, quae decreto *iudicis* terminata sunt, non patrocinatur. 1, 23, 3 (*a. 292*) sancimus, ut authentica ipsa atque originalia -a et nostra manu subscripta, non exempla eorum, insinuentur. Theod. 1, 2, 2 (*a. 315*) contra ius -a non valeant (*item opp.*: HIST. AVG. Opil. 13, 1 non incallidus, adeo ut statuisset omnia -a veterum principum tollere, ut iure, non -is ageretur). Iust. 11, 62, 3, 1 (*a. 365*) si super hoc -um fuerit adversus eos impetratum (*cf. l. 43*). PRISCILL. tract. 2, 50 *Hydatius* -um contra pseudoepiscopos et Manichaeos petit et ... inpetrat. SYMM. rel. 31, 1 neque -orum veneratione neque legum severitate vel pactionum fide aut iudiciorum reverentia. RVFIN. hist. 3, 33, 2 -i sui, *i. Traiani,* auctoritate (*gr. δόγμα*). CONC. Carth. a. 411, 3, 38 pragmaticis (*al., v. vol. X 2, 1121, 16 sqq.*). OROS. hist. 7, 12, 3 *Traianus* Plinii Secundi ... relatu admonitus ... -is ... lenioribus temperavit edictum (*cf. p. 1427, 69*). COD. Iust. 1, 23, 6 pr. (*a. 470*) ea ... tantummodo fas sit proferri et dici -a in quibuscumque iudiciis, quae in chartis sive membranis subnotatio nostrae subscriptionis impresserit. CONC.^{S} I 5 p. 361, 31 regium (*gr. I 1, 7 p. 68, 10 διατυπώσεως*). *al.* *respiciuntur magistratus principis, qui -a exsequuntur*: NOVELL. Theod. 17, 2, 3 (*de petitione*) memoriales ..., qui excipienda eiusmodi -a vel inplenda curaverint *eqs.* Valent. 19 pr. cum impunitas per simplicia vel etiam personalia -a donatur ...; cum -a huiusmodi etiam viro inlustri quaestore nesciente procedant. 19, 3 (*antea*: responsa praebuerit) memorialis ..., qui adversum vetita -um fuerit exsecutus, ... plectatur. **2** *episcopi sim.* (*Paulus l. 45 sqq.*): TERT. monog. 11, 10 cuius *carnis necessitatis* ... species ex -is, *sc. Pauli,* intellegimus; cum dicit 'de his autem, quae scribitis *eqs.*' ([*I Cor. 7, 1 sq.*]. ACT. Pauli Cor. II rec. M tit. -um Pauli apostoli ad Corinthios [*rec. L* epistula]). CYPR. epist. 32, 1 vos curate ..., ut et scripta nostra et illorum -a fratribus nostris innotescant. 74, 1, 1 (*antea p. 1426, 59*) misi tibi -i eius exemplum. HIL. coll. antiar. p. 160, 20 incipit -um Germini ad Rufianum, Palladium et ceteros. RVFIN. patr. 1, 3 -a ad Orientem perurguent (ad Originem *edd. quidam*). CONC. Carth. a. 419 p. 90 l. 37 ad sedem venerandam -is vestris intimare (*cf.* AVELL. 59, 4 quae ... episcopi -is ad principem ... propriis intimarunt). AVG. c. Pelag. 2, 4, 6 secundum Africana -a. serm. 131, 10 iam ... de hac causa duo concilia missa sunt ad sedem apostolicam: inde etiam -a venerunt. CONC.^{S} I 5 p. 376, 9 tam synodali -o quam regio edicto (*gr. I 1, 7 p. 78, 30 γράμματος*). IV 2 p. 174, 32 ⌊exemplum -i⌋ fidei Flaviani archiepiscopi ... dati ab eo petenti imperatori (⌊ ⌋ *gr. II 1, 1 p. 35, 1 ἀντίγραφον*). FVLG. RVSP. epist. 15, 19 interrogantibus vobis breviter communi maluimus respondere -o. *al.*

II *i. q. exemplum, sc. quod ex quovis scripto describitur* (*gr. resp. ἀντίγραφον praeter p. 1431, 3* [*cf.* GLOSS. II 229, 19 *ἀ.*: -um, exemplum, exemplar]. *accedit gen. obi. praeter l. 66. p. 1431, 1 sq.; opp.* authentica *p. 1431, 1*): VET. LAT. I Macc. 12, 7 (rec. V) missae erant epistulae ad Onian summum sacerdotem a Dario, qui regnabat apud vos, quoniam estis fratres nostri, sicut -um continet quod subiectum est (*rec. B* exemplum). 12, 19 (rec. V, *sim.* L, X) et hoc -um epistularum, quod miserat Onias ([*rec. B* exemplum litterarum]. CONC.^{S} II 3, 1 p. 82, 6 RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 93, 37. CASSIOD. Ios. antiq. 17, 137 p. 491 -um faciens epistulae. *al.*). 14, 23 (rec. L) et placuit populo ... ponere -um sermonum eorum *legatorum* in libris populo declaratis (*rec. V* exemplum, *B* exemplum verborum). AVG. epist. 4, 2 quamvis te accepisse litteras meas non dubitem, quarum *litterarum* -a non habeo (CONC.^{S} II 3, 3 p. 73, 24 synodicarum. p. 74, 22. RVSTIC. Conc.^{S} I 4 p. 168, 32 -um ... publicarum l., quae scriptae sunt ad ... vicarium ... a ... magistro militiae). RVSTIC.

[Marchionni]

Conc.^{S} I 4 p. 195, 8 ut ipsam videro authenticam sacram, non enim -o ero contentus. p. 236, 14 *ut* ex nostris exemplaribus -um dirigeretur his, qui sunt Antiochiae (*gr. I 1, 6 p. 157, 8 τὸ ἴσον*). *al.*

deriv.: rescriptio, rescriptor. *Marchionni.*

rescrīptio, -ōnis *f.* *a* rescribere. *scribitur* -bt- (*cf. p. 1425, 12. 1429, 19*) *in inscr. l. 22 et codd. vet.* COD. Theod. 1, 2, 1. 11, 12, 3. 11, 22, 4. *de notione*: GLOSS. iurispr. *μαγκίπουν P* 20 *ρεσκριπτιονες· αἱ διαγραφαί* (*non ad term. techn. Atticae iurisprudentiae spectare vid., sed generaliter ad actionem legem scribendi q. e. διαγράφειν*).

i. q. actio rescribendi vel rescriptum (quocum variat in contextu l. 22. 26. 28); rescribunt: **1** *ii, qui munere funguntur et consulti de aliqua causa per epistulas publicas edictum promulgant, aliquid constituunt sim.* (*quam ad causam -o pertineat, indicat praepos.* ad *l. 26; gr. resp. ἀντιγραφή l. 32*): **a** *imperatores*: IVLIAN. dig. 1, 18, 8 audivi Caesarem nostrum dicentem hac -e: '...'. VERVS Fronto p. 114, 11 iube ... *quendam* dare mihi libellum, uti -e quoque nostra gratia sententiae nostrae fiat. COD. Iust. 5, 47, 1 (*a. 197*) quae -o ... non suffragabitur. CALL. dig. 1, 18, 9 quotiens princeps ad praesides provinciarum remittit negotia per -es, veluti '...' *eqs.* COD. Iust. 9, 22, 3 (*a. 227*) ut merita eorum, qui falsis -bus utuntur, digna poena coerceantur (PAVL. sent. 1, 12, 1). Theod. 1, 2, 1 (*a. 314?*) annotationes nostras sine -e admitti non placet (*postea*: rescripta). EPIST. imp. Constant. (CIL III 7000; *a. 331*) 3, 17 Nacolensium iniuriam ... perdurantem praesenti -e removemus. COD. Iust. 4, 61, 6, 2 (= Theod. 11, 12, 3; *a. 365*) si quis ... privatorum eiusmodi -e nitatur *eqs.* Theod. 11, 22, 4. Iust. 1, 20, 2 quae *temporales actiones* per oblationem precum et ad eas -es perpetuantur (*postea*: ad eas rescripta perpetuari). 1, 53, 1 pr. nisi *magistratus* specialem nostri numinis ... divinam -em meruerint. INST. Iust. 3, 11, 1 (*pr.* rescripto divi Marci) ne huius -is nostrae emolumentum alia ratione irritum fiat *eqs.* NOVELL. Iust. 113, 1 pr. sancimus ... neque pragmaticum typum neque aliam -em ... insinuatam valere, sed secundum generales nostras leges causas ... decidi (prae-, scriptionem *var. ll.; gr. ἀντιγραφήν. huc spectat* IVLIAN. epit. novell. 106, 1 [*bis*]). **b** *papa*: AVELL. 162, 2 (*Iustinianus Hormisdae*) uti ... pro nobis ... preces offerre dignemini nosque ... vestris salutiferis -bus visitare.

2 *privati (hic invenias item -es imperatorum aut papae, sed privatim datas); respondent per*: **a** *epistulam sollemnem*: AVG. epist. Divj. 2, 13, 3 quot annorum ... ducat aetatem, ... tua -e nosse desidero. ALC. AVIT. epist. 92 si ... me -o laetificet, in qua ... verba vestra pro conspectibus adipisci ... merear. ENNOD. epist. 4, 27 p. 117, 18 anxietati meae celeri -e succurrite. AVELL. 219, 1 cum nihil certum tam diuturno tempore vestrae dilectionis potuissemus -e cognoscere (-es *var. l.*). MARCELL. chron. II p. 87, 458 Leo imperator pro tomo Calchedonense ... singulis orthodoxorumepiscopis ... misit epistulas, quo sibi, quid de eodem tomo sentirent, cuncti suis -bus indicarent. **b** *tractatum formae epistulae similem*: AVG. quaest. Dulc. praef. l. 20 quoniam mihi de hoc, *quod quaeris,* intulisti novae disputationis necessitatem, in hac mea -e id ultimum feci. *Beron.*

ἀντιγραφεύς: dictator, **rescrīptor** GLOSS. II 229, 16 (*scrib.* -bt-).
a rescribere *formatum sec. p. 1429, 23.*

rescrīptum *v.* rescribo.

rēscula *v.* recula.

resculpo, -psī, -ere. *a* re- *et* scalpere (sculpere).

i. q. scalpendo renovare (*sc. incorporaliter, sed viget imago scalpendi corporea l. 59. 64; pro syn. occurrit* renovare *l. 64,* reformare *l. 68. 71 sq.*): **1** *-untur res: quae iterum fiunt, ineuntur*: TERT. ieiun. 5, 2 populus *Israhel* primi hominis -erat (*ed. Gelenii,* sculpserat *ed. princ.*) crimen pronior ventri quam deo deprehensus (*exod. 16, 2 sqq.*). PRVD. psych. praef. 51 quam *lineam ab Abraham praefiguratam* nostra recto vita -at pede. *quae memoria repetuntur*: SCHOL. Cic. Bob. p. 88, 34 -it infamiam illius incesti *Clodiani.* p. 95, 7 ut memoriam ... eorum -ret, qui ... in carcere poenas dederant (AVG. serm. 210, 6 eiusdem noctis *dominicae passionis* m. -itur). *quae restituuntur in formam integram priorem*: AVG. in psalm. 94, 2 l. 49 *peccatorum remissione similitudo dei* in nobis renovatur ..., ut tamquam -atur in nummo, id est in anima nostra, imago dei nostri (serm. 90, 10 l. 363. 369). **2** *-untur animantes eorumque animus conversione christiana*: AVG. in psalm. 6, 5 l. 13 dum ... nos convertimus, id est mutatione veteris vitae -imus spiritum nostrum (vera relig. 179). 140, 15 l. 10 coepi -i et ex parte, qua reformor, displicet mihi quod deforme est (*vix mediopass., cf. ibid.* l. 13 *me liberabit* gratia dei, quae iam coepit -ere). serm. 43, 4 hoc, *i. rationem,* ... in nobis excolere debemus et -ere ... et reformare. 72, 12 facti sumus ad imaginem dei nec -imur nisi ab illo, qui fecit nos (*syn.* reformamur).

resecābilis, -e. *a* resecare. *i. dignus, qui resecetur*: CASSIOD. var. 2, 41, 1 semper in auctoribus perfidiae -is videtur excessus (*postea*: plectibilis culpa).

resecātio, -ōnis *f.* *a* resecare *pro* resectio (*cf.* de-, exsecatio). [*falsa var. l. pro* resectio *p. 1435, 49.*]

i. q. actio resecandi; respiciuntur: **1** *vitia exstirpanda*: VAL. CEM. hom. 20, 1 (*ad I Tim. 6, 10*) unius vulneris -e multas valetudines posse curari. GREG. M. epist. 13, 47 l. 13 quaeque -e digna reppererit, ... corrigere *studeat.* **2** *nocentes supplicio afficiendi*: SALV. gub. 7, 96 *Vandali meretrices* non interficientes ..., ne ..., dum peccata auferre cuperent, ipsi in peccatorum -e peccarent (*vix ad 1*). *Bk.*

reseco, -āvī, -ctum (-ātum), -āre. *a* re- *et* secare. *scribitur* -sic- *l. 36 sqq.,* -sesc- *l. 56* (*fort. per scripturam inversam q. d.*). NOT. Tir. 104, 6 -at. *stirps perf.* -secu- *non reperitur. de notione* (*cf. p. 1434, 59*): GLOSS. -o: *τέμνω.* abscido. GLOSS.^{L} II Philox. RE 230 -at: *ἀποτέμνει, ἀπορίζει* (*i. ἀφ-*). *legitur in prosa orat. inde a* CATONE, CIC., VARRONE, VAL. MAX., *in versibus inde a* VERG. (*semel, ut apud* HOR., MANIL.), OV., SEN. *trag.* [*verbum fere notione 'serrā secare' (cf. l. 40) continuant tusc. vet.* (*Lucae*) risegare, *it. sept.* resyé, rezegá, *francog. vet. (imprimis biturig. et burg.), loth. mer., comit., francoprov.* ress(ï)er, raši *et sim., prov.* ressar, res(s)egar; *nisi a* *rasicare *derivanda (cf. M.-L. 7074), addas hisp. vet.* resgar, *rec.* rasgar *'radere, discindere'. cf. M.-L. 7241 et Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3262. Wartburg X 290 sqq. Corominas-Pascual IV 787 sq. Schd.-Cr.*] [*confunditur in codd. maxime c.* reserare *l. 39. p. 1433, 34* (*in falsa var. l.* COLVM. 7, 11, 2), secare *p. 1433, 65. 1434, 23. 44* (*in falsa var. l.* VET. LAT. sap. 13, 11), *p. p. p.* -sect- *c.* reficere (refect-) *l. 44. p. 1433, 54. 65. 1434, 47; in falsa var. l. pro* purgare HOR. epist. 1, 7, 51 *v. vol. X 2, 2684, 8.*]

fere i. q. retro secare, recidere (*vis praeverbii evanescit sub III [ceterum v. p. 1434, 70]; accedit abl. instr. e. g. l. 48. p. 1433, 46. 62. 1434, 74; gr. resp. e. g. ἀποτέμνειν p. 1435, 9* [*cf. l. 13*], *ἐκτέμνειν p. 1433, 73*):
I *-atur, quod secando minuitur* (*intrans. sub B2b, obi. subaudiendo l. 36. p. 1433, 6; indicatur, quousque, qua ex parte sim. quid -etur, per praepos.* ad *l. 43. 57. p. 1433, 10* [usque ad *l. 45*], ex *l. 64, abl. l. 70, adi. praedic. l. 38, enunt. relat. l. 72, cui quid -etur, per dat. [in]commodi l. 47. 52, forma accipienda per praepos.* in *c. acc. l. 42. 60; pro syn. est imprimis* amputare *l. 70. p. 1433, 9,* circumcidere *l. 70. p. 1433, 8,* coercere *l. 65 sq. p. 1433, 14*):
A *proprie*: **1** *-antur arbores, herbae earumve partes*: CATO agr. 33, 2 vitem novellam -sicari (47 ubi v. bima erit, -sicato [-sec- *fere var. l.*]; ubi trima erit, eximito. *ibid. iterum.* VARRO rust. 1, 31, 2 in vitiario primitus cum exit v., tota -sicari solet [-sec- *var. l.*]. COLVM. arb. 8, 2 v. ..., quam insiturus es, -ato [reser- *cod. unus*]. *al.*). VERG. georg. 2, 78 (*agitur de insertione*) enodes trunci -antur (PALLAD. 1, 42, 2 *serrulis quibusdam* facile est ... -ando t. arboris ... interseri). SEN. Phaedr. 458 quam *arborem* non maligna caedit aut -at manus. COLVM. 4, 24, 12 sarmentum in custodem -ando. 5, 6, 31 palmites pampinarii ... ad tertiam gemmam -cti (ref- *var. l.*). arb. 6, 1 veterem vineam ... -are nolito (6, 4. *al.*). *al.* PLIN. nat. 17, 173 viveradix ... -atur usque ad terram. *al.* **2** *-antur partes corporis*: OV. ars 1, 518 sit coma, sit tritā barba -ta manu (trist. 5, 7, 18 non c., non ullā b. -cta manu. *cf.* 4, 10, 58 b. -cta mihi ... fuit. *v. etiam p. 1434, 5*). rem. 701 pueri, *i. Cupidinis, non* -bimus alas. met. 11, 182 ferro -are capillos ([*item* MART. 6, 52, 3]. PLIN. nat. *l. 54.* GREG. M. epist. 1, 24 l. 343 quasi c. ... -antur, ne oculos claudant). VAL. MAX. 3, 2, 15 cultellum tonsorium quasi unguium -andorum causa poposcit *uxor Bruti* (PETRON. 45, 9 *quidam* milvo volanti poterat u. -are [*v. Otto, Sprichw. n. 1116*]. PLIN. nat. 28, 28 u. -ari nundinis Romanis ... religiosum est, ⌊capillum vero contra ... dolores capitis XVII luna⌋ [*ad l. 49*]. *al.; cf. l. 58 et* PLIN. phys. Sang. p. 272 l. 24 ungulas [*pro subi.*] de manibus ... quartanam habentes [*i.* -is] ... resescantur). MAR. VICTOR. aleth. 3, 596 (*antea p. 1433, 59*) -are pudenda. *in locut.* ad vivum -are (*cf. infra p. 1433, 10 sqq.*): COLVM. 6, 12, 3 extrema pars ... unguis ad v. -atur. 6, 32, 3 scalpello usque ad v. -are et amputare scabiem. **3** *-antur arma*: SIL. 8, 418 *Sabinorum* clipeus ⌊-ctus⌋ in orbem, *i. in formam circuli* (⌊ ⌋ *Thilo,* refertur *trad.,* retortus *Bothe*).

B *in imag. vel translate, sc. respic. quae minora, breviora, pauciora sim. fiunt, quae (qui) coercentur, cohibentur*: **1** *usu communi*: CIC. Verr. II 3, 208 *quorundam* audaciam ac libidines aliqua ex parte -are ([*postea*: improbitatem coercere]. Att. 1, 18, 2 locum -andae l. et coercendae iuventutis. AMBR. Abr. 1, 4, 27 ut aliquis -et libidinem carnis et ... refrenet cupiditates). Tusc. 4, 46 ut -anda esse, *sc. affectus quosdam,* fateantur *Peripatetici,* evelli penitus dicant ... *non* posse. 4, 57 nimia -ari oportere, naturalia relinqui (*postea: ista* evellenda et extrahenda penitus, non circumcidenda nec amputanda sunt). HOR. carm. 1, 11, 7 spatio brevi spem longam -es. PLIN. epist. 2, 5, 4 (*3 meus* liber crevit) tu ... haec ipsa, quantum ratio exegerit, -a. AMBR. obit. Valent. 15 qui ... putaverit ... -andam aetatis laetitiam, severitatis publicae duritiam molliendam. RVFIN. Greg. Naz. orat. 9, 7, 2 iracundiam cohibere, ... libidinem refrenare, ... oculorum lasciviam -are, ... vanitatem cogitationum retundere

(*Migne gr. 36, 20^{C} τιθασσεύομεν*). Orig. in Rom. 3, 1 l. 201 *philosophi quidam* dei providentiam -antes usque ad lunae eam globum pervenire contendunt. Avg. c. Faust. 22, 70 p. 668, 5 -andum hoc vitium vel eradicandum *est.* Cassian. conl. 16, 6, 1 suas unusquisque -et voluntates. Val. Cem. hom. 15, 3 *qui* Christi consolationem requirit, alienos dolores eleemosynis -et **(**Drac. Romul. 8, 172 augere d., ut -et, medicina solet [relevet *Bücheler,* recreet *Giarratano*]**)**. Evseb. Gallic. hom. 42, 6 *nisi* nostras quotidie -emus et circumcidamus passiones. Cod. Iust. de cod. comp. pr. prolixitatem litium amputare multitudine ... constitutionum *priorum* ... -anda. *al.* *in locut.* ad vivum -are (*v. Otto, Sprichw. n. 1933; cf. p. 1432, 57 sq.*): Cic. Lael. 18 nisi in bonis amicitiam esse non posse; neque id ad v. -o, ut illi *Stoici* ...: negant enim quemquam esse virum bonum nisi sapientem. Avg. conf. 2, 3, 8 mater ... *non* curavit, quod de me a viro suo audierat, ... cohercere termino coniugalis affectus, si -ari ad v. non poterat.

2 *usu fere technico, sc. de iis, quae (qui) auctoritate legum, magistratuum sim. (episcoporum l. 23, dei l. 26) reprimuntur, puniuntur*: **a** *cum obi. acc.* (*-antur fere crimina, scelera sim., sed homines l. 21*): Grill. in Cic. inv. 1, 17 l. 67 sibi hae leges non sunt contrariae, quia unaquaeque diversa -vit. Cod. Theod. 16, 5, 35 *Manichaei* quaesiti adducantur in publicum ac ... severissima emendatione -entur (*antea*: cohiberi). Conc.^{S} IV 1 p. 193, 15 haec ... sustinentes diu ... patientia sacerdotali -are distulimus (*postea*: necesse nobis est in vobis canonice vindicare). Cassiod. var. 1, 37, 4 ut ... crimen publica districtione -etur **(**in psalm. 90, 10 l. 181 'flagellum' est ultio divina, quod solet humana c. -are [*l. 184* delicta castigat]**)**. 5, 15, 3 dum in ipsis cunabulis scelera commissa -antur (5, 39, 4 homicidii scelus legum ... auctoritate -ari). Ios. antiq. 14, 484 p. 426 *Herodes* -bat ... rapinas civitatis *Hierosolymae expugnatae* (*gr. διεκώλυε*). *al.* **b** *cum praepos.* in (*fort. sec. structuram verborum q. s.* animadvertere, vindicare *sim.; respic. non nisi homines; pass. impers. l. 34*): *c. acc.*: Cassiod. var. 2, 19, 2 ut in famulos, qui *dominum suum trucidaverunt* ..., legum districtione -etis (recit- *fere var. l.*). 3, 14 in auctorem facti. 5, 33, 3 in adulteros. *c. abl.*: Cassiod. var. 4, 43, 2 in quibus *servis* cum fuisset pro districtione publica -atum (reser- *var. l.*). 4, 43, 3 ut ... in auctoribus *incendii* ... habita districtione -etis. in psalm. 30, 24 l. 508 in ipsis *superbis.*

II *-atur, quod secando adimitur* **(***indicatur, unde vel cui quid -etur, per praepos.* ab *l. 67. p. 1434, 42. 43. al.,* de *l. 47. p. 1434, 1,* ex *p. 1434, 41. 42, abl. separ. l. 52. 67, dat. incommodi l. 50; pro syn. est imprimis* abscidere *l. 50. 57,* auferre *p. 1434, 20. 24,* excidere *p. 1434, 7. 13,* recidere *p. 1434, 13. 17. al.***)**: **A** *proprie*: **1** *-antur partes vel vitia corporis* (*-atur Bacchus utero matris ereptus l. 52*): Cic. Pis. 43 *Regulum* Carthaginienses -ctis palpebris ... vigilando necaverunt (*de eadem re*: Val. Max. 9, 2 ext. 1 Oros. hist. 4, 10, 1). leg. 2, 55 quemadmodum ŏs *mortui* -ctum terra obtegatur (*Lambinus,* reiectum *trad.*). div. 2, 96 ut, quorum linguae sic inhaererent, *sc. ori,* ut loqui non possent, eae scalpello -ctae liberarentur (Ov. Ib. 439 ense. 538 Fronto p. 224, 10). Ov. met. 8, 649 *Baucis* -at de tergore *suis* partem exiguam (Paneg. 5, 11, 5 aegra corpora ... -ata aliqua sui p. sanantur. Ambr. Noe 25, 90 -cta quadam p. membrorum *cervorum.* Prvd. apoth. 950 cum Christo abscidere quidquam et -are deo p. ... non liceat). Manil. 5, 241 *sub Cratere natus* te *Bacchum, i. vitem,* ... semper ..., ut matre -ctum, abiunget thalamis, *i. non maritabit.* Cod. Theod. 7, 22, 1 (*a. 319*) si *quidam* ad militiam inutiles -ctis digitis iudicentur. Rvf. Fest. 17 caput eius *Crassi* cum dextera manu -ctum **(**[ref-, relatum *codd. singuli; cf. Flor. epit. 3, 11, 11* recisum]. Ps. Lact. Plac. fab. Ov. 5, 2 Medusae. *al.***)**. Ambr. in psalm. 118 serm. 8, 26, 2 -are ulceris vitium (*postea*: abscidere). Prvd. perist. 5, 100 lictores ... illos reorum Plutones pastos -ctis carnibus **(**[*v. app. crit.*]. Cael. Avr. chron. 3, 6, 85. Mar. Victor. aleth. 3, 592 [*respic. gen. 17, 10 sqq., de circumcisione*] sponte -ctā c. supervacuā [*594* corporeis vitiis ... recisis; *seq. p. 1432, 57*]**)**. Consvlt. Zacch. 1, 13, 5 ferro pernicies occulta -atur. *al.* **2** *-antur herbae earumve partes*: Ov. am. 1, 15, 12 *Hesiodus* vivet ..., dum cadet ... falce -cta Ceres, *sc. frumentum.* met. 7, 264 *Medea* radices valle -ctas ... incoquit. fast. 2, 520 veteres ... farra metebant, primitias Cereri farra -cta dabant (ref-, secata *var. ll.*). Colvm. 4, 24, 7 ungues custodum annotinos -ato (*antea*: decidito; amputato). 5, 11, 15 velut propagines ramulos olivae a matre -bis (*sim.* arb. 27, 4). Mart. 11, 52, 6 porris fila -cta suis. Cypr. Gall. lev. 141 (*respic. 19, 9 sq.*) cum ... tondet iam messor aristas vel cum ... -at vindemitor uvas. *al.* *meton. -ari dicitur solum*: Ov. epist. 1, 53 iam seges est, ubi Troia fuit, -andaque falce luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus. **3** *-atur* tela: Verec. in cant. 5, 5 accelerat mulier t. ... -are (*Pitra,* -ari *trad.; respic. Is. 38, 12, ubi Vet. Lat. cod. 330. al.* demere, *gr. ἐκτεμεῖν, Vulg.* succidit).

B *in imagine vel translate*: **1** *-antur res, quae removentur, tolluntur*: **a** *quaelibet* (*saepe malae, vitiosae, superfluae* [*cf. infra l. 31. 34. 36 sq.*]): Cic. Verr. II 3, 118 de vivo ... aliquid erat -andum, ut esset unde Apronio *decumano* ad ... fructus arationum ... corollarium nummorum adderetur. Catil. 2, 11 quae sanari poterunt, ... sanabo; quae -anda erunt, non patiar ad perniciem civitatis manere (*antea*: sustulerit). Ivv. 8, 166 quaedam cum prima -entur crimina ⌊barba⌋ (*per zeugma spectat ad p. 1432, 46 sq.*). Paneg. 4, 9, 2 ut, quod leniri quam -ari malles, mitior medicina sanaret (*4, 8, 5* mala excisa). Lact. ira 4, 10 quod, *sc. iram in deum non convenire,* cum illi *Epicuro* verum ... videretur, non poterat consequentia -are (recus- *var. l.*; ⟨non⟩ -are *Stangl, Rhein. Mus. 70, 1915, 447, ita ut locus ad IB1 trahendus sit*). Symm. frg. 3 (*ex* epist. 4, 29, 2, *ubi antea*: repudiata censura) quae tempestate -ata est. Ambr. epist. 9, 62, 5 ut ea vitia -emus, quae in plurimos videntur serpere (Rvfin. Orig. in gen. 2, 6 p. 86 l. 22 H. -atis omnibus v. et excisis. *al.*). Iac. 1, 2, 5 lex recidit ciborum licentiam, ... ut -ret luxuriam (2, 10, 43 -are l., cupiditates vincere, excludere concupiscentiam. Greg. M. moral. 32, 20 carnis l. -are). Rvfin. Greg. Naz. orat. 6, 7, 1 quae *regula* vitae hominum adposita ..., quod ... curvum est et superfluum, ⌊recidat ac -et⌋ (*Migne gr. 35, 973^{B} περικόπτει*). Avg. c. Cresc. 3, 53, 59 (*in sententia concilii Bagai.*) schismata -are sacrilega. in psalm. 39, 27 *deus* necessaria subministrat et noxia -at; dando consolatur ..., auferendo corripit. Mart. Cap. 9, 902 (vers.) floris -cti, *sc. virginitatis sublatae,* praemia. Cod. Theod. 11, 1, 9 tabulariorum fraudes se *consularem quendam* -asse. Leo M. serm. 89, 4 -ata omni inlicita voluptate (sec- *var. l.*). Boeth. mus. 5, 2 p. 353, 28 ut propositae lineae ... pars tertia recidatur ... vel pars quarta -etur (*p. 354, 1* octavam partem ... auferre). Ennod. epist. 1, 24, 1 p. 35, 15 quod alter delinquit, inspiciens, tuas culpas nulla falce -ando **(**Greg. M. moral. 3, 59 l. 21 [*respic. Matth. 5, 27 sq.*] cum c. ... a cogitatione -atur**)**. Greg. Tvr. Mart. 4 praef. quod *beati,* sicut hic, *sc. in praesenti saeculo,* morborum genera -ant, illic, *sc. in futuro,* saevas tormentorum poenas avertant. Greg. M. moral. 2, 82 (*ad Iob 1, 20*) caput ... detondere est cogitationes superfluas a mente -are. *al.* **b** *scripta*: Novell. Theod. 11, 1 ne superflua vel inhumana -antes inpunitatem delinquentibus promittere videamur (*item -antur leges*: Cod. Iust. 5, 27, 7, 3 quam *sanctionem* ex hoc die -andam pia suggesserit ratio. de cod. comp. 2 -atis ... tam supervacuis ... praefationibus quam similibus et contrariis. *al.*). Boeth. arithm. praef. 4 l. 62 non ... ambigo, quin ... supervacua -es, hiantia suppleas (*sim.* in top. Cic. 4 p. 333, 39 quaeso ... abundantia -es, h. s.).

2 *-antur homines, qui expelluntur, eiciuntur*: Hil. coll. antiar. p. 142, 23 plures episcopos ... ab ecclesia ... -ari (-are *var. l.; postea opp.* recipi ... in ecclesiam). Avg. epist. 157, 22 malumus eos *haereticos* in ecclesiae compage sanari, quam ex illius corpore velut insanabilia membra -ari (*sim.* 176, 4 ab ecclesia. 178, 2 ex illa *ecclesia*). Leo M. epist. 102 Conc.^{S} II 4 p. 54, 17 Eutyches ... a catholicae soliditatis conpage -atus est (sec- *cod. unus*).

III *-atur, quod vario modo secatur* (*usu intrans. p. 1435, 11, obi. subaudiendo l. 61* [*nisi absol.*]): **A** *proprie*: **1** *discidendo*: Ov. fast. 4, 745 dapibus ... -ctis ... precare Palem (relictis, refectus *var. ll.,* peractis *Burman*). Marcell. med. 15, 82 strumae ... medetur radix verbenae, si eam transversam -es extremamque eius partem laborantis collo subnectas, priorem autem *eqs.*

2 *incidendo*: **a** *-atur collum, ita ut caput abscidatur*: Sen. Ag. 974 more pecudum colla, *sc. Electrae,* -ari placet, *sc. Clytemestrae* **(**[*986 sq.* caput demetere]. Herc. f. 529 *Hercules* serpentis, *i. hydrae,* -et c. feracia. Mart. 3, 24, 8 *haruspex* -at cultro c. *hirci***)**. Prvd. c. Symm. 1, 359 *Proserpina* placatur vaccae sterilis cervice -cta (Cod. Theod. 9, 40, 20 ut eius *hostis publici cuiusdam* -entur infaustae c.).

b *cetera exempla, sc. -antur, quae aperiuntur, lacerantur sim.* (*fere partes corporis, sed vites l. 60*): **α** *in medicina (veterinaria) vel re rustica* (*huc pertinere vid.* Synon. Cic. p. 441, 22 -are. exacerbare. exulcerare): Colvm. 4, 27, 2 magis pampinatio quam putatio vitibus consulit; nam illa ... sauciat ... et -at. 6, 17, 6 ignea lamina conlectionem -are **(**[reser- *Vrsinus*]. *inde* Pallad. vet. med. 18, 8. Pelagon. 279 [*cf. Hippiatr. gr. I p. 316, 13 περιέλοις*] *nec non Veg. mulom. 4, 21, 6* aperire**)**. 6, 26, 2 *vitulorum* testis ferro -are (reser- *Vrsinus*) et expressos ... recidere (*inde* Pallad. 6, 7, 2). Ps. Qvint. decl. 8, 18 si vitalia ferro vulneribusque -entur (*postea*: reserati pectoris meatŭs). Chiron 95 alii ... scalpello -ari iubent, *sc. fistulam,* ut possit vulnus ampliari (*inde* Veg. mulom. 2, 27, 2). Theod. Prisc. eup. faen. 23. **β** *quolibet contextu*: Apvl. met. 4, 21, 5 utero bestiae -cto. Firm. err. 2, 3 *cultores Osyridis* tundunt pectus, lacerant lacertos, veterum vulnerum -ant cicatrices (*vix cogites de notione in statum apertum restituendi*). Prvd. psych. 423 lingua -ctam, *sc. saxo iacto,* dilaniata gulam frustis cum sanguinis inplet.

B *translate*: **1** *dividendo* (*accedit praepos.* in *c. acc. p. 1435, 2 sqq., c. abl. p. 1435, 5*): Anth. 761, 32 corpora signorum circis -antur eisdem, *sc. atque zonae terrestres.* Vlt. Syll. gramm. IV 257, 22 *verbi*

cuiusdam secundam ... syllabam -amus per medium. MART. CAP. 8, 837 quem *septentrionalem circulum* in spatia octo -vi. BOETH. in top. Cic. 1 p. 284, 40 quos ... maximos posuit locos, eosdem velut in quasdam species -at *Cicero* (*antea*: locorum divisionem). ENNOD. opusc. 3, 112 p. 360, 3 videres ... domorum inmanium culmina in angustissimis -ata tuguriis. **2** *distinguendo, terminando* (*accedit praepos.* ab *l. 7sq.,* inter *l. 10*): DON. Ter. Ad. 796, 2 putare est ... falsa et cassa a veris et utilibus -are. HEGES. 3, 6, 1 ab oriente eam *Galilaeam* Ippene et Gadara suis finibus -ant (*antea*: disterminant; *gr. 3, 37 ἀποτέμνεται*). PS. AVG. serm. Rev. Bénéd. 80, 1970, 53 l. 27 (*verba Salomonis*) inter iustum et iniustum iudicium -are et dividere. COMM. apol. 262 dum *gens Iudaeorum* sibi primatum vindicaret, causa -cta est. **3** *reserando*: CE 329, 3 (*saec. IV*) pectora si -et *quidam* scrutans Aurelianorum, ⟨gratos sentiat⟩ hoc opus ⟨et fecisse lubentes⟩ (reseret *Hense*).

deriv.: resecabilis, resecatio, resectio, resecto, resectorius, resegmen, resex.

compos.: irresectus.

cf. Onom. (*?*Resecta). *Cè.*

resecro, -āvī, -āre. *a* re- *et* sacrare. *forma recomposita* resacrare *trad.* NEP. *l. 35*.

posito acc. obi. animantis (certe l. 30) vel subaudiendo fere i. q. obsecratione revocata liberare aut absolute i. q. obsecrationem revocare (praeverbio invertitur notio verbi simplicis, cf. Primmer, Wien. Stud. 105, 1992, 78sq.; res, de qua agitur, indicatur per pron. neutr. l. 31, cf. vol. IX 2, 175, 57sqq.): explicationes: FEST. p. 281 (*suppl. e* PAVLO) -are, resol⟨vere religione; ... cum⟩ reus populum co⟨mitiis oraverat per deos,⟩ ut eo periculo li⟨beraretur, iubebat magi⟩stratus eum resecr⟨are⟩ (*quae sequuntur, per decem lineas pessime mutilata sunt, deinde affertur* PLAVT. *l. 31*). FRONTO p. 90, 6 quod (*sc. 'obsecrare deos'*) ego me non memini legisse; obsecrari enim et -ari populus aut iudices solebant. *exempla usum illustrantia*: PLAVT. Aul. 684 nunc te obsecro -oque, mater, quod dudum obsecraveram: fac *eqs.* (*cf.* FEST. *supra*). Persa 48 obsecro te. :: ⌞-a⌟. :: operam da *eqs.* (⌞⌟ *v. Woytek, 1982, ad l.*; -o *codd.* [*cum spatiis indicantibus alium loquentem BD*], -o⟨que⟩ *Scaliger* [*neglectis spatiis*]). NEP. Alc. 6, 5 sacerdotes rursum -are sunt coacti, qui eum *Alcibiadem* devoverant. AMM. 24, 6, 16 (17) Iulianus Iovem ... testatus est nulla Marti iam sacra *se* facturum nec ⌞-vit⌟ celeri morte praereptus (⌞⌟ *edd.,* referavit *cod.*).

resercio *v.* resarcio.

resectio, -ōnis *f.* *a* resecare. [*falso pro* refectio *in ed. vet.* COLVM. 4, 32, 4; *cf. l. 55*.]

i. q. actio vel effectus resecandi: **1** *in cultura vitium: de actione*: COLVM. 4, 22, 5 *multi* vineas supra quartum pedem detruncant nihil reformidantes eiusmodi -em. arb. 6, 1 quae *vinea* ex -e enata fuerit. *de ipsa superficie resecando formata*: COLVM. 4, 24, 15 ne sagittae, sed (sed ne *R*) ungulae similis fiat -o *custodis.* 4, 24, 16 devexam ... -em facere post gemmam, ne ... superlacrimet. 4, 29, 4 cum ... -is fissura. 4, 29, 9 si quattuor digitis a -bus fuerit *nodus.* **2** *in confectione scuticae*: MART. CAP. 3, 224 medicamen acerrimum, quod ex ... caprigeni ... tergoris ⌞-e⌟ confecerat *Grammatica medica* (⌞⌟ reseca-, resecta- *var. ll.*).

resecto: *ἀποτέμνω, χειρουργῶ* CHAR. gramm. p. 474, 18 (*inter verba act. coniug. primae*). *a* resecare.

resectōrius, -a, -um. *a* resecare. *i. q. ad resecandum aptus, non nisi neutr. pro subst. de cultello tonsorio* (*cf. p. 1432, 51*): GLOSS. III 326, 19 (*in capite* de ferreis) *ὀνυχοτόμον*: -um (ref- *cod.*).

resecundo, -āre. *a* re- *et* secundare (*c. respectu numeri nec favoris*). *i. q. iteratione afficere* (*cf.* tertiare), *sc. technice in arte med. pro iterum phlebotomare* (*cf. vol. V 2, 653, 3sqq. et* secundatio *Oribas. syn. 9, 48, 1 La p. 365*): PS. DEMOCR. med. 40, 1 hos, *sc. cachexia laborantes,* primo flebotomamus et post ... triduum eos -amus (*Oribas. syn. 9, 21, 1 La p. 315* donec tertio ... die apoferisin faciat, *gr. ἀφαίρεσιν* [*ἐπαφ- var. l.*]).

resēda, -ae *f.* [*vox originis ignotae. Mei.*] *nomen herbae* (*sc. 'Reseda alba' L., v. André, Les noms de plantes, 1985, 216* [*cf. 237 s. v.* sesamoides]): PLIN. nat. 27, 131 (*inde* 1, 27, 106) circa Ariminum nota est herba, quam -am (-deam, -daem *var. ll.*) vocant; discutit collectiones inflammationesque omnes; qui curant ea, addunt haec verba: '-a, ⌞morbos⌟ reseda *eqs.*' (morbis *codd., quod tuetur Ernout; cf. Önnerfors, ANRW II 37, 1 p. 175 sq.*).

resedeo *v.* resideo.

reseditūra, (-ae) *f.* *a* residēre (*formatione mira pro* *resessura, *fort. sec.* sedimen⟨tum⟩*?*). *i. quod resident* (*in liquidorum mixtura*): DIOSC. 2, 57 p. 200, 14 cocta liquas, ut -a remaneat, et in alio caccabo mittis (*gr. 2, 76, 6 τὴν προσκαθημένην ... ἀκαθαρσίαν*).

1. resēdo, -ātum, -āre. *a* re- *et* sedare. NOT. Tir. 50, 48 -at. [*falsa var. l. pro* sedare PS. DIOSC. herb. fem. 51 l. 10.]

i. q. sedare restituendo statum non turbatum (*corporaliter praeter l. 3*): PLIN. nat. 27, 131 (*in incantatione, v. p. 1435, 67*). GREG. TVR. Franc. 9, 33 p. 454, 19 scandalum -tum *non* est. glor. mart. 103 p. 559, 6 dolore palpebrium -to.

2. resēdo *v.* resido. **resegillo** *v.* resigillo.

resegmen, -inis *n.* *a* resecare. *per assimilationem q. d. trad. non nisi forma* -sigmin- (*etiam in cod. ant. M* PLIN. nat. 13, 77).

i. quod alicunde resectum est: PLIN. nat. 13, 77 *schedarum* -bus utrimque amputatis (*in confectione chartae*). 28, 5 *auctores graeci* omnia persecuti ad -a unguium (*in arte med. ut*: 28, 86 ex homine ... -a u. e pedibus manibusque. *ibid.* omnium digitorum -a u.).

reselio *v.* resilio.

resēmino, -āre. *a* re- *et* seminare. *i. q. denuo seminare*: OV. met. 15, 392 una est, quae reparet seque ipsa -et, ales, *sc. Phoenix.*

[resenāre *corrupte trad. p. 1441, 2.***]**

resentio, -īre. *a* re- *et* sentire. *i. q. recolendo sentire*: PHILO quaest. in gen. 4, 191 *invidiosi* malentes laedi potius quam ⌞-ire⌟ beneficia (⌞⌟ *codd.,* sentire *ed. Sichardi; gr. βλάπτεσθαι μᾶλλον ἢ ὑφ' ὧν οὐκ ἐθέλουσιν εὐεργετεῖσθαι*).

resepīsco *v.* resip-.

resequor, -cūtus sum, -ī. [*a* re- *et* sequi (*sunt qui coniungant c.* inquam, *sed v. e. g. Walde-Hofmann I 702*). *Mei.*] NOT. Tir. 30, 9 -itur. [*contra usum vocis coni. Vinetus* AVSON. 11, 19 (209 S.), 11.]

i. q. respondendo sequi (*sc. aliquem locutum vel eius dicta; cf.* sequi, *e. g. Verg. Aen. 7, 212*): OV. met. 6, 36 *Arachne* talibus ... -ta est Pallada dictis: '...' (*item inducitur oratio recta*: 8, 863 his est -ta rogantem. 13, 749 his contra -ta Crateide natam est). AVSON. 13, 110 (99 S.), 3 *Echo* pereuntis *Narcissi* ... gemitum -ta querellis (27, 21 [418 S.], 68 solatur nostras e. -ta loquellas).

reserābilis, -e. *a* reserare. *vi instr. significatur quo reserari potest*: CASSIOD. in psalm. 1 l. 39 nunc claves psalmorum -es apponamus, ut ... regis nostri palatia introire mereamur.

reserātio, -ōnis *f.* *a* reserare. *i. q. actio reserandi, patefactio (cf.* GLOSS. *l. 61; ubique c. gen. obi.): corporaliter*: HIL. trin. 10, 39 monumentorum -e (*ad Matth. 27, 52 ut* AMBR. in Luc. 10, 128. *cf.* PS. AVG. serm. ed. Mai 29 spontanea -o sepulcrorum). HIER. hom. Orig. in Luc. 14 p. 90, 16 *quia* sine vulvae -e novus in utero *Mariae* foetus adoleverit. in Matth. 3, 16 aperiuntur ... caeli non -e elementorum, sed *eqs.* (*cf.* CASSIAN. c. Nest. 3, 16, 7 -o caelorum [*antea*: in apertione caeli]). EPIST. Austras. 40, 10 de ecclesiarum *a Langobardis clausarum* -e. *incorporaliter*: ENNOD. dict. 14, 6 p. 468, 30 adversus nos intimorum -e munivimus *proditorem.*

reserātor, (-ōris) *m.* *a* reserare. [*medii aevi est rec. interpol.* CHROMAT. serm. 17A, 2 Rev. Bénéd. 72, 1962, 277 l. 83.]

i. qui reserat, aperit: PS. AVG. serm. ed. Caillau 1, 13, 4 Migne suppl. 2, 934 *Christus* est -r paradisi.

reserātus, -ūs *m.* *a* reserare. *i. q. actio reserandi, sc. publicandi libelli*: SIDON. epist. 9, 11, 2 in voluminis ipsius operisque -u (*cf. 4* in operibus edendis).

reserb- *v.* reserv-.

resercio *v.* resarcio. *Bk.*

1. ⁂resero, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* sera (*cf.* obserare). *de origine*: NON. p. 41, 8 a sera dictum, qua remota valvae patefiunt (*sim.* PAVL. FEST. p. 283. *cf.* EVTYCH. gramm. V 481, 24 obsero ... iure primae est coniugationis a nomine, quod est haec sera ..., et ab eo compositum est -o, -as). NOT. Tir. 57, 32 -at (*31* obserat). *depon. fort. p. 1438, 4. de notione et differentia*: EVGRAPH. Ter. Eun. 763 serare est claudere ...; contrarium est ... -are, quod est aperire. SYNON. Cic. p. 439, 23 pandit. aperit. ostendit. patefacit. extendit. recludit. diducit. -at. GLOSS. II 228, 17 *ἀνοίγω*: aperio, -o, pando, expando, pateo. GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1454 -tum: apertum, reseratione patefactum. II Philox. RE 248 -atur: *καυτηριάζεται (?)*. Corp. R 72 -at: onlaec (*anglosax.*). *sim. al. legitur in versibus inde ab* ENN., Q. CIC., LVCR., *in orat. soluta singulis binisve locis apud* CIC., LIV., VAL. MAX. *al., saepius inde ab* APVL., TERT. **[***confunditur in codd. passim cum* reservare, *e. g. p. 1437, 32. 73. 1438, 36. 57 (restit. p. 1437, 30. 1438, 46. 1439, 36. 1440, 10. al.), ceterum e. g. cum* referre *p. 1437, 70. 1439, 57. al.* (*restit. p. 1439, 56 et* APIC. 1, 13), resecare *p. 1438, 10* (*plura v. p. 1432, 22*), reserere *p. 1437, 65. 70* (*restit. p. 1438, 72*).**]**

I *vis praeverbii indicat removeri statum obseratum, clausum sim., ita ut aliquid recludatur, aperiatur* (*refl. p. 1439, 24, pass. impers. p. 1439, 68. 1440, 14; struct. verb. pendentes v. p. 1439, 71sqq.; gr. resp. ἀνοιγνύναι, nisi aliud indicavimus*): **A** *proprie* (*respicitur actio corporea vel sensibus percipienda; saepius in imag.*): **1** *generatim*: **a** *-antur quaelibet*: **α** *loca sim. adeunda, intranda* **(***imprimis quae impedimentis sublatis [seris praecipue sub p. 1437, 20. 44] rursum patefiunt, sed quae*

[Wick]

numquam antea penetrata sunt sim. e. g. l. 38 sqq.): Ⅰ *fontes sacri, inferna, caelum* (*saepius in imag. de actione vatis, interpretis deorum sim.* [*physicorum l. 9*]): Enn. ann. 217 nos ausi -are … *Musarum* ⟨fontes⟩ ([*nisi* ⟨claustra⟩, *ut locus ad l. 57 pertineat, v. Skutsch, 1985, 375*]. Stat. silv. 2, 2, 38 mihi … Phemonoe f. *Castaliae*). Sen. Herc. f. 963 (*loq. Hercules*) *Iuno,* recipis *me* et -as polum? (Tro. 354 [*351 sq.* interpres deum Calchas] arte qui -as p. Carm. Inscr. christ. urb. Rom. 4144, 2 [*saec. VI*[1]] concessa potestas … Petro -are polos [*cf. Matth. 16, 19*]). epist. 90, 28 deorum … templum, mundus ipse -atur *investiganti naturam.* Lvcan. 6, 600 *Erictho,* Elysias -a sedes (Stat. silv. 2, 7, 57 s. … inferorum). Carm. Année Épigr. 2004 n. 385, 2 (*a. 181*) ⟨I⟩ane …, templa deum caelestia cl⟨ave cl⟩ausa tua -as et -ta ser⟨as⟩. Tert. anim. 55, 3 cum transactione … mundi -buntur regna caelorum. Ps. Hil. libell. 6 p. 77, 11 *Christum* inferna -are (Max. Tavr. 35, 4 l. 104. 38, 3. 52, 4 l. 80. *cf. in eadem re* inferi: Ps. Hil. libell. 6 p. 78, 17 Clavd. Mam. anim. 3, 13 p. 180, 9). Hier. in Ezech. 1, 1 l. 34 (*antea p. 1439, 20*) quibus *caelis* -tis panduntur visiones (hom. Orig. in Luc. 27 p. 159, 19 [*respic. Luc. 3, 21* apertum est c.] baptismo Iesu c. esse -tum. Evcher. laud. her. 18 [*spectat ad III reg. 17, 1. 18, 38*] Helias … c. imbribus clausit, ignibus -vit. *al.*). *al.* Ⅱ *aedificia, cubicula sim.* (*cf. l. 11*): Ov. fast. 1, 70 *Iane,* -a nutu … templa tuo (Sen. Ag. 361. *al.*). Val. Max. 1, 8, 1 aedes … nullius hominum manu -ta patuit (Lvcan. 3, 117 ante fores nondum -tae constitit aedis. Ivl. Val. 1, 19 l. 739 Alexander aedibus -tis, quibus condita patris arma militaria visebantur *eqs.*). Lvcan. 5, 70 *Appius* Delphica fatidici -at penetralia Phoebi (Cypr. ad Donat. 9 [*in imag.*] recludere cubiculorum … fores et … p. occulta -are). Tac. hist. 3, 38, 2 cubiculum imperatoris. Tert. apol. 19, 5 archiva (-serv- *var. l.*). *al.* *c. respectu iuris, beneficii sim. praebendi* (*non nisi in imag.; cf. l. 41. 48. p. 1439, 1 sqq.*): Plin. nat. 10, 49 domus … ipsis *magistratibus* suas claudunt aut -ant *galli, sc. auspiciis.* Lact. epit. 33, 5 feminis curiam ⌊-vit⌋ … et imperia permisit *Plato* (⌊ ⌋ *Davies,* -serv- *trad.; sim.* Ennod. epist. 3, 21, 1 p. 87, 14). Ⅲ *varia* (*exempla selecta inde a* Lvcano): Cic. Phil. 7, 2 -are … exteris gentibus Italiam ([-serv- *var. l.*]. Tac. hist. 3, 2, 4 [*loco vexato*]). Verg. Aen. 12, 584 urbem … -are … et pandere portas (*sc. in deditione; expugnatur urbs*: Amm. 15, 8, 19 u. … obsidione -tam. 20, 6, 5). Epiced. Drusi 73 -ta sepulcra claudite (Ambr. exc. Sat. 2, 76. *al.; cf.* Apvl. met. 4, 18, 2 capulos). Lvcan. 2, 682 (*661 sq.* molibus undas obstruit *Caesar*) ut -et pelagus, *Pompeius dubitat.* Sil. 17, 501 *Carthaginienses* primos -asse … Alpes. Balb. grom. p. 93, 7 Daciam (-serv- *var. l.*). Novatian. trin. 1, 4 fontium ora -vit *deus creator* (*paulo aliter* [*sc. ut l. 27 sqq.*]: Heges. 4, 17 p. 268, 6 -ta … o. fontis *nocentis* [*cf. IV reg. 2, 22* sanatae sunt … aquae]). Avien. orb. terr. 808 *insulae* -ant vix litora nautis (*gr. 618 οὐ ναύτῃσιν ἑτοῖμαι. in imag. ut*: Rvt. Nam. 1, 401 -at Populonia litus). *al.*

β *res claudentes, cingentes sim.*: Ⅰ *ianuae, portae sim.* (*exempla selecta inde a* Verg.): Q. Cic. carm. frg. 8 (*in imag.*) autumni -at portas … Libra (Ov. ars 3, 577. *al., v. vol. X 2, 8, 51 sq.*). Verg. Aen. 7, 613 -at stridentia limina *Iani* consul (Sil. 12, 427. Stat. silv. 5, 2, 173 ingens -at tibi limen honorum Caesar [*in imag., cf. p. 1439, 1 sqq.*]. *al., v. vol. VII 2, 1409, 20 sq.*). Tib. 1, 2, 18 -at fixo dente *clavis* puella fores (1, 8, 60 Ov. met. 10, 384. *al.*). Prop. 1, 16, 19 ianua …, cur numquam -ta meos admittis amores? (Ov. am. 3, 1, 45. *al.*). Ov. met. 4, 762 -tis … valvis atria tota patent. Arnob. nat. 1, 43 p. 38, 19 *magos* sine clavibus -are, quae clausa sunt. Avson. 2, 1 (151 S.), 1 fenestras. *al.* Ⅱ *variae*: Ov. am. 3, 2, 77 patent … -to carcere postes, *evolant equi* (*in circo ut*: ars 3, 595. *al.; aliter*: Pavl. Nol. carm. 15, 253 salvis -to carcere claustris … exit *captivus*). met. 8, 61 moenia *civitatis* (Sil. 13, 249). Sil. 7, 334 oppositi … claustra manipli (13, 843 Tarpeia … -vit c. Sabinis. Hil. in Matth. 33, 7 ‘monumenta aperta sunt’ [*Matth. 27, 52*]: erant … mortis c. -ta. Amm. 23, 4, 6 magister c. *onagri* … -at malleo forti perculsum. *al.; fort. huc iam l. 4*). Amm. 31, 4, 9 (*in imag.*) nostri limitis -tis obicibus (-serv- *var. l.*). Rvfin. Orig. in num. 27, 8 p. 267, 25 (*in imag.*) fraudis … nebulas per agnitionem legis divinae -ari (nudari *var. l.*). *al.*

γ *res variae*: Cic. off. 2, 55 nec ita claudenda res est familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita -anda, ut pateat omnibus (-seren- *var. l.*). Sen. Ag. 756 umbrae, … -ate paulum ⌊terga⌋ nigrantis poli (⌊ ⌋ regna *Damsté, ut ad l. 1 sqq.; an legendum* tecta?). Apvl. met. 6, 21, 1 pyxidem. mund. 17 p. 327 montis … latus … hiatu -tum. Pavl. Nol. carm. 27, 366 vestibulum *tectum* … -atur in aethera (*item in architectura*: epist. 32, 13 [*antea*: paries … ianuis patefactus] a fronte … foribus nova *basilica* -batur [-sere-, -fere- *var. ll.*]. *al. apud eundem*). epist. 31, 5 -tis terrae sinibus abditae crucis arcana patuerunt. *al.* *scripta, testamenta, signacula resignanda*: Pavl. sent. 5, 25, 1 *punitur,* qui … signum … amoverit, -verit (-serv- *var. l.; cf.* Cassiod. compl. in apoc. 5, 11 tertio sigillo -to *eqs.*). Hier. epist. 53, 5, 1 signatum librum *apocalypsis* (-vel- *var. l.*). Cod. Theod. 4, 4, 4 testamenta …, quae apud officium censuale publicari solent, in eodem -entur nec … permittatur fieri ulla translatio ([-serv- *var. l.; fort. ad II pertinet, cf. p. 1440, 27*]. Interpr. cod. Theod. 11, 36, 26. Chart. lat. ant. XXI 714, 46 [*a. 575*] Petrus … testamentum … ⌊-tus est⌋ [*lectio dubia*]). Hist. Apoll. rec. A 20 puella … -to codicillo legit. *al.*

b *-atur animantis corpus eiusve pars*: **α** *corporaliter* (*saepe in arte medica*): Ⅰ *quolibet modo*: Ov. met. 6, 663 si posset *Thyestes* -to pectore diras egerere inde dapes. Sept. Ser. carm. frg. 22 claustra puerperii (*respic. partus ut*: Garg. Mart. med. 40, 17 difficulter uteri claustra -ari. Ambr. Cain et Ab. 1, 10, 46 virginis vulvam [-sec- *var. l.; antea*: aperit]. *al.*). Garg. Mart. med. 44, 12 *gummis gutta* thoracis obstrictos sinus -at (*item relaxando curatur*: Greg. Tvr. Iul. 11 [*antea*: contractis digitis] -ta manus, *quae rigida fuit. al.*). Ps. Mar. Victorin. gramm. VI 33, 5 nec magno hiatu labra -bit *in pronuntiando.* Clavd. 8, 250 belua rictus. Physiogn. 41 oculi, qui frequenter clauduntur atque -antur (*gr. I p. 343, 6 ὀφθαλμοὶ σκαρδαμύττοντες*). *al.* Ⅱ *secando, vulnerando*: Octavia 367 -at dominae *Agrippinae* pectora ferro *satelles* (Ps. Qvint. decl. 8, 18 pectoris [*antea*: si vitalia ferro … resecentur]. *al.*). Colvm. 6, 34, 1 suppuratio … ignea lammina … -atur. *al.* Ser. med. 802 nimios -ti vulneris amnes feniculi cinis adstringit. Theod. Prisc. gyn. 12 (*respic. genitalia*) si … clausae fuerint *feminae,* … a chirurgicis … -andae erunt (*antea*: resolvendae). *al.*

β *in imag. respicitur voluntas vel facultas (sc. l. 30. 32. 38 sq.) utendi partibus corporis:* *ad audiendum*: Liv. 40, 8, 20 (*19* dicite) -tae aures sunt. Ambr. in Luc. 4, 2 non claudendae … aures, sed -andae sunt. Prvd. apoth. 578 angelicis aurem -are loquellis. *al.* *ad loquendum* (*cf. l. 75*): Sen. Ag. 718 reluctantes parat *Pythia* -are fauces. Plin. paneg. 66, 5 obsaepta … servitute ora -amus frenatamque … linguam resolvimus. Hier. hom. Orig. in Luc. 14 p. 91, 12 ore -to in humanum sermonem erumpere *asinam Balaam* (*cf. num. 22, 28*). Pavl. Nol. epist. 13, 14 in dei benedictionem ora. Cael. Avr. chron. 2, 1, 41 ne … vocis organa *aegrotorum* concludantur potius quam -entur. *al.* *ad intellegendum, credendum*: Tert. adv. Iud. 7, 6 quod praecordia singulorum … a diabolo obsessa fide Christi sint -ta. Hier. epist. 18A, 6, 4 postquam -ti sunt oculi eorum *apostolorum, Iesum cognoverunt* (*cf. Luc. 24, 31*). Ps. Avg. hypomn. 6, 8 l. 347 *deus* corda -at ad credendum (-serv- *var. l.*). Apring. in apoc. 1, 11 l. 234 oculi -antur, ut abscondita videant. *al.* *ad videndum* (*cf. l. 34. 37*): Conc.[S] IV 2 p. 93, 20 caeci oculos a nativitate -vit *Christus* (*cf. Ioh. 9, 14* aperuit oculos eius). Dynam. vita Max. 16 l. 375 diu clausa lumina *caeci* subito -vit *sacerdos* (*postea*: videndi aciem reddidisset). *al.*

2 *usu peculiari pro obi. sunt*: **a** *quae emittuntur, depromuntur, revelantur sim., sc. inclusa, abscondita, tecta* (*cf. sub b*): **α** *ut quolibet modo producantur sim.*: Lvcr. 1, 11 -ta viget genitabilis aura Favoni. Colvm. 10, 203 partus enixa … utraque, *sc. Tethys et Amphitrite,* nunc -at pontumque natantibus implet. Hil. myst. 2, 6, 3 (*respic. Ios. 4, 3*) lapides duodecim … ex profundo in terram -vit *Iosua* (*Gamurrini,* -serv- *trad.; postea*: protulit). Avson. 25, 12 (346 S.), 1 annus … ver. Ps. Avg. serm. ed. Mai 4, 2 post longum silentium haec verba Iesus -vit dicens: ‘…’. Greg. M. moral. 4, 47 culpa … homini desideria concupiscentiae -vit (*opp.* coercemus). Sacr. Gallic. cod. Aug. p. 89, 3 *orante Helia* inbrium cataractae -antur e caelo (*cf. III reg. 18, 45*). **β** *ut videantur, conspiciantur:* *varia*: Verg. Aen. 8, 244 si … terra dehiscens infernas -et sedes et regna recludat pallida. Tert. adv. Marc. 5, 14, 9 (*in imag.*) divitiae creatoris olim absconditae, nunc -tae (*cf. Is. 45, 3*). Avien. Arat. 203 defessi *Nixi* -atur nuntia signi *Corona* (-par- *var. l.*). Schol. Verg. Veron. Aen. 10, 1 ⟨facto … die⟩ omnia -antur. Pavl. Nol. carm. 18, 408 noctis … fuga … coeperat ambiguos rerum -are colores (-serv- *var. l.*). *dies, caelum sim.*: Val. Fl. 1, 655 emicuit -ta dies caelumque resolvit arcus *Iridos* (*post tempestatem ut*: Apvl. mund. 22 p. 339 amoena laetitia mundi. Dict. 1, 22 caelum [*v. app. crit.; opp.* nubilo tegi]. *al.*). Stat. Theb. 5, 479 vix -ta dies, et iam … Iason ire iubet (*prima luce ut*: Coripp. Ioh. 6, 22 dies). Avson. Mos. 13 Phoebus *exeuntibus e silva* … -at … Olympum (*opp. 15* exclusum viridi caligine caelum). Sidon. epist. 1, 8, 1 diem … caligine obstructam vix meridiano fervore -ari. *al.*

b *quae incipiuntur sim.* (*nisi ad a trahas coll. l. 47*): Ov. Pont. 4, 4, 23 ubi, Iane biceps, longum -veris annum. Plin. paneg. 58, 3 contigit … privatis aperire annum fastosque -are. Amm. 14, 10, 1 caeli -to tepore Constantius … Valentiam petit. 21, 6, 7 caeli temperie (27, 12, 18 [*v. app. crit.*]).

c *quae aperiendo efficiuntur, sc. viae, aditus sim.*: **α** *usu communi*: Sil. 4, 196 -are viam *in pugna* (Stat. Theb. 7, 483. Ivl. Val. 2, 25 l. 525 [*in imag.*] victoriae v. … gladiis -andam esse [*Mueller,* -seren- *P*]. *al.*). Tert. pudic. 21, 12 aditum caelestis regni (Itin. Alex. 44, 100 a. -to quem … obstruxerant *incolae.* Veg. mil. 4, 24, 5 irruptioni a. -atur [*simul ad β*]. *al.*). Drac. Orest. 65 (*63* conticuit) vocis iter pietas *patris* -vit

[Wick]

(MEROB. poet. 20). *al.* **β** *usu peculiari respic. facultas, licentia alicui concessa aliquid faciendi, obtinendi* (*non nisi in imag.; cf. p. 1437, 27 sqq. 1438, 74. 1440, 6 sqq., ceterum p. 1438, 23*): COD. Theod. 2, 19, 1 (*a. 319*) germanis ... fratribus ... petitionis aditus -etur **(**[*opp.* arceantur. *cf. Interpr.* agendi ... licentia reservatur]. 8, 7, 20 apparitores ... discincti ad nullam militiam adspirandi habeant facultatem nec ... his ullus a. -etur. ZENO 2, 7, 13 cui *diabolo* omnes nocendi a. -ti praestant. SACR. Leon. 221 nobis aeternae securitatis aditum passione ... Christi ... -asti, *deus. al.***)**. SYMM. epist. 5, 63, 1 tibi ... ad laudem -bitur via (AVG. civ. 10, 32 tit.).

d *quae dilatantur*: AMM. 23, 6, 24 foramen angustum *in fano,* quo -to ... exsiluit *pestilentia.* HEGES. 3, 9, 1 ne angustiae officerent, -ta sunt viarum strata. BOETH. arithm. prol. 3 l. 50 (*in imag.*) quae ... angustiorem intelligentiae praestabant aditum, ... adiectione -vi.

B *translate*: **1** *detegendo secreta, latentia sim.*: **a** *quae deus revelat hominibus* (*maxime prophetis, euangelistis sim. vel per prophetas sim.; Christus deum se praestat l. 24*): OV. met. 15, 145 (*loq. Pythagoras*) quoniam deus ora movet, ... recludam aethera et ... -bo oracula mentis. SIL. 7, 436 vates *Proteus* -at ... futura. HIER. epist. 18A, 2, 2 (*affertur Is. 6, 1*) *antea* non ei *Isaiae* sunt -ta caelestia. in Ezech. 1, 1 l. 31 *'aperti sunt caeli',* eo quod caelestia sint illi *credenti* -ta mysteria. CARM. de Sod. 74 decreta (se- *var. l.*) dei -ant *angeli Loth* (*cf. gen. 19, 17*). LEO M. serm. 30, 1 magnitudo ... sacramenti *nativitatis Christi* ... in saeculorum fine -ti. SACR. Leon. 1274 deus, qui per os ... Iohannis euangelistae verbi tui nobis arcana -asti. SEDVL. carm. pasch. 4, 110 *Iesus* se -at sermone deum (*cf. op. pasch. 4, 11* cum ... deum sese manifestius aperiret). *al.* **b** *varia*: PETRON. frg. 38 vers. 6 commissa verens ... -are minister *Midae* (*7* latentes prodidit aures). PANEG. 3, 17, 1 (*antea*: fatebor) omnia animi operta -bo **(***item -antur cogitationes, affectus*: ENNOD. epist. 1, 21, 1 p. 33, 14 aegritudinem animi -o [sero, refero *var. ll.*]. 2, 26, 1 p. 68, 6 secretum pectoris -atur clave sermonis. *al.***)**. ARNOB. nat. 7, 40 p. 394, 25 patuisse res abditas et -ta in maleficia vindicatum **(***item -antur crimina*: AMM. 15, 5, 11 -ta ... iam fallacia [*Kiessling,* retecta *Gelenius*]. SVLP. SEV. chron. 2, 8, 8 Daniel occultam fraudem vestigiis prodentibus -at [*cf. Dan. 14, 18*]. *al.***)**. AMM. 14, 11, 19 insidiarum latebrae. PAVL. NOL. carm. 21, 565 (*562* prodere signo) tacitam ... sedem corporis *sancti* ... in nostro -[v]ari tempore. epist. 16, 9 veritas te ... ipsum -bit tibi. PS. PROSP. carm. de prov. 806 quo *die iudicii ea,* quae nunc occulta latent, -ta patebunt. ARATOR act. 2, 33 omnia secretam -ant documenta figuram (*respic. allegoria*). *al.*

2 *exponendo, explicando*: **a** *mysteria, doctrinam religionis* (*quaedam aegre ab 1 distinguenda, e. g. l. 43*): VAL. FL. 2, 438 (*432* Threiciis ... sacris) hospitibus -ans secreta *sacerdos.* NOVATIAN. trin. 21, 3 ut ... arcanorum caelestium nobis iura -ret **(***docet Christus ut e. g.* FILASTR. 106, 4 salutis mysteria -bat de lege pariter et prophetis. LEO M. serm. 73, 2 -ante scripturas domino *apostolis* [*cf. Luc. 24, 27* interpretabatur]. *al.***)**. PS. HIL. libell. 22 p. 94, 17 totae illi *quaerenti* scripturae sunt -andae. AMBROSIAST. in Eph. 4, 12, 2 qui propter -tum occultum scripturarum sensum profetare dicitur (*cf.* AVG. civ. 20, 29 tit. *Heliae prophetae* praedicatione scripturarum secreta -ante). LEO M. epist. 68, 1 *sedes apostolica,* unde adhuc apostolici spiritus oracula -entur (*antea*: de fidei instructione conscriptam *epistulam*). CONC.^{S} II 3, 3 p. 117, 6 qui *patres nostri* cunctis -rent intellegentiam fidei (*postea*: praedicarent; *gr. II 1, 3 p. 112, 12 ἀναπτύσσοντας*). *al.*

b *quaelibet referenda, docenda*: **α** *exempla varia* (*usu absoluto l. 70*): PORPH. Hor. epod. 9, 11 cum [pa]ratione⟨m⟩ praesentis laetitiae ... -asset *poeta,* ... exsequitur *cetera* (*Petschenig,* referat sed *trad.*). OPT. PORF. carm. 16, 7 -ent pulcherrima Musae; ... canam ... te *imperatorem* (-fer- *var. l.*). MAR. VICTORIN. defin. p. 27, 12 quo facilius ... definiendi varietas -etur (-serv- *var. l.*). LVCIF. reg. apost. 1 l. 5 regum facta. SCHOL. Verg. Bern. ecl. 3, 107 ⟨si⟩ -e⟨s⟩ quaestionem **(***item explicantur parum perspicua*: NOVELL. Anth. 3 pr. -ta ambiguitate sequenda decernere [-serv-, -serta *var. ll.*]. LEO M. epist. 28, 1 Conc.^{S} II 2, 1 p. 24, 19 [= IV 1 p. 167, 15] quae prius videbantur occulta, nunc nobis ⌞-ta patuerunt⌟ [*gr. II 1, 1 p. 11, 3 δῆλα γεγένηται*]. *cf. p. 1440, 4***)**. FVLG. Virg. cont. p. 90, 21 (*loq. umbra Vergilii*) primi ... libri continentiam narra; tunc ... haec, *sc. allegorice dicta,* tibi ... -bimus. MART. CAP. 2, 126 (vers.) ut *artes* ... -ent caducis astra. LEO M. epist. 24, 2 Conc.^{S} II 4 p. 4, 12 (*antea*: instrui nos oportet) nobis cuncta -are (-serv- *var. l.*). serm. 3, 2 cum ..., sicut euangelica lectione -tum est, interrogasset dominus discipulos *eqs.* (recit- *var. l.*). EPIST. episc. Greg. Tur. Franc. 9, 41 p. 468, 6 litteras ... -ante nuntio de vestra sospitate gavisi excepimus. *al.* **β** *accedunt struct. verbales: acc. c. inf.* (*cf. p. 1440, 14*): AMBR. spir. 3, 10, 67 ut hoc de sancto spiritu scripsisse se idem euangelista *Iohannes* -ret (-servet *var. l.*). EPIST. pontif. Thiel. 729 Gelas. frg. 8 *clerici et laici* -arunt praesulem suum ... vexari. *enunt. secund. interrog.*: IVLIAN. in Am. 7, 7 praesentis loci -vit occasio, quo ... genere ad ulciscendum deus noster insurgeret. AVELL. 101, 7 si quos ... didiceritis motus exsurgere, nobis ... debeatis ... -are (-fer-, -serv- *var. ll.*). ALC. AVIT. epist. 7 p. 35, 11 (*antea*: petisti ..., ut ... indicarem, utrum *eqs.*) -bo ..., quid ... putem. COD. Iust. 1, 5, 21 pr. ut eis *iudicibus* -etur, quid ... statuendum sit (-serv-, -spondeatur, -sonetur *var. ll.*). *al.*

3 *permittendo, dando facultatem* (*cf. imagines viam, aditum -andi p. 1439, 1 sqq.*): COD. Theod. 2, 16, 2, 1 ei *adulescenti* ... administratio rei propriae -ta (-serv- *var. l.,* permissa *Iust. 2, 52, 5 pr.*). Iust. 3, 12, 6, 3 (*a. 389*) in ... sanctissimis diebus neque spectaculorum copiam -amus. SYMM. epist. 7, 112 filio meo ... intimam familiaritatem tuam posse -[v]ari.

4 *vario modo*: IVL. VAL. 1, 2 l. 58 astrici, quibus omnis divinandi ratio -atur. VLT. SYLL. gramm. IV 256, 14 interiectiones ... auctoritatis fide poterunt -ari, *sc. utrum longae an breves sint.* AMBR. epist. extra coll. 13, 21 -tum est ... diem resurrectionis observandum post diem passionis **(***probatur aliquid ut*: COD. Theod. 9, 19, 1 pr. quantum ad rem gestam et veritatem -andam *pertinet* [reserv-, serv- *var. ll.; postea*: scripturae veritas ... per ipsum debet probari auctorem]**)**. RVFIN. hist. 11, 22 p. 1026, 22 statim ut prima *imperatoris* epistulae pagina -ta est, *clamor attollitur* (*proferuntur, publicantur documenta ut*: AVG. c. Cresc. 3, 30, 34 tam manifestis traditionis suae gestis publico iudicio -tis. PASCHAS. epist. 2 opus). *al.*

II *vis praeverbii ad notionem recondendi sim. spectat, ut sit fere i. q. includere* (*addasne* COD. Theod. *p. 1438, 1?*): PS. MAX. TAVR. serm. app. 23 p. 892^{D} *Eusebius confessor* ita humili angustoque carcere clausus -atur, ut ... *non* haberet porrigendi sui corporis libertatem. COD. Iust. 1, 57, 1 (*a. 469*) apud ... iuridicum *Alexandrinum* ... concessum esse ... volentibus donationis ... instrumenta -are (serv- *var. l.*).

deriv.: reserabilis, reseratio, reserator, reseratus (-ūs).

compos.: irreseratus. *Wick.*

2. resero, -sēvī, -ere. *a* re- *et* serere (sevi). NOT. Tir. 57, 29 -it. *i. q. rursum serere: campum seminibus instruendum*: VARRO ling. 5, 39 ager restibilis, qui restituitur ac -itur quotquot annis (*disting.* qui intermittitur, ... novalis ager). COLVM. 3, 11, 2 si -ere velimus (*vineta, nisi absolute*). PLIN. nat. 18, 183 cum hieme praegelida captae segetes essent, -verunt ... campos mense Martio. *plantam ponendam*: COLVM. 4, 22, 8 altera ... vinea ... surculis inserenda erit, altera funditus exstirpanda et -enda. 4, 33, 3 ubi frequentanda sunt *castaneta,* melius ... mergi more pertica declinata propagatur, quam exempta -itur.

reserpo, -ere. *a* re- *et* serpere. *i. q. serpendo redire: -unt vitia corporis*: PS. DEMOCR. med. 33, 2 *dysinteria* similis cancro, qui semper -it. GREG. M. past. 3, 9 l. 159 R. (*in compar.*) languorem ... -entem (repet- *var. l.; antea*: recidiva febris). *-unt animantes eorumve actiones*: GREG. M. epist. 1, 69 l. 15 *causā iudicatā* nullam exinde querelam ... -ere permittat *rector patrimonii.* 4, 32 l. 6 si ... inveniant *Donatistae* ... licentiam -endi.

reservātio, -ōnis *f.* *a* reservare. *scrib.* -serb- PAP. *l. 50.*

i. q. actio reservandi (spectat ad ius): c. gen. obi. usus fructus: INTERPR. cod. Theod. 8, 12, 9 quia -o u. f. ... pro traditione habeatur (*Cod.* usum fructum retinere). PAP. Tjäder 14–15 B III 5 (*Ravennae, a. 572*) sub -e u. f. *aliquid donavisse.* sine -e: GREG. M. epist. 1, 70 l. 31 nos *non* s. -e aliquid dedisse *ex patrimonio ecclesiae.* 9, 108 l. 8 quia ... communionem ⌞s. aliqua -e⌟ percipiat *excommunicatus quidam* (⌞ ⌟ *usu modali fere pro 'libere, sine ulla prohibitione'*). *Bk.*

[S] **reservo,** -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* servare. NOT. Tir. 34, 47 -at. GLOSS. II 473, 53 *φυλάττω*: servo, tuto, tueor, custodio, adservo, -o. *legitur in prosa orat. inde a* CATONE (*semel*), *?* VARRONE *p. 1441, 1,* CIC. (*80*^{ies}), *in versibus raro inde a* LVCR., VERG., CIRI, OV. **[***confunditur in codd. maxime c.* servare, *e. g. p. 1441, 7. 1442, 43 (in falsa var. l. e. g.* QVINT. inst. 1, 5, 20; *falso trad.* CIC. fam. 5, 4, 2; *cf. p. 1445, 49); in falsa var. l. pro* observare CYPR. epist. 71, 2, 2 (*falso trad.* ANON. Vales. 14, 81; *cf. p. 1445, 48*), resalvare *p. 1417, 31,* reserare *p. 1436, 65.***]**

i. q. retinendo servare (*refl. e. g. p. 1443, 72 sqq. 1444, 62. 64. 1445, 21, mediopass. p. 1445, 35. 50. al., absol. vel obi. subaudiendo p. 1441, 33. 1442, 2. 23. 1444, 39; gr. resp. maxime τηρεῖν, v. p. 1441, 36. 1443, 67. 1444, 48. 1445, 28*): **I** *quolibet modo*: **A** *potius alicui tempori, fini, rei, personae*: **1** *-antur res* (*huc pertinet p. 1443, 75; addidimus homines p. 1443, 18. 30*): **a** *vigente respectu usus sim. futuri -antur, quae recondita tenentur, praesenti usui, tractationi sim. subducuntur* **(***iuxta ponitur e. g.* differre *p. 1441, 54 sq.. 1442, 35 sq. al.* [*cf. p. 1443, 72*], praeterire *p. 1442, 24. 28,* seponere *p. 1441, 42* [*cf. p. 1443, 62*]**)**: **α** *vario contextu*: Ⓘ *indicatur, cui (rei) vel in quem, ad quem finem, ad quod tempus quid -etur* **(***sc. per dat. vel praepos.* ad, in *c. acc. l. 75. p. 1441, 4 et passim,* in *c. abl. p. 1441, 61, per enunt. secund. c.* ut [*accedente adv. praepar.*] *p. 1441, 5***)**: Ⓐ *-antur corporea*: CATO agr. 29 *stercoris* partem in pratum -ato. VARRO frg. Non. p. 531, 13 (*descri-*

bitur ritus) *assem* conpito vicinali solere -are *nubentes* (*coni. Lindsay dubitanter, alii aliter*; resenare *trad.*). Cic. Verr. II 5, 12 *reos* liberare ausus es, ut, quam damnatis crucem servis fixeras, hanc indemnatis … civibus Romanis -res. de orat. 1, 224 *orator* philosophorum … libros -et sibi ad … requiem atque otium. Att. 1, 10, 4 omnis meas vindemiolas eo -o, ut *eqs.* Caes. Gall. 5, 34, 1 *duces promiserunt* illis *barbaris* -ari, quaecumque Romani reliquissent **(**[serv- *var. l.*]. *item -atur praeda belli*: Liv. 36, 36, 2 eos *ludos* … de manubiis, si quam pecuniam ad id -asset, … faceret *consul.* 44, 27, 12 *quasi* praeda ex se *Perseo* victo Romanis -retur. Cvrt. 3, 11, 23 [*castra Darei diripiuntur*] cum ii, qui Dareo tabernaculum exornaverant, … eadem illa Alexandro … -bant**)**. civ. 1, 36, 3 *Massilienses* merces … ad obsidionem urbis … -ant. Colvm. 2, 9, 11 (*inde sim.* Plin. nat. 18, 195) *frumentum* expurgandum erit et …, quod propter … pondus in imo subsederit, ad semen -andum (*antea*: semen reponere). 12, 52, 2 necesse est aliqua pars eorum *olivetorum* maturo fructui -etur. Pompon. dig. 33, 6, 14 ut non ad perpetuum usum vasa -rentur. Apvl. met. 7, 22, 3 *hominis obtruncati* intestina … canibus … iacta, ceteram … carnem omnem operariorum cenae -a. 10, 7, 9 ad criminis probationem -tum poculum. Scaev. dig. 34, 2, 16 uti ornamenta mea … ne veneant et filiae meae -entur. Ps. Qvint. decl. 5, 4 (*loq. pater*) cunctas facultates in pretia collegi; … nihil senectuti meae, nihil dubiis casibus …, nihil neque illis -vi, quos redemissem. Sol. 4, 5 hibernae pluviae in aestivam penuriam -antur. Paneg. 3, 10, 3 quidquid … alii *imperatores* … prodigebant, id omne nunc in usus publicos -atur. Prvd. perist. 5, 344 vestem … tingunt sanguine *martyris,* tutamen ut sacrum suis domi -ent posteris. Clavd. 22, 59 Stilicho … geminos axes … -at … teneris *filiis Theodosii. al.* *-at res effectum*: Tert. cult. fem. 2, 6, 2 cerebro perniciem … humoris assiduitas -at.

Ⓑ *-antur incorporea* (*exempla selecta post* Cic.): Cic. Quinct. 48 ad … extrema … iura … decurrebas, ut tibi nihil in posterum, quod gravius … facere posses, -res. Cael. 59 pro di immortales! cur interdum … praesentis fraudis poenas in diem -atis? **(***item -antur a deis vel deo poenae, mala*: Verg. Aen. 8, 484 [*loq. Euander*] quid memorem infandas caedes, quid facta tyranni *Mezentii* effera? di capiti ipsius generique -ent! Stat. Theb. 8, 121 [*Amphiaraus ad Plutonem*] si quando … huc aderit coniunx, illi … -a supplicia. Vet. Lat. or. Man. 13 domine, remitte mihi …, ne … in aeternum -es mala mihi [*gr. τηρήσῃς*]. Vvlg. II Petr. 2, 17**)**. fam. 1, 9, 10 ut integrum mihi de causa Campana ad … *Pompei* reditum -rem. *al.* Q. Cic. pet. 20 omnia te, quae ab illis *a te defensis* tibi deberi putaris, ad hoc tempus -asse. Caes. Gall. 3, 3, 3 placuit hoc -to ad extremum consilio interim rei eventum experiri. Liv. 3, 51, 3 melioribus … rebus -ate … ista de me iudicia, *sc. honorem.* Sen. contr. 1, 8, 12 viri fortis operas … ad necessarios casus -are (*postea*: ad hos casus lex … fortem seposuit). Sen. nat. 7, 30, 5 multa *scienda* saeculis … futuris … -antur. Cvrt. 6, 6, 34 barbari … orare coeperunt, iram in Satibarzanen, defectionis auctorem, -ret, *sibi* supplicibus … parceret *Alexander.* Qvint. inst. 1, 8, 6 elegia … et hendecasyllabi … amoveantur *vel* … ad firmius aetatis robur -entur. Frontin. strat. 4, 6, 2 ut … laborem suum in necessaria duci munera -ret *Xenophon.* Tac. hist. 3, 64, 2 ut *Sabinus* imperium fratri -ret. Plin. paneg. 38, 1 largam … bene faciendi materiam filio -vit *Nerva* **(***cf.* Prvd. c. Symm. 2, 1120 ‘partem *meriti* tibi, nate, -o’, dixit *Theodosius* [*1122* adripe dilatam tua … in tempora famam]**)**. Svet. Claud. 21, 2 fecit … *ludos* saeculares quasi anticipatos ab Augusto nec legitimo tempori -tos. Tert. uxor. 2, 5, 4 quarum *uxorum* arcana in periculum … -ent *mariti* (serv- *var. l.*). Cypr. epist. 20, 3, 2 causas … differri mandavi et in nostram praesentiam -ari **(**[perseverari *cod. unus; cf. p. 1442, 70*]. *item iuxta ponitur* differre: Vvlg. prov. 29, 11 totum spiritum suum … sapiens differt et -at in posterum [serv- *cod. unus*]**)**. *al.* *-atur aliquid ad iudicium ultimum*: Optat. 1, 21, 8 prima peccata ad exemplum praesens poena compressit, secunda iudicio -vit *deus* **(**[-bit *var. l.*]. Avg. serm. 18, 2 si omnia in praesenti iudicaret, nihil i. -ret *deus* [*antea*: quando … vult, differt]. *al.; aliter infra p. 1443, 15***)**. Gavdent. serm. praef. 30 -atur … in die iudicii illa retributio generalis.

Ⅱ *sine tali indicatione*: Ⓐ *exempla varia* (*indicatur, unde quid -etur, per praepos.* ex *l. 69*): Ov. met. 7, 657 parcum genus *Myrmidonum* est … quaesitique tenax et quod quaesita -et (-at *fere var. l., ceterum v. app. crit.*). Sen. dial. 11, 4, 3 si non finire lacrimas, at certe -are debemus; nulli parcendum est rei magis quam huic (serv- *var. l.*). Mart. 11, 98, 9 *basiatores* basiant … nuptiale basium -antem. Qvint. decl. 350, 7 aliud *venenum* ex radicibus herbarum contrahitur, aliud ex animalibus mortiferis -atur. Tab. Vindol. II 218, 2 rogo, si quid utile mihi credid⟨eris⟩, aut mittas aut -es. Apvl. met. 6, 19, 6 avaro navitae data, quam -veras, stipe (-veris *Robertson*). Tert. orat. 19, 4 accepto corpore domini, *i. hostia q. d.,* et -to. Ivvenc. 2, 149 *vina* pulchra -ans *sponsus* (*cf. Ioh. 2, 10* servasti). Hier. epist. 14, 5, 3 qui in actibus apostolorum (*sc. 5, 1sqq.*) ex patrimonio suo partem pretii -antes *eqs.* (serv- *var. l.; cf. p. 1442, 58*). Avg. serm. 18, 3 semper colligunt … et servant *homines*; … forte iam fur tulit et vanus gaudet, qui inaniter -vit. Comm. apol. 1008 ignea tempesta fugit -ta tot annis (*1024* ira tot annis collecta funditur). *al.* Ⓑ *indicatur, ubi aliquid -etur* (*sc. per praepos.* in *cum abl. e. g. l. 6. 9,* intra *l. 7, abl. nudum l. 8, adv. l. 13*): Tert. praescr. 26, 3 (*respic. Luc. 19, 20sqq.*) ne unam mnam … sine fructu in abdito -rent *discipuli.* Evtr. 10, 1, 2 publicas opes … intra unum claustrum -ari. Hil. myst. 1, 42, 2 p. 30, 1 qui acceptam corpore suo tamquam vase aureo mannam -turus esset **(**Mvtian. Chrysost. hom. 15, 1 p. 336$^{extr.}$ in urna aurea [*gr. p. 117$^{extr.}$ ἀποτεθῆναι*]**)**. Marcell. med. 33, 49 *inutilis mas* radices cucumeris agrestis … decoquat et in vasculo vitreo -et. Cod. Theod. 14, 17, 7 panes … in horreorum conditis -entur. Cassiod. hist. 6, 41, 3 *Christi* statuam *confractam* … Christiani colligentes in ecclesiam recondiderunt, quo hactenus -atur (*gr. Sozom. 5, 21, 3 φυλάττεται*). Regvla mag. 26, 7 quadrae cum fuerint in cellario -tae. *al.*

β *in dicendo, scribendo* **(***indicatur, cui [rei] vel ad quod tempus quid -etur, per dat. vel praepos.* ad, in *c. acc. passim, adv. l. 22sq., in quem, per praepos.* contra *l. 38***)**: Cic. S. Rosc. 82 de quibus *criminibus* … verbo arguit …; siquid est, quod ad testes -et *eqs.* (*cf.* testibus: Verr. II 1, 103 quod alia t. integra -ari velim). Verr. II 4, 19 sunt etiam cetera; quae malo integra -are. 5, 79 certissima … huius criminis argumenta praetermisi; … est certus locus, certa lex, certum tribunal, quo hoc *crimen* -etur **(**Qvint. inst. 6, 1, 10 *in epilogo non* restat, q. -emus, *sc. dicta nostra sim.* [serv- *var. l.*]**)**. Deiot. 35 nihil a me arbitror praeteritum, sed aliquid ad extremam partem causae -tum (*cf.* parti: Colvm. 12, 53, 1 olei gleucini compositio … huic p. voluminis -ta est). ad Q. fr. 2, 7, 1 cetera … praesenti sermoni -entur; hoc tamen non queo differre. *al.* Sen. contr. 2, 5, 16 hoc adhuc praetereo et aequitatis tractationi -o (*v. app. crit.*). Cels. 7, 3, 4 quae omnia … in hunc locum -ta sunt (*cf.* loco: Tert. pudic. 18, 2 -vimus huic l., quae *eqs.* Lact. inst. 1, 6, 17 opportunioribus l.). Sen. dial. 1, 1, 4 suo ista tempori -entur (Cvrt. 4, 7, 32 Tert. adv. Marc. 1, 29, 9. *cf.* Hier. epist. 64, 19, 1 alteri t.). *al.* Colvm. 12, 4, 1 de ceteris rebus, quae omissae erant prioribus libris, quoniam vilicae -bantur officiis, praecipiemus. Qvint. inst. 1, 7, 32 duas reliquas *partes* … maiori operi -o **(**8, 5, 35 dilata pars haec est, quia … videbatur locus … m. o. -andus [serv- *var. l.*]. *cf.* Lact. inst. 3, 17, 34 differre … locum et o. ultimo -are**)**. decl. 270, 9 hanc partem -emus (-em *var. l.*). *al.* Ps. Qvint. decl. 1, 15 quae *argumenta* contra te -ta sunt. *al.*

b *respectu usus sim. futuri minus vigente vel evanido -antur*:

α *quae quis (quid) sibi relinquit* (*sc. non cedendo, non amittendo; non nisi c. dat. refl.; -ant fere homines, sed animalia l. 50, sidera l. 54*): Cic. S. Rosc. 146 tibi omnia sua … tradidit nec sibi quicquam paternum … ⌞clam -vit⌟ (clare serv- *var. l.*). Cluent. 199 uti *Sassia* sibi praeter formam nihil ad similitudinem hominis -arit **(**[-ret *var. l.*]. Hier. epist. 52, 16, 3 optimus dispensator est, qui sibi n. -at [serv- *var. l.*]. 60, 10, 2. *al.***)**. orat. 160 usum loquendi populo concessi, scientiam mihi -vi. Sen. dial. 10, 3, 5 non pudet te reliquias vitae tibi -are et id solum tempus bonae menti destinare, quod *eqs.*? epist. 108, 26 (*in compar. c. vino in amphora incluso*) id, *quod est in aetate nostra optimum,* exhauriri aliis potius patimur, ut nobis faecem -emus? Plin. nat. 8, 110 *ranae* rubetae … refertae medicaminibus deponere ea … ac resumere pastu dicuntur, venena tantum semper sibi -antes. Gaivs inst. 1, 140 pater, *qui filium mancipio dedit, ut sibi remancipetur,* potestatem propriam -are sibi videtur. Apvl. met. 4, 21, 3 *quidam* gloriam sibi -vit, vitam fato reddidit. Firm. math. 6, 38, 1 *Mercurius* ex decennio suo xx sibi menses -at ([*opp. 2* deputat]. 6, 39, 1). Hist. Avg. Aur. 15, 5 venenatam partem *vulvae* fratri edendam propinans et sibi innoxiam -ans **(**Nicet. spir. 17 p. 32, 18 [*respic. act. 5, 1sqq.*] p. pecuniae dolosus discipulus sibi -verat [*cf. p. 1441, 75*]**)**. Interpr. cod. Theod. 8, 12, 1 si … sibi … usumfructum donator non -verit **(**8, 12, 9 quicumque … sibi u. -et [*antea*: servato u.; *cod. Theod. ibid.* retinuerit]. Bened. reg. 59, 5. *cf. p. 1440, 47sqq.***)**. Pallad. hist. mon. I 61, 7 p. 333^{D} *Melania iunior* possessiones omnes … distraxit; … tantummodo agros *quosdam* … sibimet -vit (*gr. p. 156, 22 καταλείψασα*). *al.*

β *quae (qui p. 1443, 18. 30) alteri (rei) destinantur* (*iuxta ponitur* destinare *p. 1443, 24 [cf. l. 47], opp.* denegare *p. 1443, 9. 29*): Ⅰ *ei, cui debentur vel ad quem (quam) pertinent* (*accedit adv.* tantum *p. 1443, 9. 12*): Ⓐ *homini vel coetui hominum eorumve attributis, actionibus sim.* (legis auctoritati *p. 1443, 4*): Cic. Verr. II 5, 74 populus Romanus … salutis suae rationem iudicum severitati -vit. leg. agr. 1, 12 idcirco a iudicibus … *causam* praetermissam esse arbitrantur *decemviri,* quod sit ipsis -ta (Liv. 36, 35, 7 suae gratiae -ari e⟨xsulum caus⟩am Achaei … maluerunt. *cf. p. 1441, 54. 1443, 16*). *al.* Liv. 39, 29, 2 cognitionem … senatui -ari (45, 34, 9). Val. Max. 5, 2 ext. 4 l. 168 *rex* liberis … praeceperat … integra omnia Aemiliano ⌞-are⌟: eum dividendi regni arbitrum haberent **(**[⌞ ⌟ *trad.,* -rent *Halm*]. Svlp. Sev. chron. 2, 41, 8 synodo [Conc. Araus. a. 441

l. 57]**)**. Tac. hist. 4, 9, 1 eam curam consul … principi -bat. Apvl. met. 3, 11, 6 statuas … dignioribus meique maioribus -are suadeo. Marcian. dig. 48, 16, 1, 4 poenae … persecutio non eius *iudicantis* voluntati mandatur, sed legis auctoritati -atur. Ambr. paenit. 1, 10, 45 *delictorum* graviorum veniam iustorum orationibus -andam. Pallad. c. Ambr. fol. 343^{r}, 43 quae *subscriptio* … concilii generalis examini … -batur. Svlp. Sev. chron. 2, 49, 9 episcopis audientiam *Priscilliani* -are, non causam imperatori … permittere. Cod. Theod. 8, 5, 40 pr. cum id … vestris, *i. praefecti praetorio,* tantum sit potestatibus -andum (*opp.* copiam denegamus). 11, 30, 48 revocare appellationem suam unicuique minime permittatur, sed sacro auditorio … negotii examinatio -etur. Cassiod. var. 7, 46, 1 *iuris periti* -antes principi tantum beneficium *quoddam. al.* Ⓑ *deo Christianorum* (iudicio dei *l. 15,* tutelae *deae l. 18*): Tert. pudic. 22, 3 quis permittit homini donare, quae deo -anda sunt? Lact. inst. 6, 18, 11 ultionem suam non sibi adsumat *iustus,* sed iudicio dei -et (serv- *var. l.; aliter p. 1441, 59*). Optat. 1, 14, 3 (*antea*: ut talem causam deo servaret) talem causam deo debere -ari (serv- *var. l.; cf. p. 1442, 70*). Serv. auct. georg. 1, 212 quia … Ceres … *Meconem* transfiguratum in papaverem tutelae suae iusserit -ari. Cod. Theod. 15, 4, 1, 1 excedens cultura hominum dignitatem superno numini -etur. *al.*

Ⓘⓘ *ei, cui varia de causa adsignantur, conceduntur*: Cic. Cato 19 quam palmam utinam di …, Scipio, tibi -ent! Liv. 1, 27, 2 *Mettius* ad bellum … alios concitat populos, suis … proditionem -at. Tac. Agr. 40, 1 Syriam provinciam Agricolae destinari … maioribus, *i. illustrioribus,* -tam. hist. 3, 72, 2 *templum* voverat … rex …; sed gloria operis libertati, *i. liberae rei publicae,* -ta. Plin. paneg. 25, 1 *merita principis* integra inlibataque cogitationibus vestris -ari. *al.* Ps. Qvint. decl. 13, 13 (*ad divitem*) primitias … *tibi* misi, … *candidior favus* tuis -tus est mensis. Min. Fel. 12, 6 *vos Christiani* -atis unguenta funeribus, coronas etiam sepulcris denegatis. Pavl. dig. 10, 3, 31 quae *mancipia* ex hereditate paterna iussu praetoris pupillis ministerii causa -ta essent. Cypr. epist. 72, 2, 3 quid … ab ecclesia non recedentibus -amus, si eos, qui a nobis recesserint …, honoramus? Firm. err. 20, 7 profanarum aedium ruinam … Christi numen vestris, *i. imperatorum,* manibus -vit; ille spiritalibus malis restitit, vos mala terrena vicistis. Ivvenc. 3, 599 (*respic. Matth. 20, 23; loq. Iesus*) haec certis genitor sublimia dona -at. Hil. in Matth. 25, 2 (*respic. Matth. 24, 13*) usque in finem perseverantibus salus -ta est. Ambr. paenit. 2, 8, 67 (*respic. Luc. 7, 38*) utinam mihi quoque pedum tuorum lotum, Iesu, -es. *al.*

2 *-antur animantes, qui ad aliquem finem, aliquod tempus seponuntur, in posterum differuntur* (*fere c. dat. rei vel praepos.* ad, in *c. acc., sed c. enunt. secund. c.* ut *l. 64; accedit* velut *c. subst. l. 62; exempla selecta post* Caes.): **a** *exempla varia*: Cic. S. Rosc. 151 ad eamne rem vos *iudices* -ti estis, ad eamne rem delecti, ut eos condemnaretis, quos sectores … iugulare non potuissent? Caecin. 28 decimo … loco testis exspectatus et ad extremum -tus dixit (*cf.* Plin. epist. 3, 9, 19 supererant minores rei data opera hunc in locum -ti). div. 2, 47 redemptor, qui columnam … conduxerat faciendam, non inertia … tardior fuit, sed a deis … ad istam horam -tus est. *al.* Caes. civ. 1, 2, 3 ne ad eius *Caesaris* periculum -are et retinere eas *legiones* ad urbem Pompeius videretur (*item -antur copiae*: Liv. 7, 7, 5 *milites quidam* immunes … operum militarium erant, ut in unum pugnae laborem -ti *eqs.* 9, 27, 9 quae *subsidiariae cohortes* integrae ad longioris pugnae casus -bantur. *al.*). *al.* Bell. Alex. 25, 4 *fortuna* plerumque eos, quos … beneficiis ornavit, ad duriorem casum -at. Ov. epist. 14, 119 (*Hypermestra Lynceo*) quod vivis, poenae crucianda -or. Sen. contr. 7, 6, 13 *virgo* non subducta est iniuriae, sed -ta. Val. Max. 2, 8, 5 *duces quosdam* veriori … -andos laureae putavit *senatus.* Sen. nat. 2, 59, 6 omnes -amur ad mortem. Colvm. 7, 3, 13 longinquae regionis upilio … subolem pastioni -at, suburbanae … agnos … lanio tradit (*item -antur animalia*: 7, 6, 7 ex geminis *haedis* singula capita … in supplementum gregis -antur, cetera mercantibus traduntur). Qvint. decl. 260, 28 -vi filios *abdicatos* iudiciis vestris, *i. patrum benignorum,* et … in integro habui. Tac. Germ. 29, 1 *Batavi a Romanis* tantum in usum proeliorum sepositi velut tela atque arma bellis -antur. Tert. anim. 50, 5 translatus est Enoch et Helias nec mors eorum reperta est, dilata scilicet; ceterum morituri -antur, ut antichristum sanguine suo extinguant. Vet. Lat. II Petr. 2, 9 (Hier. adv. Iovin. 1, 39, *sim.* Vvlg.) novit dominus … iniquos cruciandos in diem -are iudicii (*gr.* τηρεῖν). Ivst. 17, 1, 9 ultimum hoc certamen conmilitonum Alexandri fuit et velut ad exemplum fortunae par -tum. Comm. apol. 830 ipse *Nero* redit iterum sub ipso saeculi fine …, qui fuit -tus in ista. Cael. Avr. chron. 1, 4, 81 neque omnes intra diatriton phlebotomamus … neque … omnes in tertium diem probamus -andos (*antea: ut* in tertium diem … differantur). *al.* **b** *usu refl.*: Cic. Planc. 13 sin … temporibus te aliis -asti **(**[*postea*: te … servaras]. *cf.* Phil. 3, 33 hunc … diem exspectans M. Antoni … arma vitavi, … cum ille … non intellegebat, quod ad tempus me et ⌞meas viris⌟ -rem [⌞⌟ *ad 1*]**)**. Verg. Aen. 4, 368 (*loq. Dido*) quae me ad maiora -o? (Serv. auct. ad maiores scilicet iniurias). Sen. Phaedr. 924 (*Theseus Hippolyto*) mihi te -as? a meo primum toro … placuit ordiri virum? epist. 74, 33 angi futuris nec se tormento -are, sed arcessere sibi miserias. Qvint. decl. 339, 13 potest … credi, qui *effugit,* … ad secundam se aciem -asse (serv- *var. l.*). Apvl. apol. 73, 4 ni id onus *nuptiarum* recipiam, … si … me ad aliam condicionem -rem. *al.* *de eis, qui se alicuius auxilio, favori committunt*: Cic. ad Q. fr. 3, 1, 21 (*antea: Hippodamum* inhumaniter fecisse, ut sine meis litteris ad te proficisceretur) Minucio me et Salvio … -bam. Liv. perioch. 83, 2 urbem Ilium, quae se potestati Syllae -bat, expugnavit *Fimbria* (*cf. App. Mithr. 211* ὅτι σφᾶς ἐπιτετρόφασι τῷ *Σύλλᾳ*). Qvint. inst. 11, 1, 10 posterorum se iudiciis -vit *Socrates.* Optat. 2, 20, 1 (*respic. I Ioh. 1, 8*) se ad dei gratiam -vit *Iohannes* (*2* ut post spatia, quae debet homo implere, restet aliquid deo, ubi deficienti succurrat).

B *potius in statu incolumi, integro sim.* **(***infecto p. 1445, 12; talem statum indicat saepe praedic., imprimis* incolumis *l. 65. 73,* intactus *p. 1445, 47. 56,* integer *l. 44. p. 1445, 53. al.,* vivus *l. 53. 67, ceterum abl. p. 1445, 29, locut. c. praepos. p. 1445, 35; unde quis [quid] -etur, indicat praepos.* ab *p. 1445, 40,* ex *l. 55. p. 1445, 37; iuxta ponitur vel variat in contextu e. g.* custodire *l. 45. p. 1446, 2. 4,* parcere *l. 37. p. 1445, 6. al.,* retinere *l. 70. p. 1445, 63,* servare *p. 1445, 68. 1446, 1. al.***)**: **1** *-antur animantes (eorum* genus *l. 29,* spiritus *l. 46,* vita *l. 57 sq. 61 [cf.* animam *p. 1445, 65]), quos quis (quid) a morte, periculo, detrimento sim. tuetur, quibus quis (quid) parcit* (*accedit adv.* diu *l. 47. 53. 62*): **a** *quaelibet exempla* (*huc fort. p. 1446, 10*): Cic. Verr. II 1, 12 quos *piratas* … domi suae -vit *Verres* (*postea*: vivos atque incolumes domi suae … retinuisse). Flacc. frg. Cus. 17 qui *homo* mihi videtur quasi quoddam exemplar pristinae gravitatis … in re publica divinitus -ari. Lvcr. 5, 859 quaecumque vides vesci vitalibus auris, … virtus aut … mobilitas est … genus id tuta⟨ta⟩ -ans (*item -antur animalia*: Sedvl. op. pasch. 2, 6 pastores … gregem suum nocturnis vigiliis -antes. *al.*). Caes. Gall. 7, 89, 5 -tis Haeduis atque Arvernis … ex reliquis captivis … capita singula praedae nomine distribuit. Cels. 2, 8, 13 ut … gravida mulier non solum -ari possit, sed etiam partum -are. Sen. Herc. f. 1252 (*loq. Amphitryon*) unum lumen *patri* afflicto malis temet -a. Svet. Iul. 26, 3 gladiatores notos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos -andosque mandabat. Ps. Qvint. decl. 9, 18 -ti hostes (*postea*: victis … gladiatores parcunt). Vlp. dig. 48, 5, 24, 4 ne occiso hodie adultero -et et post dies filiam occidat *pater* (*opp.* in continenti … occidat). Cypr. epist. 55, 22, 2 legimus … clementiam dei … parcentis, … -antis (*antea: deus* neminem vult perire). Lact. inst. 2, 13, 2 in qua *arca* ipse cum coniuge ac … filiis … *et* nuribus -tus est ([serv- *var. l.*]. *item -atur Noe*: Hil. in psalm. 118 koph 12. *al.; cf. l. 74*). Paneg. 6, 20, 3 imperator, … illum *Maximianum* … -asti (*2* illi te … pepercisse). Hil. myst. 2, 10, 1 domus Raab per *Iosue* … integra -atur (*2, 8, 4* conservatur). Ambr. paenit. 1, 13, 67 (*respic. Iob 2, 6*) *diabolus* carnem ulcerat, sed custodit animam; … -at spiritum. Heges. 1, 43, 3 p. 106, 24 frustra sperari eius hereditatem, qui fortasse etiam superstes tam diu -retur. Conc.^{S} I 5 p. 118, 20 *Christus matrem* virginem -vit (*gr. I 1, 7 p. 35, 30* τετήρηκεν). *al.*

b *indicatur, cui (rei) vel ad quem finem quis -etur* **(***sc. per dat. vel praepos.* ad, in *c. acc. passim [accedit gerund. l. 74. p. 1445, 1. 10], adv. l. 53. p. 1445, 3 sq., enunt. secund. c.* ut *l. 71* [*cf. l. 53. 69. 73*]**)**: **α** *-atur quis ad varia* (*simul ad β pertinent l. 53. 68*): Cic. Verr. II 5, 77 qui triumphant eo … diutius vivos hostium duces -ant, ut his per triumphum ductis pulcherrimum spectaculum … populus Romanus *percipiat.* Catil. 4, 18 habetis consulem ex … periculis … atque … morte non ad vitam suam, sed ad salutem vestram -tum **(**Lvcif. non conv. 2 l. 69 nullum ad v. -tum … nisi tantum Raab [*opp.* ore punitos gladii]. *al.***)**. Sest. 50 *Marius* vitam suam, ne inultus esset, ad incertissimam spem et ad rei publicae fatum -vit (76 nisi *frater* suam vitam ad s. mei reditus -asset. fam. 14, 4, 1). Phil. 1, 38 non tam ⌞mihi⌟ me quam rei publicae -bo **(**[⌞⌟ *ad l. 64 sqq.*]. 14, 26 *Pansa vulneratus* r. p. vitam -vit. Liv. 25, 6, 14 quod r. p. nos *milites superstites* -assemus. Hist. Avg. trig. tyr. 10, 17 *Fortuna* Gallienum diutius, quam oportebat, r. p. -vit**)**. *al.* Nep. Att. 22, 2 *gener orabat eum, ut,* quoniam … posset temporibus superesse, se sibi suisque -ret **(***item c. dat. personae*: Verg. Aen. 8, 575 incolumem Pallanta mihi *Euandro* si fata -ant. Sen. epist. 58, 35 si me totum, *i. sanum,* mihi -bit *senectus.* Paneg. 2, 40, 3 [*loq. Fortuna*] quem vos cogebatis mori, vivum domino -vi. *al., adde l. 60. p. 1445, 19. 65***)**. Sen. exc. contr. 5, 1, 2 *mori prohibeor*; cui me vitae -as? ut aedificem? aspice incendium *eqs.* Sil. 10, 56 sese ad meliora -at *consul Varro.* Tac. hist. 4, 42, 5 (*ironice*) retinete, patres conscripti, et -ate hominem tam expediti consilii, ut omnis aetas instructa sit (*alluditur ad Cic. Verr. II 2, 76* parcite et conservate). *al.* Cypr. epist. 39, 5, 1 ad hoc de media morte subtractos *confessores* … incolumes -vit *Christus,* ut *eqs.* Lact. inst. 2, 10, 24 *Noe* ad reparandos homines -tus est (*antea*: ille unus, qui superfuit. *cf. l. 41*). Oros. hist. 2, 5, 9 omnes *Fabii* … trucidati sunt, uno

tantum ad enuntiandam cladem -to. *al.* **β** *-atur quis ad mala patienda* (*cf. p. 1444, 52*): VERG. Aen. 5, 625 gens infelix *Troiana,* cui te exitiofortuna -at? CIRIS 318 (*316* mori me velle negavi; *loq. anus*) quo … me … fata -ant? **(**SEN. dial. 9, 11, 5 [*4* timide mori; *fortuna ad trepidum*] q. … te -em? … convulneraberis et confodieris**)**. SEN. Oed. 31 quid rear, quod ista … lues … mihi parcit uni? cui -amur malo? CVRT. 5, 5, 6 *captivos mutilatos* in longum sui ludibrium -verant *Persae* (SVET. Cal. 23, 3). SIL. 9, 651 nescio qui deus … meme *consulem Varronem* ad graviora -at. TAC. Agr. 31, 2 (*loq. Calgacus*) in excidium petimur; neque enim arva nobis aut metalla … sunt, quibus exercendis -emur. *al.*

2 *-antur res, quae non laeduntur, tolluntur, pereunt sim.* (*quae infectae relinquuntur l. 47 sq. 56*): **a** *corporeae*: **α** *indicatur, cui (rei) vel ad quem finem, ad quod tempus quid -etur* (*sc. per dat. vel praepos.* ad, in *c. acc.*): CIC. Verr. II 4, 121 in … partitione ornatus non plus victoria Marcelli populo Romano adpetivit, quam humanitas Syracusanis -vit. Phil. 5, 25 quas *depopulationes sim.* non faciebat Hannibal, quia multa ad usum suum -bat. LVCR. 1, 614 (*respic. primordia*) unde neque avelli quicquam neque deminui iam concedit natura -ans semina rebus. BELL. Afr. 92, 1 *a Iuba oppugnatos Zamenses* paratos esse … oppidum ⌊seque⌋ ei *Caesari* -are (⌊ ⌋ *ad p. 1444, 64 sqq.*). OV. met. 13, 168 *Achilles,* tibi se peritura -ant Pergama. COLVM. 2, 11, 6 quod … internatae herbae faeno -entur. 9, 15, 10 (*antea*: eximi … debent … vitiosi et relinqui … integri) ut examini progenerando -entur **(**[serv- *cod. unus*]. *-antur favi ut*: PS. QVINT. decl. 13, 8 ad supplementa generis. *cf. l. 31***)**. MART. 8, 40, 5 *Priape,* silvam domini focis -es. PS. QVINT. decl. 13, 12 illos *flores* in vetustatem -bas et durarent adhuc, nisi *eqs.* VET. LAT. II Petr. 3, 7 (Aug. civ. 20, 18 p. 446, 29. *al.; antea*: mundus … deperiit) caeli et terra … igni -andi in diem iudicii (*gr. τηρούμενοι, Vulg.* servati). LACT. epit. 46, 4 *crux* resurrectioni corpus *Iesu* integris ossibus -vit. OROS. hist. 7, 9, 5 utrum *templum* … incenderet an in testimonium victoriae -ret *Titus. al.* **β** *sine tali indicatione*: COLVM. 9, 14, 20 veteres … et labantis favos eximere, … optimos -are (*cf. l. 23*). PS. QVINT. decl. 13, 5 non aviditas … domini nihil mellis -vit, *sc. apibus.* PS. CYPR. mont. 15, 2 (*1* vinea … custoditur) *filius dominicus* vineam … salvandam manet et -andam (*v. app. crit.*). CET. FAV. 14 ut colores … sine vitio -entur (serv- *var. l; cf. Vitr. 6, 4, 2* inmutata permaneant qualitate). FIRM. math. 7, 10, 5 quodcumque de maternis facultatibus -atur (*opp. 4* dissipatur). err. 15, 3 ex … incendio *Troiae Romaeque* Palladium -tum est, sed -tum … humano praesidio. CHIRON 543 *iumentum aegrotum* corpus non -bit (*cf. Veg. mulom. 2, 32* macescit, *Pelagon. 69* corpus attenuat). DIOSC. 4, 39 p. 24, 18 a putredine ōs -at *herba quaedam* (*gr. 4, 42, 2 σηπεδόνας τὰς ἐν στόματι … ἵστησι*). *al.*

b *incorporeae* (*indicatur, cui [rei] vel ad quod tempus, usque ad quem quid -etur, per dat. passim, praepos.* ad *vel* in *c. acc. l. 47. 50*): **α** *-antur quaelibet*: CIC. Flacc. 106 *iudices,* nomen clarissimum *familiae* … rei publicae -ate (HIST. AVG. Alex. 26, 11 instauratis *pontibus* n. Traiani -vit. *al.*). *al.* SEN. epist. 77, 16 (*antea*: voluptates … consumpsisti) nihil tibi luxuria tua in futuros annos intactum -vit **(**QVINT. decl. 340, 12 *mango pravus,* qui non erubescit, n. -at [*trad.,* observat *Rohde, Ritter,* ⟨nisi⟩ res servat *Schultingh*]**)**. APVL. flor. 9, 31 *laus* mihi dudum integra et florens per omnes antecessores tuos, *proconsul,* ad te -ta est. MIN. FEL. 38, 7 inpietas expietur, vera religio -etur (serv- *Vrsinus, ceterum v. app. crit.*). PAVL. dig. 5, 4, 3 ut … omnia ei *nascituro* iura integra -rent *antiqui* **(***c. eodem praedic.*: COD. Iust. 4, 20, 20 [*antea*: servato]. *al.; cf. ibid.* 5, 37, 26, 5 lex nostra eis sua i. immutilata -at. *sine praedic.*: NOVELL. Anth. 3, 2 COD. Iust. 12, 33, 7, 2**)**. TER. MAVR. 1455 dum suo pedi -et praestituta tempora syllabarum … longior progressio. PANEG. 4, 3, 5 si quid intactum … frater *Caesaris* -et. ARNOB. nat. 2, 61 *deum* scire concedite, … aboleri conveniat *aliquid* an -ari. COD. Iust. 1, 31, 1 pr. (*a. 359*) privilegiis … integris -tis (HIST. AVG. Alex. 22, 4 Iudaeis p. -vit. *al.*). EVTR. 9, 2, 2 *ceteri imperatores* interfecti sunt, soli Gordiano imperium -tum. *al.* **β** *-antur affectus, habitus animi*: LIV. 40, 15, 8 (*loq. Demetrius*) *gratia Romanorum* nec in bello coepit nec ad bellum -atur. TAC. ann. 14, 15, 3 vix artibus honestis pudor retinetur, nedum inter certamina vitiorum pudicitia … aut quicquam probi moris -retur. DECL. in Catil. 36 illis *seditiosis* … spem atque ⌊animam⌋ *tantum* fortuna -vit (⌊ ⌋ *ad p. 1444, 64 sqq.*). TERT. castit. 11, 1 cui *uxori mortuae* … -as affectionem (*cf.* CASSIOD. var. 10, 3, 1 qui *deus* nobis … subtracturus erat filium, … fratris -vit affectum). VET. LAT. Sirach 28, 5 *homo* -at iram ([*3* servat]. serv- *var. l., gr. διατηρεῖ*). HIER. epist. 60, 10, 7 sic *mensae* adposita quaeque libabat, ut … continentiam -ret (serv- *cod. unus*). HEGES. 5, 24, 2 p. 356, 3 quibus *deditis* … Titus misericordiam promissam -vit. RVFIN. hist. 6, 41, 21 nulla a iudice moderatio -atur. SIDON. epist. 1, 9, 5 -tā senioris consularis reverentiā. *al.*

γ *-antur lex, praecepta dei*: TERT. monog. 7, 1 ut onera … eius *legis* … concessarint, quae vero ad iustitiam spectant, … -ta permaneant (*cf.* pudic. 21, 14 quae omissa sunt legis …; quae -ta sunt). CYPR. epist. 15, 1, 1 ut a quibus … servatur fides domini, ab isdem lex quoque … domini -etur. HIER. in Ezech. 20, 18 l. 1175 postquam … iudicia *dei* … custodierint et sanctificationem sabbati … -verint. TRACT. Pelag. 4, 18, 2 p. 102 (*loq. deus*) qui *prophetae* … commonerent ad ea -anda et custodienda, quae … per legis mandata decreveram. DRAC. laud. dei 2, 342 *caelum,* pontus … et tellus accepta dei praecepta -ant (*345* legem servare). *al.*

II *in custodia detinendo (accedit abl.* custodia *l. 14. 16. [cf. l. 12]):* *-antur homines, sc. damnati, captivi* (*indicatur per abl., quam diu l. 10, ubi l. 14*): CALP. decl. 4 (*leg.* damnatus parricidii anno custodiatur; *them.* ut … carcere servetur) me lex anno -at (*nisi ad IB1a*). MOYS. Cypr. epist. 31, 1, 1 nos *confessores* tam diu clausos vinculis carceris -are. RVF. FEST. 14 *regis* filiabus captis et cum summa pudicitiae custodia -tis (serv- *cod. unus*). HIER. in Ier. 4, 19, 3 si … servi dei … mittantur in carcerem, horribili custodiā -entur. COMM. apol. 156 *deus* Cain [in] gehenna -at. *-antur animalia*: CAEL. AVR. chron. 5, 11, 131 a. nutrimento dedita vel custodiā -ta.

deriv.: reservatio. *cf. Onom.* (Reservatus [*nisi* Serv-]). *Pi.*

reses, -idis *adi.* [*a* residēre, *cui verbo radix* *sed- *'considere' subest. v. Leumann, Gramm. 1977, 393; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, [2]2001, 513 sqq. Mei.*] *de origine* (*cf. l. 26 sq.*): FEST. p. 281 (*suppl. e* PAVLO) ⟨-s … ignavus, quia⟩ resident (*affert* PACVV. *et* AFRAN. *l. 38 sq., Acc. p. 1462, 21*). EVTYCH. gramm. V 455, 12 resideo -s. ISID. orig. 10, 77 -s (residens *var. l.*) a residendo. *de scriptura*: PROB. app. gramm. IV 198, 15 -s non resis (*sed* sepes non sepis *legunt Asperti et Passalacqua, ed. 2014*). *scribitur* -sed- *in cod. vet. M* VERG. Aen. 6, 813. *de formis: gen.* -dis *testatur* CHAR. gramm. p. 29, 10 quod ex verbis trahuntur (*item iuxta veriloquium* p. 88, 15 sqq. 168, 13 [*e Romano*]). p. 47, 15 EXC. Bob. gramm. I 541, 35; *forma* -es *tamquam nom. sing. tractatur in glossis e. g. l. 31. 32. de notione* (*v. etiam l. 21. p. 1447, 3. 5. 22 sqq.*): CHAR. gramm. p. 29, 10 -s *ἀργός* (*sim.* p. 47, 15). GLOSS. II 237, 22 *ἀποκαθήμενος*: sessilis, -s. III 335, 59 *ῥᾴθυμος* (*ῥαευ- cod.*): -es. IV 163, 26 sq. -es: otiosi vel pigri. -es: residuos. V 387, 36 -s: -es. GLOSS.[L] Corp. R 59 -s: slaec (*anglosax.*). *al. legitur fort. apud* PACVV. *et* AFRAN. (*v. l. 38 sq.*), *certe apud* LVCIL., VARRONEM *et inde a* VERG., *saepe apud poetas.* **[***confunditur in codd. maxime c.* residēre *vel* resīdere STAT. Theb. 7, 83 CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 15 ISID. orig. 10, 77. *al.* (*restit.* VARRO Men. 381 AMM. 14, 11, 10), deses PAVL. NOL. carm. 27, 112 TAVRENT. ad Ruric. epist. 3 p. 446, 3. *al.; restituendum vid. loco valde lacunoso* PACVV. trag. 28 *et* AFRAN. com. 284 (*apud* FEST. *l. 20 sq.*); *olim edebatur e coni. falsa* AVIEN. Arat. 1099.**]**

I *fere i. q. residens* (*pro syn. vel iuxta pos.* desuetus *e. g. p. 1447, 6. 21,* tardus *l. 56,* segnis *p. 1447, 10*): **A** *de eis, qui (quae) nihil agunt vel inertes, tardi sim. ad agendum sunt* (*indicatur, in qua re aliquis -s sit, per gen. l. 62. p. 1447, 13, praepos.* in *c. acc. p. 1447, 11, c. abl. p. 1447, 15,* ad *p. 1447, 26, causa residendi per abl. l. 59. 69; plerumque in malam partem, sed in neutram vel bonam e. g. l. 74. p. 1447, 10. 17*): **1** *de animantibus* (*masc. pro subst. e. g. l. 49. 52*): **a** *speciatim de eis, qui propter senium, morbum sim. defuncti sunt labore, militia*: LVCIL. 1266 pro obtuso ore pugil … -s. PHAEDR. 5, 1, 7 etiam -es … repunt ultimi *ad visendum tyrannum.* SIL. 7, 103 -es ad bella vocantur, quis pudeat certare, senes. SYMM. epist. 4, 43, 1 *quidam* vetus privati miles aerarii diu morbo obstante obsequio tuo defuit; orandus mihi es, ne inter -es adnotetur.

b *generatim*: **α** *varia exempla*: ① *proprie*: VARRO Men. 381 -es lingulacae, optrectatores tui, iam nunc murmurantes dicunt: '…' (*Mercerus,* residit *codd.*). OV. met. 14, 436 *comites Vlixis* -es et desuetudine tardi rursus inire fretum … iubemur. VAL. FL. 2, 373 urbe sedent *socii* …, donec -es Tirynthius heros non tulit. 3, 394 *caede sontes* -es et iam nil amplius ausi … fatiscunt *in* segnitiem. 4, 626 subita -es socios formidine Iason praecipitat. 5, 78 illum *Bacchum* post acies … hic -es thiasos … moventem … meministis, aquae. STAT. silv. 5, 3, 30 me … luna videt -em nullaque Heliconide tristes solantem curas. PORPH. Hor. carm. 1, 8 pr. inputat *puellae cuidam,* quod … *amantem* -em fecerit exercitationum campestrium. AVIEN. Arat. 1292 *Auriga* haud rese⟨s⟩ ullo viscere nascentis nova Tauri deserit astra (*cf. gr. 714 sq. οὐδ' ὅ γε … λείπεται*). AVSON. 27, 21 (418 S.), 2 *te* haec … epistula … blando -em sermone lacessit. SYMM. epist. 1, 13, 1 (*antea*: tibi … scribendi oblivionem peperit res secunda) ultro … adloqui -em non peperci. 9, 68 in posterum … nequaquam -em iudicabis, ut animorum nostrorum conciliatio … meis litteris frequentata cumuletur. PRVD. cath. 8, 33 (*in imag.*) *deus* ovem morbo -em … inpiger pastor revocat. MEROB. poet. 70 hanc, *i. Enyo,* ubi diva nocens … cernit, desilit et …, -em licet, excitat. *al.* ② *metonymice: de spatio temporis, in quo aliquis -s est*: CLAVD. 25, 1 post -es annos … fruitur nostra Thalia choris. *de auribus hominis, qui nuntium non exspectat*: VEN. FORT. carm. 6, 5, 281 fama *mortis cuiusdam* … -es germanae perculit aures (-is *Leo*).

[Mitchell]

β *in re militari de eis, qui pacem agunt, qui cessant bellum gerere, impetum in hostem facere sim., vel qui ingenio imbelles sunt* (*cf.* GLOSS.[L] I Ansil. RE 1480 -es proprie sunt, qui militiam detractant agere; de militibus vero ignavis dictum est): VERG. Aen. 6, 813 otia qui *rex* rumpet patriae -esque movebit … in arma viros (SERV. pigros [*add.* auct.], otiosos, nimium sedentes). 7, 693 *dux* iam pridem -es populos desuetaque bello agmina in arma vocat. LIV. 6, 23, 5 *aliquis dixit* eum *ducem* -em intra vallum tempus terere. 23, 16, 11 *Hannibal* ratus … prodita conloquia esse metuque *Romanos* -es factos. 25, 6, 21 clamorem pugnantium … exaudimus -es ipsi ac segnes. STAT. Theb. 4, 676 *Iuno* -em ferro petit … Theben. 7, 83 Mars impellit equos, -es in proelia Graios … indignans (residens, -esque *var. ll.*). 7, 285 tu …, o Permesse, … armastis alumnos bellorum -es. TERT. anim. 31, 4 constat … Pythagoran *fuisse* tam -em et inbellem, ut proelia tunc Graeciae vitans Italiae maluerit quietem. IVL. VAL. 3, 1 l. 38 nisi uspiam me cunctantem aut -em in proelio denotastis (*cf. gr. p. 99, 24 οὐ παρεβολευσάμην ⟨ἐν⟩ τοῖς κινδύνοις;*). CLAVD. 20, 476 advolat … nuntius … -es Parthos … Romanae finem iam quaerere paci. CASSIOD. var. 2, 41, 1 gentem … prisca aetate -em … in nova proelia concitastis.

2 *de animis, voluntatibus sim.*: VERG. Aen. 1, 722 *Cupido* temptat praevertere amore iam pridem -es animos desuetaque corda *reginae* **(***explicant* SERV. -es: pigros, ad amandum inertes; iuraverat enim nulli se esse nupturam. SERV. auct. -es sane milites otiosi et pigri dicuntur [*affert l. 5*] …; unde contra instantes dicimus industrios. GLOSS. -es animos: vacuos, sine affectu**)**. SEN. epist. 94, 32 habemus … compositum animum, sed -em et inexercitatum ad inveniendam officiorum viam. SYMM. epist. 2, 54 in scribendo numquam -em gesserim voluntatem. BOETH. cons. 3 carm. 2, 12 si cruor … tinxerit ora *leonum mansuetorum,* -es olim redeunt animi. *al.*

3 *fere translate de rebus, quae diu non moventur: de instrumentis non adhibitis*: VAL. FL. 4, 214 iam pridem caestus -es et frigida raris dentibus aret humus. PRVD. c. Symm. 2, 1076 -es quandoque faces *nuptiales* adolere licebit *virgini Vestali.* CLAVD. rapt. Pros. 2 praef. 15 *poeta* -es levi modulatus pectine nervos *lyrae* … duxit opus. *de aqua interrupta*: PANEG. 9, 4, 3 ut … -es aquas et novos amnes veluti aridis fessae urbis visceribus infundant (*aliter l. 41*).

B *de eis, qui (quae) diu in eodem statu, loco sim. manent* (*indicatur locus per praepos.* in *c. abl. l. 39. 44*): **1** *proprie*: **a** *de rebus*: VARRO rust. 2, 11, 3 cum *casei* molles sint magis alibiles, in corpore non -es, veteres et aridi contra. 3, 17, 8 *Hortensius* piscinas eius *Luculli* despiciebat, quod … -e aqua in locis pestilentibus habitarent pisces eius (*aliter l. 35. cf.* CLAVD. carm. min. 5, 2 insula … -es fluctus mitescere cogit in longum producta latus). **b** *de animantibus*: LIV. 2, 32, 5 timere patres -em in urbe plebem, incerti, manere eam an abire mallent. AMM. 14, 11, 10 Diocletiano et eius collegae, ut apparitores Caesares non -es (resedisse *trad.*), sed ultro citroque discurrentes, obtemperabant.

2 *translate de affectibus animantium*: VAL. FL. 8, 220 solvere … -es dux … curas … ausus *est.*

II *i. q. aliquem residere faciens*: STAT. Theb. 3, 231 (*in imag.*) exturbent *Argivi* -es frenos et … te, *Gradive,* cupiant. Ach. 2, 43 longum -es exponere causas. *Mitchell.*

resesco *v.* reseco.

resessio, -ōnis *f.* *a* resīdere. *i. q. actio residendi*: PRISC. LYD. solut. 8 p. 93, 18 *animantium* transmutationes … per regiones singulas … indigent … -is (-cess- *var. l.*) in locorum propria.

resex, -secis (-sicis) *m.* [*a* resecāre, *cui verbo radix* *sekə$_1$- *'secare' subest; de notione pass. cf. e. g.* incūs, trādux, trāmes. *v. Leumann, Gramm. 1977, 274; Rix et al., Lex. der indogerm. Verben, [2]2001, 524. Mei.*] *occurrit apud solum* COLVM. *formis obliquis, sc. stirpis* -sec- *fere in codd. rec.,* -sic- (*trad. etiam* -cis-) *in codd. S et A.* [*langob.* razol, razö, *trident.* res, rezol, *abrut.* résəkə. *cf. M.-L. 7242 et Faré, Postille. Schd.-Cr.*]

i. quod resecatur, sc. technice in cultura vitium de ea parte palmitis, quae remanet post resectionem: explicatur: COLVM. 4, 21, 3 *palmes loco idoneo,* unde vitis anno sequenti revocari debeat, in pollicem tondeatur, quem quidam custodem, alii -em, nonnulli praesidiarium appellant, id est sarmentum gemmarum duarum *eqs.* *illustratur usus*: COLVM. 3, 10, 15 pampinarios … in -em submitti, ut progenerare possit. 3, 10, 16. 4, 7, 2 ⌊id … recidendum est et velut -es⌋ relinquendi sunt (⌊ ⌋ *om. SA*). 4, 24, 17. 5, 5, 11 pro custodibus … bigemmes -es fiunt. 5, 5, 18 -es … angustius in modum furunculorum relinqui *debent viti iacenti.*

resībilo, -āre. *a* re- *et* sibilare. *i. q. sibilando repugnare*: SIDON. carm. 9, 86 *audent gigantes* contra tonitrus -ante … superos ciere planta.

resicco, -āre. *a* re- *et* siccare. [*a* -are *derivata, non aetate rec. recomposita esse it.* riseccare, *langob.* (*Brixiae*) resecá, *prov., hisp.* resecar, *port. vet.* reseccar, *rec.* ressecar *putat M.-L. 7243 (cf. Faré, Postille. Battisti-Alessio V 3262); ceterum cf. Wartburg XI 582. Corominas-Pascual V 185. Houaiss[2] 2441. Schd.-Cr.*]

i. q. in statum siccum reducere: DIOSC. 5, 100 p. 205, 20 manu tua in latera *mortarii* -as illa, *quae antea madefacta sunt* (*cf. gr. 5, 78, 4 ἐξιπώσας. sim. p. 205, 19* contra mortarium frigas et cum spissare c(o)eperit *eqs.*).

[resicit: remanet GLOSS. V 329, 2. *corruptum*; restat *Goetz dubitanter,* resistit *Heraeus in exemplari suo* (*cf. 328, 58* restitit: resistit)**.]**

resico *v.* reseco.

[residas: remipiscas semitas GLOSS. *corruptum.***]** *Bk.*

resideo, -sēdī, -ēre. *a* re- *et* sedere. NOT. Tir. 50, 30 (*26 sq.* sedet. adsedet) -et. 50, 39 -edit. *de formis et prosodia docent* PRISC. gramm. II 481, 9 -sīdeo, -sēdi (*de eadem re* PS. PRISC. gramm. III 527, 17 -o, -edi, -eram, -ero). *pass. p. 1450, 61 (gerund.). 1454, 15, nota inf. praes.* -eri *p. 1451, 2.* -sed- *in stirpe praes. exhibent codd. e. g.* VET. LAT. Luc. 10, 13 (cod. 5). COMM. instr. 1, 23, 8. GREG. TVR. Franc. 3, 21 *et ubique in eodem opere* (*nota* resedire(t) 6, 43 p. 314, 14. 315, 12 [*var. l.*]). REGVLA mag. 23, 11 (*P saec. VII in., ut* 23, 33). NOT. Tir. 50, 30 *l. 12; v. etiam p. 1454, 9. 37. 42*; -sid- *in stirpe perf. e. g.* SYMM. epist. 1, 19, 1. HIST. AVG. Alex. 29, 5 (*P ante corr.*). Max. Balb. 16, 7 (*P*), *ceterum v. Neue-Wagener[3] III 414.* eram -ens *pro* -bam *v. p. 1452, 55.* *de notione v. l. 49 et* GLOSS. -o: *ἀποκαθέζομαι.* -et: *περιλείπεται, περιλιμπάνεται.* -rent: remanerent. -edit: remansit, ⌊placuit⌋ vel remoratus est (*sed si* ⌊ ⌋ *pendet e p. 1455, 28,* placare *aut* iacere *subesse vid.*). *legitur in versibus apud* PLAVT. (*bis*) *et inde a* CATVLLO, LVCR. (*deest e. g.* VERG., HOR., TIB.), *in prosa orat. inde a* CIC. **[***confunditur in codd. c.* sidere CVLEX 358 (*restit.*), de- AMBR. Iac. 2, 5, 21 (*in falsa var. l.* PETRON. 112, 6), prae- HIER. epist. 22, 30, 4, -isse *c.* sese dedisse HEGES. 1, 44, 3 p. 112, 8 (*cod. C saec. VI; cf. p. 1454, 64*), reses *p. 1446, 35,* resilire *p. 1464, 71.***]**

B *vi praeverbii evanida vel parum perspicua*: **1** *motu corporali*: **a** *-unt animantes*: **α** *considendo, insidendo, se collocando sim.* (*fort. hic illic respicitur motus corporis retro versus*): Ⓘ *-unt homines, dei sim.*: Ⓐ *ubicumque*: CIC. Arat. frg. 19 *Virgo* Iovis in regno caelique in parte -edit (*gr. 134* ταύτην ... νάσσατο χώρην. *locum affert* LACT. inst. 5, 5, 10 -ere aut commorari). Mil. 51 (*antea*: ad villam … deversurum) cur *Milo* nec ante occurrit, ne *Clodius* … in villa -ret, nec eo in loco subsedit, quo ille *eqs.*? VERG. Aen. 5, 702 *Aeneas dubitat,* Siculisne -ret arvis … Italasne capesseret aras. 8, 503 tum Etrusca -edit hoc acies

[Spoth]

campo (*respicitur exercitus ut*: Sil. 7, 132 Apula tardo arva Libys, *i. Hannibal,* passu legit ac nunc valle -it … occulta. 15, 507 *Hasdrubal* castris … -edit Hannibalis). Ivst. 13, 7, 8 *hos* loci amoenitate captos in isdem terris … -isse. Hist. Avg. Hadr. 1, 1 Hadria ortos maiores suos apud Italicam … -isse. *al.* Ⓑ *in sella, humi sim.* (*exempla post* Ov. *pauca selecta*): Cic. S. Rosc. 59 *accusator* ita neglegens esse coepit, ut, cum in mentem veniret ei, -ret, deinde spatiaretur *eqs.* **(***cf. de reis*: Qvint. inst. 6, 1, 38 intempestive -entes … saepe vidi [renid- *pars edd.*]**)**. leg. 1, 15 nos … inambulantes, tum autem -entes quaeramus … de *his* rebus. fin. 3, 9 sed -amus (-eamus *var. l.*) …, si placet. Sabid. Schol. Verg. Veron. Aen. 10, 241 *olim imperator* silentio … facto -bat et dicebat ‘equites et pedites *eqs.*’ Nep. Dat. 11, 3 ibi … -edit, ut si lassitudine cuperet acquiescere. Verg. Aen. 1, 506 tum *Dido* … solio … alte subnixa -edit; iura dabat *eqs.* (Mart. Cap. 1, 90). 5, 290 quo se … consessu medium tulit extructoque -edit *Aeneas* (*inepte* Clavd. Don. *ad loc.* p. 455, 17 non dixit ‘sedit’, sed ‘-edit’, quod significat ‘iterum sedit’ *eqs.*). 8, 232 ter fessus valle -edit (*cf. l. 2*). *al.* Ov. ars 3, 696 *Cephalus* lassus in hac … saepe -edit humo (fast. 3, 15 [humi *var. l.*]. *cf.* humi *l. 33 et* Apvl. met. 6, 19, 5. *al.*). *al.* Sil. 16, 244 *Syphax* in tecta vocat secretisque aedibus hospes … cum rege … -unt. Plin. epist. 9, 13, 9 (*7* venio in senatum, ius dicendi peto) *his dictis* -o; aguntur alia. Apvl. met. 1, 18, 8 caseum cum pane … ei porrigo et ‘iuxta platanum istam -amus’ aio (*alluditur ad Plat. Phaedr. 229*^{B} *καθίζεσθαι*). Vet. Lat. Marc. 9, 35 (cod. 10. *al. et* Vvlg.) *Iesus* -ens vocavit duodecim (*gr. καθίσας, cod. 6. 17* considens, *sim. alii*). *al.* Ⓒ *in animante: in equo, asino*: Tab. Vindol. II 164, 4 nimium multi equites, gladi(i)s non utuntur equites nec -unt Brittunculi, ut iaculos mittant (*an ad II?*). Apvl. met. 7, 8, 1 asello spicas ordeacias gerenti -ens per medias acies … transabivi (*item c. dat.*: 9, 33, 3 meus *dominus* … nudae spinae meae -ens … profectionem comparat). *in homine*: Apvl. met. 2, 17, 4 *Photis* inscenso grabatulo super me sensim -ens … veneris fructu me satiavit (*sc. coitu*).

Ⓘ *-unt animalia (cf. l. 45): aves* (*cf. p. 1455, 66*): Cvrt. 4, 7, 15 *corvi* volatu prima signa antecedentes modo humi -bant, … modo se pennis levabant. Plin. nat. 10, 114 cetera genera -unt et insistunt; his *avibus, quae apodes vocantur,* quies nisi in nido nulla: aut pendent aut iacent. Apvl. Plat. 1, 1 p. 182 cygni pullum ex altari *Cupidinis* … volasse et in eius *Socratis* gremio -isse. Avg. quaest. hept. 1, 14 (*ad gen. 8, 9; antea*: requiem potuit invenire pedibus suis) quomodo columba non invenerit, ubi -ret (Vita Hil. Arel. 9 l. 33 in capite *sancti*). *quaelibet*: Sil. 6, 225 *draco* immensum attollit corpus tergoque -ens cetera sinuatis glomerat sub pectore gyris. Clavd. carm. min. app. 2, 93 *leo* excussis movet arma toris dubiumque -ens infremit.

β *vario modo: se erigendo e statu, habitu iacentis* (*distingue p. 1455, 13*): Plin. nat. 8, 127 *hieme ursi* primis diebus *tot* … somno premuntur; … ab his diebus -unt ac priorum pedum suctu vivunt. *delabendo* (*in imag.*): Ps. Apvl. Ascl. 9, 4 *qui homines* ex duplici naturae suae confusione ⟨in⟩ inferiorem intellegentiam mole corporis -erunt (*opp.* pura mente praediti). *in genua subsidendo* (*cf. p. 1453, 58. 1458, 48*): Vet. Lat. IV reg. 9, 24 (cod. 91. *al.*) *Ioram lancea percussus* decidens in terram mortuus est -ens in genua sua (*gr. ἔκαμψεν ἐπὶ τὰ γόνατα αὐτοῦ, Vulg.* corruit in curru suo). Vita Hil. Arel. 12 l. 6 *ante sanctum* se … proripuit; ad cuius pedes -ens, ut sui meminisset, … flagitabat.

b *-unt res*: **α** *describitur actio* (*quae effecta est ab homine l. 59 sq. 65*): Ⓘ *considendi, illabendi, incidendi* (*quo vel ubi, semper indicatur; hucine p. 1449, 26?*): Cic. Arat. 45 haec *Lyra* genus ad laevum Nixi, *sc. Engonasi,* delapsa -edit atque inter flexum genus et caput *Cycni* … haesit (*cf. gr. 272 πελάει*). Sen. nat. 6, 9, 3 *in incendio* fastigia concidunt et tam diu deferuntur atque incerta sunt, donec in solido -erunt. Sil. 6, 251 venit … non vano turbine … cuspis et … capiti *hostis* tremebunda -edit **(**15, 795 [*794 non* futilis ictus] latere extremo c. librata -edit. *cf.* Homer. 828 quod, *sc. saxum missum,* clipeo excussum viridi tellure -it**)**. Avian. fab. 16, 6 in fragiles calamos grande -idit (-edit *var. l.*) onus, *sc. quercus flumine rapta. al.* Ⓘ *delabendi, decidendi sim.*: Sen. epist. 88, 22 (*respic.* machinatores, qui pegmata … excogitant et tabulata) his, quae eminebant, paulatim in se -entibus. Colvm. 1, 5, 8 nocturnas pruinas et, quodcumque rubiginis aut spurcitiae -edit, siccare atque detergere. 2, 10, 14 *acus* minutae …, quae de siliquis cum faba *excussae* -erint (*antea*: semina excussa in area iacebunt). Ps. Qvint. decl. 16, 8 p. 328, 7 -erant pondere catenae, *sc. a corpore captivi. -ere videntur sidera recedentibus*: Plin. nat. 2, 179 ut … nunc sublimis in deiectu *septentrionali* positis videtur hic vertex (*i. polus*), sic in illam terrae devexitatem *meridionalem* transgressis illa *sidera* se attollunt, -entibus, quae hic excelsa fuerant (*antea*: creduntur … demersa). Ⓘⓘ *subsidendi sim. in re fluida (cf. supra p. 1455, 67): usu generali*: Garg. Mart. pom. 4, 3 (*antea*: nucibus in aquam … missis) *castaneae* corruptae supernatant, sanae -unt. Marcell. med. 9, 5 *melli et aceto decoctis* nitrum addes eo usque, donec ex vapore agnoscas nitrum -isse. *usu speciali -it ipsa res fluida, sc. urina turbata ita stans, ut turbantia desidant* (*gr. resp. καθίσταμαι, cf. Liddell-Scott-Jones s. v., B3*): Oribas. syn. 6, 4, 2 Aa p. 7, 6 si minxerit turbulenta(m) urina(m) et post modicum -at, *sc. urina* **(***opp.* permanit turbulenta; La p. 97 -ens … fit lempida, *gr. οὐρηθέντα τοιαῦτα* [*i. θολερά*] *καθίσταται. cf. p. 1454, 41*)**.** Ps. Galen. urin. 3 quid significat urina, quae pinguis mingitur et pinguis permanet, et quid significat, si -erit ⟨et tenuis efficiatur⟩ **(***postea*: ⌞dum sederit⌟ *urina pinguis,* fit tenuis [⌞ ⌟ -erit et *var. l.; cf. gr. p. 575 καθίσταται*]**)**. Ⓘⓥ *parum perspicua*: Pelagon. 216, 2 *equi* lumbos laedunt aut, si fossam transcenderint et posteriores pedes -erint aut *eqs.* (*inde sim.* Veg. mulom. 2, 67, 1. *cf. Hippiatr. gr. I 152, 22 ὑποκαθεσθῆναι*).

β *per speciem motus describitur situs, forma deorsum vergens, declivis sim.* (*sed intuentibus solum p. 1457, 72*): Cels. 4, 1, 3 arteria dura … in gutture adsurgit, ceteris partibus -it. Plin. nat. 5, 117 mons … *tot* pass(ibus) excurrens atque in continentibus campis -ens. Apvl. met. 2, 9, 7 *Photidis* crines … per colla dispositos sensimque sinuato patagio -entes paulisper ad finem conglobatos … nodus astrinxerat.

2 *motu incorporali, sc. -unt res*: **a** *contingendo, in possessionem veniendo sim.*: Cic. Verr. II 3, 77 si *auctione hastae* ad Aeschrionem pretium -isset (redisset *var. l.*). Hil. in Matth. 23, 2 (*spectat ad 22, 21*) si … nihil eius *Caesaris* penes nos -erit, condicione reddendi ei, quae sua sunt, non tenebimur. Transit. Mar. 2 rec. B2 cui *homini* nihil -edit boni, nisi quantum acceperit de tua, *domine,* pia largitione (restat *var. l.; rec. B1* cui nihil est boni). **b** *insidendo*: Cic. Balb. 20 si ea lex, quam nos haberemus, eadem in populo *alio* aliquo tamquam in fundo -isset. Lvcr. 5, 1425 quo magis in nobis … culpa -edit. Ps. Qvint. decl. 19, 2 neve … calamitatis ibi tantum putetis -isse sensum unde *eqs.* Plin. epist. 4, 22, 7 Viennensium vitia intra ipsos -unt (-ent *cod. perditus, fort. recte*), nostra late vagantur. Ivl. Val. 1, 24 l. 858 nomen hoc longe secus, ac se veritas habet, in usu appellationis -edit: Hormu enim polis, non Hermopolis, dicta est. Inst. Iust. 2, 6 pr. putantibus antiquioribus *illa* … nobis melior sententia -edit. *al.* **c** *desidendo, sc. -it syllaba in litteram excurrendo*: Ter. Mavr. 1209 vocalis mediae *syllabae* … quando -et in udam, *i. litteram liquidam.*

II *notione deflexa i. q. resīdēre* (*cf. l. 29 et usum p. 1454, 28 sqq. illustratum*): **A** *-it, qui (quod) sedet* (*genibus nititur l. 48*): **1** -sīd- *stirpis praes. metro confirmatur, sc. in fine hexam. positum*: **a** *-it* lapis *vel* terra *sepultum premens* **(***in carm. sepulcr.; v. Massaro in: Pistellato [ed.], Memoria poetica e poesia della memoria, 2014, 65 sqq., praecipue 87 sq.***)**: Carm. Année Épigr. 2015 n. 185b, 9 (*Romae, saec. I*^{l}) te, lapis, optestor leviter super ossa -as, ne *eqs.* **(**CE 971, 10 [*saec. I*^{l}]. *et saepius, e suppl. e. g.* CE 1473, 1 [*saec. I in.*] res⟨idas⟩. 1474 [= CIL II^{2} 5, 399; *saec. I*] r⟨esidas⟩; *sim. obsecratur* terra: CE 1048 [*saec. I*] te, t., precor l. s. o. -as. 1153, 5 [*saec. I*]. Carm. cil vi 16325 [*saec. I*]. *al.***)**. **b** *-it animans*: Ivvenc. 2, 729 hic mecum genetrix, mecum germana -unt corpora (*respic. Matth. 12, 49* ecce mater mea et fratres mei). Avien. Arat. 1107 Nixus genibus, replicato iuge (*v. app. crit.*) -ens poplite (*gr. 591 sq. ὅ γε γνὺξ ἥμενος tantum. cf. p. 1457, 48*).

2 *cetera exempla*: **a** *-it animans* (*hucine p. 1457, 26?*): Apvl. mund. 27 p. 350 si *deus* ipse in alto -at altissimo (*gr. 398b7 ἐπὶ τῆς ἀνωτάτω χώρας ἱδρῦσθαι. cf. Apul. p. 1454, 32 sqq.*). Greg. Tvr. Franc. 1, 35 p. 26, 18 Iesu domine, qui gloriosus -sedis ad dexteram patris (-sides *var. l.*). 3, 14 p. 111, 14 quousque hic -is tamquam unus ex insipientibus? (-sedes, -sides *var. ll.*). 7, 14 p. 335, 20 tu … dominus et rex regali in solio -is.
b *-it res alicubi sita* (*accedit praedic. l. 57*): Oribas. syn. 9, 43, 35 La p. 358 quibus *aegris* … torta -it matrix (*gr. τὰς … διαστροφάς, Aa* si m. recta non sit posita). Formvl. Andecav. 4 p. 6, 14 *viniola* -it in terraturium sancti illius, in fundo illa villa (*i. illius villae; sim.* 35 p. 16, 12 casa cum ipso vilare, ubi ipsa casa -it [-sed- *cod.*]).

B *-it, quod restat*: Greg. Tvr. Franc. 6, 32 p. 303, 15 haec et haec conparabo, quia multum mihi aurum … -it.

deriv.: resessio, *?*residesco.

compos.: subresido. *Spoth.*

residuātio, (-ōnis) *f.* *a* residuus (residuare *non legitur, sed cf.* assiduare *ab* assiduus). *i. quod residuum est* (*subsidentia, sedimentum sim.? cf.* residuitas): Gloss. II 237, 21 *ἀποκάθισμα*: -o (*20 ἀποκαθέζομαι*: resideo).

residuitās, (-ātis) *f.* *a* residuus. *i. quod residuum est* (*cf.* residuatio): Not. Tir. 47, 31 -s (-etas *cod. K; antea l. 72*). *Bk.*

⁂**residuus,** -a, -um. *a* residēre. *abbreviatur* res *infra p. 1459, 30.* Not. Tir. 47, 30 -us. *de notione*: Hier. in Abd. 17 l. 580 sed melius est, ut ipsum sequamur hebraicum, id est sarid, quod interpretatur … -us (*v. Koehler-Baumgartner, Lex. in vet. test. libros, 1958, 1356*). Synon. Cic. p. 442, 9 -um erat. reliquum fuit. superamentum. superfluum.

[Meusel]

GLOSS.[L] II Abav. RE 107 -a: reliqua. Philox. RE 233 -um: *ὑπόλοιπον, ἐγκατάλ⟨ε⟩μμα. al.; v. etiam infra sub II.* *legitur in versibus apud* ACC. *p. 1462, 21,* SEN. *p. 1460, 7 et in carm. epigr. l. 8, in orat. soluta inde a* CIC. (*frequentius in aetate posteriore, praecipue in libris vet. test. et apud* AMM.); *abiit in serm. gr.* SCHOL. Basilic. 60, 45, 2, 1 *δε ρεσιδοῦις. sim. al. ibid.* (*pertinent ad p. 1461, 32*). **[***confunditur in codd. c.* reliquus *p. 1461, 18,* repetundus *l. 21* (*e coni. dub.* CIC. leg. agr. 2, 59). *loco corrupto* CARM. epigr. Afr. Cugusi 5, 27 (*a. 222*) animosos duo contemnentes -um turpis oppresserat (*cf. Adams, Journ. Rom. Stud. 89, 1999, 112*).**]**

i. qui (quod) resident: **I** *de eo, qui (quod) relinquitur, restat, superest*: **A** *adi.* **(***saepe praedic. iuxta verba quaedam, e. g.* esse *l. 28. 58. p. 1460, 2. 3. 16. 52. al.* [*c. enunt. relat. p. 1460, 48*], facere *p. 1460, 28,* habere *l. 48. 56. p. 1460, 9. 39,* manere *l. 42,* remanere *p. 1460, 5***)**: **1** *respectu effectus relinquendi, subtrahendi, minuendi, pereundi adhuc vigente*: **a** *-um est, quod restat adhuc exhibendum, faciendum sim., adhuc fieri debet, sequitur sim.*: **α** *pecunia nondum expensa, reddita sim.* (*ut debita; cf. p. 1461, 23 sqq.*): Ⓘ pecuniae -ae *sunt pecuniae publicae in usum aliquem delegatae a magistratu retentae, non expensae* (*v. etiam p. 1461, 32 sqq.; cf. l. 36, ubi tutor pecunias pupillares retinet; aliter p. 1460, 36*): CIC. Cluent. 94 locus ab iudicibus Fausto Sullae de p. -is non est constitutus (repetundis *var. l.*). LIV. 33, 47, 2 omnibus -is p. exactis. ASCON. Corn. p. 57, 35 ut p. publicae, quae -ae apud quemque essent, exigerentur. PAVL. dig. 48, 13, 11, 6 cum eo ..., qui, cum provincia abiret, pecuniam, quae penes se esset, ad aerarium professus retinuerit, non esse -ae p. actionem; ... eam quoque lex Iulia ⌊-orum⌋ post annum -am esse iussit (⌊ ⌋ *ad p. 1461, 32 sqq.*). Ⓘⓘ *cetera exempla*: CIC. leg. agr. 2, 59 *decemvirorum* erit nullum iudicium, quantae cuiusque manubiae fuerint, quid relatum (*i. iam solutum*), quid -um sit. Att. 16, 2, 1 cum videas, quantum de iure nostro decesserimus, ⌊qui de res(iduis)⌋ CCCC HS CC praesentia solverimus (⌊ ⌋ quid eres *fere codd.,* quidem res *cod. unus*). APVL. met. 6, 20, 4 (*cf. 6, 19, 6* data, quam reservaveras, stipe) *Psyche* -a ... navitae reddita stipe ... ab inferis recurrit. SCAEV. dig. 20, 2, 10 cum ex ea maiorem partem solvisset, in -am quantitatem pignus obligavit (PAPIN. dig. 20, 4, 1 pr. mox -ae q. numeratio impleta est. *al.*). PAPIN. dig. 20, 6, 1, 1 postea -um pretium emptori ... donasset (COD. Iust. 4, 49, 2 pr. [*a. 259*]. *al.*). VLP. dig. 26, 7, 7, 9 -arum ... summarum pupillares usuras pendi oportet. *al.*

β *actio vel opus adhuc faciendum* (*indicatur plenum per praepos.* ex *l. 51, ex quo tempore per gen. l. 41, praepos.* ex *l. 42. 48*): Ⓘ *in iure de causa vel lite dilata, nondum peracta*: LIV. 3, 25, 1 L. Minucius ... et C. Nautius ... duas -as anni prioris causas exceperunt. SVET. Cal. 15, 4 criminum, si quae -a ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. GAIVS inst. 4, 122 cui similis exceptio est litis dividuae et rei -ae; ... item si is, qui cum eodem plures lites habebat, de quibusdam egerit, de quibusdam distulerit, ut ad alios iudices eant, si intra eiusdem praeturam de his, quas distulerit, per hanc exceptionem, quae appellatur rei -ae, summovetur (*v. Kaser-Hackl, Zivilprozeßrecht, 324*). Ⓘⓘ *contextu vario*: LIV. 42, 10, 9 principium insequentis anni ... -as contentiones ex priore anno habuit. PHAEDR. 3 epil. 5 siquis eadem, *sc. fabulas dicere,* forte conari velit, habere ut possit aliquid operis -i, *scribere desino.* COLVM. 11, 2, 3 quorum *officiorum* alia ex pristinis -a consummabit atque alia futuri temporis inchoabit. FRONTIN. strat. 4 praef. sane velut ⟨res⟩ -a expedienda fuit (*suppl. Oudendorp*). SVET. Nero 13, 2 Ianum geminum clausit, ⌊tamquam nullo⌋ -o bello (⌊ ⌋ *cod. unus,* tam nullo quam *rell.*). APVL. Plat. 2, 27 p. 261 *rector* non prius -as conpleat ... leges ... quam *eqs.* COD. Iust. 9, 22, 9, 1 (*a. 284*) habes ... -am indagationem. FIRM. math. 4, 25, 5 -us tractatus ad quinti libri principia transferatur. HIER. hom. Orig. in Ier. 11 p. 665[A] quia ... alia nobis expositio -a est (*gr. 14, 4 ἀναγκαία*). *al.*

γ *spatium temporis adhuc peragendum* (*nisi exempla potius ad b trahas*): APVL. met. 8, 9, 7 quoad -is mensibus spatium reliquum compleatur anni (VLP. dig. 30, 49, 1 si menses desint ad septimum decimum annum, -is m. debetur). SCAEV. dig. 33, 1, 18 pr. (*antea*: usque ad annos triginta quinque a die mortis meae) cum heres ... intra trigesimum quintum annum aetatis decesserit, an -i temporis *eqs.* (PAPIN. dig. 1, 22, 4. *al.*). VVLG. gen. 45, 11 (*6* biennium est, quod fames esse coepit ..., et adhuc quinque anni restant) adhuc ... quinque anni -i sunt famis (IORD. Rom. 257 *Augustus imp.* quattuordecem -os annos post domini adventum ... in pace regnans).

b *-um est, quod praesto restat aliquanto ablato, perdito sim.* **(***indicatur, quo ex toto aliquis [aliquid] supersit, per praepos.* de *vel* ex *e. g. p. 1460, 7. 36. 60. 66. 68, quam ad rem aliquis restet, per dat. p. 1460, 53, qua ex re, clade sim. aliqui [aliquae] superstites sint, per praepos.* ex *p. 1460, 19, gen. p. 1460, 4, dat. p. 1460, 45 sq. 64 sq., qua ex origine, per gen. p. 1460, 8; cf. l. 59***)**: **α** *de rebus* (*quae totae remanent p. 1460, 2. 4. 41*): Ⓘ *incorporeis*: Ⓐ *ad hominis mentem vel corpus pertinentibus*: CIC. fam. 1, 9, 20 cum inclusum illud odium ..., quod ego effudisse me omne arbitrabar, -um tamen insciente me fuisset (LIV. 3, 41, 5). PLANC. Cic. fam. 10, 11, 3 cupio ... nullam -am sollicitudinem esse. LIV. 1, 30, 7 *Sabini* ob -as bellorum iras ... voluntarios traxere (PETRON. 109, 4 ne -a in animis ... post iusiurandum i. remaneret). 29, 37, 9 ex -a vetere simultate ... M. Livium ... equum vendere iussit. 39, 48, 5 *in Peloponneso* ex veteribus discordiis -i motus erant. SEN. Ag. 288 surgit -us pristinae mentis pudor (benef. 7, 28, 3 si quid est p. -i [*nisi ad p. 1461, 53*]). SCRIB. LARG. 121 *mulieres* ex partu abortuve ... -os vulvae dolores habent (AVR. Fronto p. 64, 3). QVINT. decl. 339, 15 quae ... spes in bellis in milite nostro -a est, si nihil potius fuerit, quam capi? (HIL. in psalm. 138, 34 OROS. hist. 4, 19, 4). PS. QVINT. decl. 12, 10 si vires sufficerent, ... aliquid ex aridis diu faucibus -ae vocis exiret. 12, 18 nobis nihil iam -i spiritus superest, nos in conspectu mortis stamus **(**[*nisi ad p. 1461, 53, ut* SVET. Tib. 62, 2 ne cui *damnatorum* -i s. quicquam inesset]. ARNOB. nat. 7, 4 p. 347, 2**)**. FRONTO p. 32, 9 ne osculum quidem usquam ullum est Romae -um; ... mea omnia gaudia Neapoli sunt. *al.* Ⓑ *variis*: LIV. 40, 19, 9 L. Duronio praetori ... adiecta de Bacchanalibus quaestio est, cuius -a quaedam velut semina ex prioribus malis iam priore anno apparuerant. VITR. 2, 5, 3 liquor, qui est in eius lapidis corpore, et aer cum exustus et ereptus fuerit, habueritque *lapis* in se -um calorem latentem *eqs.* QVINT. decl. 320, 1 sublatis his *statibus,* quos certum erit *aptos* non esse, inter -os quaeremus. PLIN. epist. 8, 24, 4 quibus *Athenis* reliquam umbram et -um libertatis nomen eripere durum ... est. paneg. 69, 5 si quid *usquam* -ae claritatis, ... in usum rei publicae promit. FLOR. epit. 3, 4, 2 nihil ... -um crudelitatis fuit in captivos saevientibus: litare dis sanguine humano *eqs.* **(**ARNOB. nat. 2, 14 p. 82, 15 haec est hominis mors vera, haec n. -um faciens [*sc. etiam animam consumens*]. ENNOD. epist. 7, 30 p. 197, 1 n. mihi -um fuit, ... nisi ut *eqs. al.*)**.** *al.* *c. respectu computandi*: VICTOR. calc. praef. p. 5, 22 si duas *partes assis* sustuleris, decem -ae dextans et quod sustulisti, id est duae, sextans appellatur. p. 6, 4.

Ⓘⓘ *corporeis*: SEN. dial. 6, 16, 7 agricola eversis arboribus, quas ... ventus radicitus avolsit ..., subolem ex illis -am fovet. nat. 6, 31, 2 *v. p. 963, 35.* COLVM. 3, 11, 4 quidquid est -ae vitis extirpari debet. SCRIB. LARG. 2 platani pilulae ... aceto incoctae rosaeque folia -o aceto commixta. *al.* QVINT. decl. 273, 8 quod -um ex patrimonio fuisset, id tibi lex concederet. 298, 11 iuvat illa te -a potio et ex locupletis cena nescio quid intactum. PS. QVINT. decl. 8, 20 conprimebatur -us cruor *pectoris reserati,* cludebantur aperta vitalia. FRONTIN. strat. 3, 4, 6 frumenta, quae -a habere se dicebat. SVET. Aug. 73 instrumenti eius et supellectilis parsimonia apparet etiam nunc -is lectis atque mensis. Galba 7, 2 qui *miles* ... -um cibariorum tritici modium ... vendidisse arguebatur. LACT. inst. 1, 6, 11 (*10* pro reliquis idem pretium poposcisse) *tribus libris exustis* motum esse regem ac -os, *sc. libros Sibyllinos,* trecentis aureis emisse. HIER. in Ezech. 26, 7 l. 495 ligna et lapides, qui -i incendio fuerint (*sim. c. dat.*: VVLG. exod. 10, 5 comedatur, quod -um fuerit ⌊grandini⌋ [10, 12]). AVG. in psalm. 126, 9 quid ... fortius excutiente domino de arcu mandato apostolos suos? non potuit esse -um, quo non perveniret sagitta a tam forti excussa. *al.*

β *de animantibus eorumve coetibus, qui ex multis, coetu sim. supersunt* (*qui sorti cuidam remanet l. 53; de animalibus l. 59*): SEN. contr. 7, 6, 21 in domo nostra -us raptor est (*sc. aliis iam capite damnatis*). QVINT. decl. 271 them. is ..., qui -us erat divitis filius (*sc. de tribus filiis*). PS. QVINT. decl. 9, 23 cum *senem* confectum cladibus et tantum poenae suae -um considero. SVET. Aug. 3, 1 fugitivos, -am Spartaci et Catilinae manum, ... delevit (OROS. hist. 2, 16, 11). Otho 9, 3 *copiis* -is integrisque ..., quas secum ad secundos casus detinuerat. Vit. 1, 2 horum *Vitelliorum* -am stirpem ex Sabinis transisse Romam. Dom. 7, 1 spadonum, qui -i apud mangones erant, pretia moderatus est. VLP. dig. 7, 4, 10, 8 (*antea*: si unus ex equis *quadrigae* decesserit) *usus fructus* supererit in -is. VET. LAT. lev. 26, 36 (Aug. quaest. hept. 3, 94) eis, qui -i sunt ex vobis, superducam formidinem in cor eorum (*gr. τοῖς καταλειφθεῖσιν, Vulg.* qui ... remanserint). I Thess. 4, 15 (Hil. in psalm. 51, 18, *sim.* VVLG.) nos qui vivimus, qui -i erimus, rapiemur cum nubibus obviam Christo in aera (*gr. οἱ περιλειπόμενοι*). HIL. in psalm. 124, 2 qui vastationi eius *urbis* -i erant, capti atque dispersi sunt **(***sim. c. dat.*: DICT. 5, 10 cuncti barbarorum socii, qui ⌊bello⌋ -i erant [5, 17]. *aliter l. 53***)**. HIER. in Abd. 17 l. 571 non erit -us ex populo, qui possit ... nuntiare. VVLG. Ier. 44, 14 non erit, qui effugiat et sit -us de reliquiis Iudaeorum. *al.*

2 *respectu effectus relinquendi, minuendi sim. evanido*: **a** *de rebus*: BELL. Afr. 44, 1 navis una ... ab -a classe cum erravisset. APVL. Plat. 2, 17 p. 245 gravius est ... *non* uri aut secari eas partes, quarum dolore incolumitati -arum partium consulatur **(**FIRM. math. 1, 10, 5 [*antea*: quinque zonarum] inter has duas frigidas *p. mundi* et illam igneam ... duae sunt -ae constitutae. *al.*)**.** VLP. dig. 29, 1, 6 (*antea*: si miles unum ex fundo heredem scripserit) -um patrimonium intestatus (COD. Theod. 13, 6, 7).

[Meusel]

MACR. verb. Passalacqua p. 34, 31 -as personas *verbi* in utroque numero ad similitudinem superioris temporis figuramus (*sim.* p. 35, 9). *al. in compar.* (*cf. l. 11. p. 1462, 19*): AMM. 23, 6, 70 -is omnibus maior Gordomaris ... fluvius (24, 4, 19 sternitur -is o. altior turris. *cf. p. 1462, 17*). **b** *de animantibus eorumve coetibus*: MIN. FEL. 25, 10 in pluribus virginibus ... in -is *eqs.* VET. LAT. IV Esdr. 6, 56 -as ... gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse (AMM. 22, 8, 42 quarum *g.* pars exigua frugibus alitur, -ae omnes ... ferarum taetro ritu vescuntur. AVG. un. eccl. 17, 44). DICT. 2, 22 ignoratis, ut affectae sint vicinae atque amicae vobis civitates, vel quae in dies -is praeparentur? (*sc. civitatibus ut*: AMM. 23, 6, 73 Ratira et Gynaecon limen meliores -is aestimantur. *al. apud eundem*). *al.*

B *pro subst.*: **1** *neutr.* (*gen. partit.* -i *ponitur praedicative l. 17. 53 sqq.*): **a** *respectu effectus relinquendi, minuendi sim. adhuc vigente*: **α** *de eo, quod restat adhuc exhibendum, faciendum sim., adhuc debet fieri, sequitur sim.*: Ⓘ *opus adhuc faciendum*: CIC. Verr. II 3, 226 quid ... potest esse in calamitate -i, quod non ad miseros aratores ... pervenerit? (reliqui *cod. unus*). SVET. Aug. 78, 1 donec -a diurni actus aut omnia aut ex maxima parte conficeret. AMM. 15, 4, 10 cum ... intuta fore -a credens haereret. 15, 8, 10 -a fidentius explicavit (*item de dicendis, tractandis sim.*: 26, 1, 2 ad -a narranda pergamus. LEO M. serm. 54, 5 FVLG. RVSP. ad Tras. 1, 1, 1). *al.*

Ⓘⓘ *debitum reliquum adhuc solvendum*: Ⓐ *exempla varia: accedit gen.*: SVET. Aug. 101, 4 breviarium totius imperii ..., quantum pecuniae in aerario et fiscis et vectigaliorum -is. VLP. dig. 15, 1, 30, 4 de -o debiti (COD. Iust. 8, 27, 5 [*a. 231*] si -um d. paratus es solvere). 17, 1, 12, 8 ut ille *libertus* -um pretii redderet. AVSON. 21 (419 S.), 73 de condonatis -is tributorum. EVSTATH. Basil. hex. 7, 6, 14 -a faenoris soluturi. *cetera exempla*: PAPIN. dig. 2, 14, 41 intra illum diem debiti partem mihi si solveris, acceptum tibi -um feram et te liberabo. VLP. dig. 15, 1, 30, 5 ab emptore -um consequatur. COD. Iust. 6, 24, 2 (*a. 212*) -i commemoratio etiam totum admittit. *al.* Ⓑ -a *dicuntur pecuniae publicae a magistratu retentae (respic. lex Iulia* de -is; *v. p. 1459, 16 sqq.): locut.* de -is: PAPIN. dig. 48, 13, 16 publica iudicia peculatus et de -is et repetundarum. PAVL. dig. 48, 13, 2 lege Iulia de -is tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in usum aliquem retinuit neque in eum consumpsit (*sim. explic.* MARCIAN. dig. 48, 13, 5 pr. tenetur is, apud quem ex locatione, ... ex pecunia, quam accepit, aliave qua causa pecunia publica resedit. 48, 13, 4, 3. *ceterum* INST. Iust. 4, 18, 11. DIG. tit. libr. 48, 13 ad legem Iuliam peculatus et de sacrilegis et de -is). *gen.*: PAVL. dig. 48, 13, 11, 6 lex Iulia -orum (*v. p. 1459, 25*).

Ⓘⓘⓘ *spatium temporis adhuc peragendum* (*nisi exempla potius ad β trahas; accedit gen. partit. l. 45 sqq., ident. l. 44*): Ps. QVINT. decl. 2, 3 ut pater, cui matrimonium filiumque abstulerat incendium, -a senectutis aliā consolaretur uxore. VET. LAT. Is. 38, 12 (cod. 408) derelinqui -um vitae meae (*gr. τὸ λοιπόν, cod. 330* reliquum, *Vulg. aliter*). COD. Iust. 7, 66, 6 (*a. 321*) si *litigator* ... adhuc pendente appellatione defunctus sit, non -um tantum temporis heredes eius habent, sed etiam alios quattuor menses. AMM. 21, 12, 11 diei -um animis egere disparibus. *al. acc. temporis* -um: VET. LAT. IV Esdr. 14, 9 tu ... recipieris ab hominibus et converteris -um cum filio meo ... usquequo finiantur tempora (*gr. τὸ λοιπόν*).

β *de eo, quod praesto restat aliquanto ablato, perdito sim.* (*cf. supra l. 42*): Ⓘ *gen. partit.* -i *ponitur praedic. iuxta verba quaedam* (*nisi pendet e pron. pro subi. vel obi. posito; cuius rei aliquid supersit, indicatur per praepos.* de *l. 60,* ex *l. 56; fort. huc p. 1460, 8. 13 sq.*): COLVM. 3, 17, 4 (*antea*: quicquid ex vetere materia relictum erat) quicquid -i fuit ex vetere palma ..., raserunt. Ps. QVINT. decl. 12, 4 (*antea: frumentum* vicinis civitatibus vendimus) etiam si quid -i erat *eqs.* VVLG. gen. 31, 14 numquid habemus -i quicquam in facultatibus et hereditate domus patris nostri? AVG. conf. 4, 5, 10 nihil -i de spe nostra fieret. *al.*

Ⓘⓘ *vario usu*: Ⓐ *accedit gen. indicans, de qua re aliquid remanserit*: Ps. QVINT. decl. 5, 20 ut -um laborantis animae in tuo poneremus amplexu. PAPIN. dig. 28, 5, 79, 2 quo magis assis -um accepisse videatur. VET. LAT. Ier. 52, 16 (cod. 185. *al.*) -um populi reliquit princeps cocorum vinearum cultores (*gr. τοὺς καταλοίπους, cod. 142* reliqui, *Vulg. aliter*). *al.* Ⓑ *cetera exempla*: Ps. QVINT. decl. 12, 2 -a cremamus, *sc. cadaverum comesorum* (*de eisdem* 12, 13). VLP. dig. 5, 3, 25, 15 puto ... -um integrum non esse restituendum, sed partem eius dimidiam. 33, 4, 2, 1 *uxor* -um ..., quod praeterea illi relictum est, cum fructibus cogetur restituere. VET. LAT. psalm. 16, 14 (cod. 136) saporati sunt filii et filiae, reliquerunt -a parvulis suis (*gr. τὰ κατάλοιπα, Vulg.* reliquias). AMM. 16, 11, 12 -um ..., quod superfuit (*sc. e commeatu*). *al.*

b *respectu effectus relinquendi, minuendi sim. fere evanido* (*exempla certiora, cetera v. sub a*): SOL. 9, 8 pergam ad -a *Macedoniae,* quae in Thessaliam et Athamaniam contendunt. DICT. 5, 10 excisis in partes duas hostiis ..., ita uti pars ad solem, -um ad naves expectaret. AMM. 24, 5, 8 vineis et -is omnibus, quae poscebat obsidium. *al.*

2 *masc. vel fem. (l. 12), non nisi plur.*: **a** *respiciuntur, qui (quae) post abitum, interitum sim. aliorum restant, superstites sunt* (*post exclusionem l. 7; accedit gen. partit. e. g. l. 6. 10*): TAC. ann. 11, 23, 3 quem ultra honorem *remanere* -is nobilium? PAPIN. dig. 40, 4, 51 pr. quibusdam autem per offensam exclusis -i in libertatem perveniunt. VET. LAT. Ier. 24, 8 (Ps. Cypr. pasch. 11; *loq. dominus*) sic tradam ... -os in Hierusalem, qui derelicti sunt in terram istam (*gr. τὸ κατάλοιπον, Vulg. v. p. 978, 6*). Ps. PHILO antiq. 36, 2 fugerunt -i Madianitum. AMM. 20, 6, 7 caesis ... paucissimis -i omnes ... ad regiones Persidis ultimas sunt asportati. 22, 8, 19 harum *Amazonum* interitu cognito -ae ut imbelles domi relictae ... ad pacatiorem sedem transiere Thermodontis. VVLG. Soph. 2, 9 *v. p. 967, 56. al.* **b** *respicitur pars cetera hominum*: AMM. 15, 3, 2 alios ... damnarunt; quosdam ad infimam trusere militiam; -os capitalibus addixere suppliciis. 15, 5, 22 inter quos *tribunos* ego quoque eram cum Veriniano collega, -is omnibus *eqs.* (COD. Theod. 12, 1, 163). 16, 12, 35 Chnodomarius iumento statim desiluit et ... -i idem fecere. 20, 7, 13 unus aries -is celsior (*cf. p. 1461, 3 sq.*). *al.*

II *de eo, qui reses, ignavus sim. est* (*huc spectare vid. locus lacunosus* ACC. trag. 696 -os, *quem affert* FEST. p. 281 [*suppl. e* PAVLO] ⟨reses ... ignavus, quia⟩ residet): GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1475 resides: -os. 1482 sqq. (cod. Paris.) -is: lassis. exiguis. fractis. lapsis. fatigatis. infirmis. inbecillibus *eqs.*

deriv.: residuatio, residuitas. *Meusel.*

resigillo, -āre. *a* re- *et* sigillare. *i. q. remotis sigillis patefacere, resignare*: VEREC. in cant. 5, 5 l. 9 ut, quod occultum est, manifestet, quod obsignatum est, -et *sapientia divina* (reseg- *cod. ante corr.*).

resigmen *v.* resegmen.

resignāculum, -ī *n.* *a* resignare *formatum ad vertendum gr. ἀποσφράγισμα* (*v.* HIER. in Ezech. 28, 11 l. 207 sqq. in latinis codicibus pro 'signaculo' -um legitur, dum *κακοζήλως* verbum e verbo exprimens ... -um posuit *interpres*).

i. q. actio resignandi, violandi vel status inde ortus (*v. post alios Mattei in: Piot [ed.], Hommages à G. Sabbah, 2002, 178 sqq.*): VET. LAT. Ezech. 28, 12 (Tert. adv. Marc. 2, 10, 3 Hier. epist. 21, 24, 1. *al.; in principem Tyri, qui figura intellegitur angeli aemulatoris, diaboli*) tu es -um similitudinis *divinae* (*verbis prophetae aptius cod. 175. al.* consignatio, *Tycon. reg. 7 p. 78, 2. al. et Vulg.* signaculum. *explicant* TERT. *p. 1463, 17.* HIER. epist. 21, 24, 1 qui similitudinem conditoris amiserat. in Ezech. 28, 11 l. 212 [*antea l. 31*] quod signaculum dei ... rex Tyri resignaverit atque perdiderit, ut pro signaculo fecerit -um. tract. in psalm. I p. 87 l. 150 sqq. [*postea p. 1464, 13*]).

resignātio, (-ōnis) *f.* *a* resignare. *i. q. actio resignandi*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 2 l. 206 -o sigillorum ... apertio est veteris testamenti ⌊praedicatorum⌋ (*om.* CAES. AREL. in apoc. 4, 11).

ἀποσφραγιστής: **resignātor** GLOSS. II 241, 15. *a* resignare.

resignātrīx, (-īcis) *f.* *a* resignare. *i. quae resignat, interdicto liberat*: TERT. cult. fem. 1, 1, 2 *Eva,* tu es diaboli ianua, tu es arboris illius (*gen. 2, 17*) -x. *Bk.*

resīgno, -āvī, -ātum, -āre. *a* re- *et* signare (*cf.* PRISC. gramm. III 497, 16). NOT. Tir. 46, 78 -at. *de notione* (*v. etiam p. 1463, 11. 64. 1464, 20. 33. 34*): GLOSS. II 241, 14 *ἀποσφραγίζω*: absigno, designo, -o. IV 279, 24 -at: reconsignat, aperit. GLOSS.^{L} I Ansil. RE 1508 -at: signis probat (*fort. spectat ad p. 1463, 25*). *legitur inde a* PLAVTO, CATONE (*saepe apud* ENNOD.). [*confunditur in codd. c.* signare FRONTIN. strat. 1, 2, 6 ENNOD. epist. 3, 10, 1 p. 78, 4. 6, 6, 3 p. 153, 9 (*v. etiam p. 1464, 24*), designare TERT. paenit. 5, 1; *olim supplebatur* LEX repetund. (CIL I^2 583) 68 ⟨fisci -entur⟩.]

I *i. q. in statum non signatum reducere* (*sc. vis praeverbii spectat ad notionem verbi simplicis invertendam; -etur ipsum* signaculum *p. 1464, 4*): **A** *proprie, sc. respectu sigilli corp. conspicuo*: **1** *-atur epistula, testamentum, liber sim.*: PLAVT. Trin. 794 apud portitorem eas *epistulas* -tas sibi inspectasque esse (*opp. 793* opsignatas). CIC. Att. 11, 9, 2 *litterae* -tae sunt (FRONTIN. strat. 1, 2, 6 [*opp.* praesignatae]). HOR. epist. 1, 7, 9 officiosa ... sedulitas et opella forensis adducit febris et testamenta -at, *i. mortem affert* (VLP. dig. 28, 1, 23 si t., quod -verit testator, iterum signatum fuerit. 29, 3, 6. PAVL. sent. 4, 7, 1 [*respic. lex Cornelia, ut* 5, 25, 1 dig. 48, 10, 2]. INST. Iust. 2, 11, 4. *cf. e. g. p. 1464, 3. 53*). POMPON. dig. 37, 11, 9 licet ... tabulae -tae proferantur (VLP. dig. 28, 6, 20 pr.). VICTORIN. POETOV. in apoc. 2 l. 187 liber ... -atur (PRVD. cath. 6, 84 [*subest apoc. 5, 9*] *agnus* conscium futuri l. -at unus. COLVMB. HYENS. fabric. 14). PAP. Tjäder 4-5 B III 10 (*a. 474*) eam *chartam testamenti* -ari praecipiatis (*ibid.* IV 2. CASSIOD. hist. 12, 14, 6 [*gr. Socrat. 7, 46, 12 ἀνελίξαντες*]). *al.* **2** *cetera exempla*: PLIN. nat. 14, 89 Fabius Pictor

[Koike]

... scripsit matronam, quod loculos, in quibus erant claves cellae vinariae, -isset, a suis inedia mori coactam (*in eadem re* TERT. apol. 6, 4). VLP. dig. 16, 3, 1, 36 si *sacculus* -etur, non contra legem depositi fiet. AVG. serm. 259, 4 profer sacculum, aperi arcam, -a horreum. PS. AVG. serm. 217, 2 (*loq. Iudaei*) *Iesu* sepulcrum anulo nostro signavimus; sed ab angelo -tum invenimus.

B *in imagine vel translate (in imag. imprimis l. 17. 24. p. 1464, 3 sq. 11 sq.); -antur*: **1** *incorporalia*: **a** *quae solvuntur, dissolvuntur sim.*: **α** *fides, iura sim.*: CIC. Arch. 9 cum ... Gabini ... levitas, post damnationem calamitas omnem tabularum fidem -asset (*explicat* SERV. auct. Aen. 4, 244 -ari pro auferri. *cf.* FLOR. epit. 4, 7, 14 ne quid ex constituti fide -ret). SIL. 4, 788 i, pacta -a per cunctos iurata deos. 17, 425 *initio proelii Zamensis* irrumpit ... Ausonius globus et periuria Graia -at (*v. Håkanson, Krit. u. exeget. Bemerkungen, 1976, 41*). PRVD. c. Symm. 1, 92 *Mercurius* traditur ... Cocytia leti iura -asse sursum revolantibus umbris. **β** *varia*: TERT. adv. Marc. 2, 10, 3 (*2, 5, 6 homo* ad formam dei ... signatus) qui, *sc. Lucifer,* ... integritatem imaginis et similitudinis -veris (*explicatur p. 1462, 37*). 4, 10, 3 -ti ieiunii culpam (*cf.* PRVD. perist. 6, 55 'ieiunamus' ait, 'recuso potum: nondum nona diem -at hora'). paenit. 5, 1 paenitentiam ... semel cognitam atque susceptam numquam posthac iteratione delicti -ari oportere. virg. vel. 5, 3 cum *puella* virginitatem -asset **(**[*cf.* 11, 9 *puellae* -arunt pudorem]. PS. CYPR. singul. cler. 40 cui *singularitati caelibatus* sanctitas ita promisit anuli sui nuptiale signaculum, ut sine ipsa v. -etur**)**.

b *quae aperiuntur, patefaciuntur*: **α** *revelando, ostendendo sim.*: Ⓘ *dictis, scriptis*: Ⓐ *-antur fata, futura sim.* (*v. etiam p. 1462, 72*): OV. fast. 6, 535 o vates, venientia fata -a. ALC. AVIT. carm. 2, 54 *diabolus* futura videt rerumque arcana -at. CASSIOD. in psalm. 48 l. 355 -vit nobis sancta Veritas, quae promisit. 90, 1 l. 38 quemadmodum singulis verbis res magnae -tae sunt. Ⓑ *-antur dicta, scripta sim.*: MART. 9, 35, 5 verba ducis Daci chartis mandata -as. TERT. resurr. 39, 1 apostolis ... negotium fuit ... veteris testamenti -andi et novi consignandi. HIL. in psalm. 118 phe (= 17) 3 signata ... omnia sunt et per solam spiritalem doctrinam -anda (*seq. Is. 29, 12*). Ⓒ *cetera exempla*: PERS. 5, 28 ut ... totum ... hoc verba -ent, quod latet *in me* ... non enarrabile. OPTAT. 7, 2, 3 cum Iohannes apostolus et omnium conscientias prodat et suam -et his verbis. ENNOD. epist. 2, 23, 2 p. 66, 6 ad me respexit, quae mihi -ta sunt, indicare. 3, 10, 1 p. 78, 4 si ... penetrale mentis -tum teneretur in litteris. 6, 29, 1 p. 166, 5 quamvis ... Sabino ... commisissem, ut -anda per litteras fidelis relator adsereret. *accedit acc. cum part. perf. pass.*: CYPR. GALL. iud. 680 (*spectat ad 16, 13 sq.*) *Samsonem*inligat et captum sociis Dalila -at.

Ⓘⓘ *actu, exstando sim.: usu vario*: ENNOD. epist. 7, 14, 4 p. 183, 6 plus est in acie vicisse saeculum quam vitasse: -at timorem fuga certaminis. *al. apud eundem. accedit acc. c. inf.*: ENNOD. epist. 4, 7, 4 p. 103, 2 -ate ... felicitatem submitti posse amoris imperiis. 6, 6, 3 p. 153, 9 ut memoriam proximitatis vos habere -ent promulgata sine intermissione conloquia. *accedit praedic.*: ENNOD. epist. 8, 3, 3 p. 202, 15 correptum te suggestionibus meis frequentibus -a muniis litterarum. opusc. 1, 59 p. 277, 14 geminam in uno principe virtutum plenitudinem, quae deum -at auctorem. 1, 82 p. 284, 1 haec me condicio -at imparem *ad te celebrandum,* quae testata est obsequentem. 1, 90 p. 285, 25.

β *cetera exempla*: LACT. inst. 4, 26, 13 (*nisi ad p. 1464, 30*) *Christus mortuos* a morte revocavit; ... quid miraculo dignius ... quam decursam vitam -asse, completis hominum temporibus adiecisse? 7, 22, 15 (*7, 20, 1* aperientur inferi et surgent mortui) ut beatam possint agere vitam, quorum mors -ta est. MAR. VICTOR. aleth. 3, 247 (*deus de turri Babylon*) en terrena phalanx quid non furiosa -et, ... quae structa manu contingere celsos credat posse polos et ad aethera ducere nostrum?

2 *corporalia, quae vario modo aperiuntur*: **a** *corpus eiusve partes*: lumina: VERG. Aen. 4, 244 *Mercurius virga* animas ... evocat Orco ..., alias sub Tartara ... mittit, dat somnos adimitque et lumina morte -at **(***cf. comm. Pease, 1935 ad l., qui etiam ceteras opiniones doctorum affert; vix recte explicare vid.* SERV. claudit, perturbat; est et aliud ... '-at', hoc est aufert signa, *i. pupillas,* luminibus; ... ⌊signorum, quibus quaeque noscuntur, intellectum tollit⌋ [*addit* auct.; *seq. l. 11*]**)**. *quidlibet* (*cf. p. 1464, 7*): TERT. carn. 23, 4 (*antea*: nupsit ipsa *Maria* patefacti corporis lege) īdem illud *corpus* sexus -vit, *sc. mas primum admissus, deinde emissus* **(***cf.* pudic. 6, 16 sermo dei descendit in carnem ne nuptiis quidem -tam, et sermo caro factus est [*Ioh. 1, 4*] ne nuptiis quidem -anda**)**. TER. MAVR. 810 B vel C sonare ... quis queat, si non -et labra vocalis comes?

b *loca, regio sim.* (*cf. l. 58*): TERT. nat. 1, 5, 3 caelum ipsum nulla serenitas tam colata purgat, ut non alicuius nubiculae ⌊flocculo⌋ -etur (*huc traximus sec. Hartel, Patr. Studien III, 1890, 7, sed* ⌊ ⌋ *non pro dat., sed pro abl. accipientes*). LACT. inst. 4, 12, 15 ut *Christus* inferos ... vinceret ac -ret. PRVD. c. Symm. 2, 1063 caelum fur nullus adit, caelestia numquam fraude -antur. **c** *sigillum resve eo clausa*: VICTORIN. POETOV. in apoc. 2 l. 166 *Christus* aperit et -at, quod ipse signaverat testamentum. HIER. in Ezech. 28, 11 l. 212 signaculum **(**[*v. p. 1462, 41*]. RVFIN. Orig. in Rom. 4, 2 l. 90 [*spectat ad circumcisionem Abraham, Rom. 4, 11*] quod *s.* nemo alius nisi ipse, qui inpressit, debeat -are. EVSEB. GALLIC. hom. 2, 3 *Christus* ianuis clausis processit in mundo materni pudoris s. minime -to. *cf. infra l. 15***)**.

3 *homo* (*civitas l. 15*): TERT. adv. Marc. 1, 28, 3 (*agitur de baptismate*) quomodo *deus Marcionis* regenerat, qui non generavit, *sc. ut demiurgus generavit*? ... signat igitur hominem numquam apud se -tum, lavat hominem numquam apud se (*immo apud demiurgum*) coinquinatum. HIER. tract. in psalm. I p. 87 l. 153 (*explicatur p. 1462, 37*) signaverat te deus et similem sibi fecerat, tu vero postea -asti, *sc. te. ex versione falsa*: VET. LAT. IV Esdr. 10, 23 signaculum Sion, quoniam -ta est de gloria sua (*graece praedicatum ad σφραγίς pertinere vid.*).

*?***II** *i. q. rursum in tabulas scribendo referre, sc. ita ut pecunia sim. retrahatur* (*in frgg. male perspicuis*): CATO orat. 71 sed tum, ubi †ludi misi sunt, revertantur -tis vectigalibus **(***cf. Sblendorio Cugusi, 1982, ad l.; explicant* FEST. p. 281 -are antiqui pro rescribere ponebant, ut adhuc subsignare dicimus pro subscribere. SERV. auct. Aen. 4, 244 -are ... ita dictum, ut nos adsignare dicimus pro damno [*affert etiam l. 29*]**)**. FEST. p. 285 -tum aes dicitur militi, cum ob delictum aliquod iussu tribuni militum, ⟨ne stipendium ei detur,⟩ in tabulas refertur; [re]signare enim dicebant pro scribere (*corr. e* PAVLO p. 284).

III *i. q. (rursum) assignare sim.* (*vi praeverbii ad notionem reddendi sim. spectante praeter l. 29. 41 sq.; accedit praedic. l. 36. 40*): **A** *qualibet ratione commendando, imponendo* (*in frg. obscuro*): CATO orat. 77 quod attinet ad salinatores aerarios, cui cura vectigalium -atur (-antur *var. l.,* -at *edd. vet.*). **B** *prorsus reddendo, restituendo* (*fort. huc p. 1463, 55*): HOR. carm. 3, 29, 54 laudo manentem *Fortunam*; si celeris quatit pennas, -o, quae dedit et ... probam ... pauperiem sine dote quaero (PORPH. '-o' id est reddo). epist. 1, 7, 34 cuncta -o (PORPH. ait se malle, quae acceperit, reddere. SCHOL. quae mihi a te fuerant assignata, restituo). STAT. Theb. 7, 366 (*Phorbas ad Antigonem, quam custodivit*) donec te thalamis habilem integramque -em. CYPR. GALL. Ios. 227 (*subest 8, 2*) deus ... cunctis pariter consueta -at robora. EPIST. pontif. 374 Conc.^{S} I 2 p. 10, 27 si hanc *ecclesiam* sponso suo ita, ut susceperas, -res (*gr. I 1, 1 p. 81, 21 παρεδίδους*). HIST. Apoll. rec. B 38 crede nobis, quia filiam tuam cupivimus incolumem -are. *al.* **C** *adnumerando*: TERT. orat. 22, 8 *virgines, quae pueritiam relinquerunt,* et membris et officiis mulieribus -antur. **D** *compensando* (*cf. l. 21; obi. indicat, sive quae compensatio detur [sc. l. 45], sive quid compensatione quasi reddatur* [*sc. l. 46*]): CYPR. GALL. exod. 845 (*subest 21, 24*) lumen pro lumine rapto reddet quisque nocens, dentem pro dente -ans. iud. 123 quae *pietas* maestis laeta -at. ENNOD. epist. 6, 30, 2 p. 166, 22 caelestem circa vos gratiam multiplici -ate conloquio, *sc. epistulas mihi saepe mittendo.* **E** *debita quaelibet dando*: MAX. TAVR. 28, 1 hoc ... talentum ... praedicatione nostra vestris pectoribus commodamus, ut lucrum aliquod salutis vestrae domino -emus. CASSIOD. var. praef. 17 utinam, sicut ista *genera dicendi* regulis accepisse probamur antiquis, ita eadem promissae -ent merita dictionis.

*?***IV** *i. q. in statum signatum reducere* (*nisi ad p. 1462, 68*): PAVL. sent. 5, 25, 7 (= dig. 48, 19, 38, 7) qui vivi testamentum aperuerit, recitaverit, -erit, poena *legis* Corneliae tenetur.

deriv.: resignaculum, resignatio, resignator, resignatrix. *Koike.*

resileo, -ēre. *a* re- *et* silere. [*fort. huc trahas* VEN. FORT. carm. 7, 12, 66 *p. 1467, 24 (sc. vigente vi praeverbii); cf. l. 73.*] *fere i. q. silere*: VET. LAT. psalm. 49, 3 (Conc.^{S} I 5 p. 185, 29) deus manifeste veniet ... et non -bit (sil- *var. l.; gr. παρασιωπήσεται, Vulg.* silebit). *Ok.*

※**resilio** (-salio), -uī (-iī,-īvī), -īre (-ere *v. l. 69*). *a* re- *et* salire. *scribitur* -sal- CHAR. gramm. p. 469, 15 salio. desalio. -o. CHIRON 74 sq. 502, -sel- *p. 1466, 29.* NOT. Tir. 90, 28 -it. *de formis: stirps perf.* -ui, -uisti *etc.* (*cf.* PRISC. gramm. II 541, 13): QVADRIG. hist. 56 SEN. contr. 1, 3, 4 SEN. nat. 4 praef. 10. *al.* (*in var. l.* AVG. serm. 37, 3. *al., e coni.* SERV. Aen. 8, 641); -ii, -isti *etc.*: PETRON. 46, 7 FLOR. Verg. 1, 9 IREN. 1, 30, 3 l. 46. *al.* (*in var. l.* AVG. c. Cresc. 3, 37, 41); -vi, -visti *etc.*: AVG. serm. 37, 3 CONC.^{S} II 3, 3 p. 73, 14 GREG. M. epist. 5, 15 l. 46 ISID. expos. in Ios. 3, 3 (*in var. l.* QVADRIG. hist. 56). *stirps praes.: inf.* -ere *p. 1466, 35 (cf. p. 1465, 19. 1467, 17); imperf.* -ibat *p. 1467, 37. de notione v. p. 1465, 8. 64. 1467, 29. legitur inde a* QVADRIG., CIC., LVCR. **[***confunditur in codd. c.* resīdere *vel* residēre AMBR. Abr. 1, 3, 11 GREG. M. in euang. 3, 4 (*restit. p. 1465, 34. 1466, 43*; residit *pro* -it *restituendum vid.* PHILO vita contempl. 31, *ubi* resilet *sim. var. l., gr.* ἐφιζάνει), resilere *p. 1467, 24 (cf.* PHILO *supra); in falsa var. lect. p. 901, 35.***]**

[Cioffi]